Enarratio elementorum astrologiae

Birckmann, Arnold, herederos de imp.

Nabod, Valentinus

Expurgado conforme al Catalogo del
por Comision de los Señores Inquisidores

de la casa de prof.or de la compa de Jesus de Sevilla

B.E.

ENARRATIO ELEMENTORVM ASTROLOGIAE, IN QVA PRAETER ALCABICII, QVI ARAbum doctrinam compendio prodidit, expositionem, atq; cum Ptolemæi principijs collationem, reiectis sortilegijs & absurdis vulgoq; receptis opinionibus, de veræ artis præceptorum origine & vsu satis disseritur: in celeberrima Coloniensi Academia studiosis philosophiæ proposita

A'

Valentino Nabod, amplissimi Senatus Coloniensis Mathematicarum ordinario.

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τέχνην τύχη.

COLONIAE,
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
M. D. LX.

934.

de la casa de probon de la compa de Jesus de Sevilla

B.e

ENARRATIO ELEMENTORVM ASTROLOGIAE, IN QVA PRAETER ALCABICII, QVI ARAbum doctrinam compendio prodidit, expositionem, atq; cum Ptolemæi principijs collationem, reiectis sortilegijs & absurdis vulgoq; receptis opinionibus, de veræ artis præceptorum origine & vsu satis disseritur: in celeberrima Coloniensi Academia studiosis philosophiæ proposita

A'

Valentino Nabod, amplissimi Senatus Coloniensis Mathematicarum ordinario.

τέχνη τύχην ἔσεῤῥε καὶ τέχνην τύχη.

COLONIAE,
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
M. D. LX.

Dibo de ñ s Obispo de Bona

Expurgado Conforme al Catalogo de 1630 Por comission de los Sres Inquisidores a 8 de Marzo del mismo año

Luis de Tarof

Expurgado conforme al catalogo de 1640 por comission de los Sres Inquisidores

Dr del Marmol

SPLENDIDISSIMIS ATQVE ORNATISSIMIS VIRIS D. ARNOLDO A SIEGEN equiti aurato, D. Hermanno Suderman, D. Ioanni Piel, D. Constantino à Lyskirchen, D. Godfrido Hittorpff, D. Philippo Geil, sæpius iterumq; coss. & inclytæ vniuersitatis studij Coloniensis respectiuè prouisoribus vigilantissimis, eiusdemq; florentissimæ Reipu. amplissimo Senatui, Dominis suis colendis,

Valentinus Nabod Silesius S. D.

HOMINES inter tot animantia solos diuinitus diuinis animatos mētibus in mediū vniuersitatis globum, quæ terra dicitur, ideo esse collocatos rectè à magnis hominibus proditum eße opinor, amplißimi consultißimiq; viri, vt inde ad omnia extremis mūdi mœnijs conclusa oculos conuertentes, variarum naturarum, quas singulæ partes mundi continent, diligenti perscrutatione sapientiam atq; bonitatē Dei agnoscerent, atq; res ad rectè beateq; viuendum vtiles eligerent. Etenim nihil in rerum natura adeò tenue est aut abiectum, quod innatis viribus insitisq; à natura officijs careat, quæ altiùs introspecta, non solùm diuinam rerum humanarum curam in bonorum animis confirmant, verùm etiam sua præsidia vitæ adferunt. Quid terræ plantis & stirpibus vulgò habetur vilius? adeo enim communes atque vbique ad manus sunt, vt vel à nolentibus pedibus conculcentur. At harum virtus atque cum nostris corporibus συμπάθεια conciliatioque

& αὐλιπραξία, postquàm à naturæ studiosis & peritis hominibus mediocriter cognita & exculta est, pulcherrimam atque generi humano vtilissimam artem medendi, qua potissimùm fragili mortalium vitæ atque saluti consulitur, peperit: Cuius præsidio in hominum corporibus temperatura humorum æquabilis vitæq; conueniens conseruatur, morbi verò atroces & sæuissimè grassantes ita manifestè profligantur, vt herbarum alias ad certa membra corporis fouenda conseruandaq;, alias verò ad certos morbos depellendos, diuinitus ordinatas atq; hominibus diuinitus monstratas esse pudeat non credere. Tales & similes virtutes alijs quoque naturæ rebus omnibus insunt, quas si homines propiùs aspicere & intelligere possent, haud dubiè ad beatam vitam proximè accederent. Etsi uerò in singulis partibus mundi longè plures contineantur naturæ, quàm ut alicuius intellectu in vniuersum comprehensæ, definitis generibus & formis concludi possint, cùm ne vnius quidem rerum generis integram vim homines perfectè capiant: tamen ea ipsa quæ labore & diligentia cognosci possunt, quæque à multis claris ingenijs comprehensa, atque artificiosa methodo prodita sunt, magnum aditum ad virtutem & agnitionem diuinæ bonitatis atque sapientiæ patefaciant, & manifestum vsum in tota vita habeant, Deum contumelia afficiunt, & societati humanæ nocent monstrosi homines, qui artes à maioribus admirabili & planè diuina solertia deprehensas atque posteritati traditas contemnunt, studiumque vlterius considerandæ naturæ

turæ vituperant, vel ſtolidis ſermonibus irrident: & e contrario honorem debitum Deo tribuunt atque Rempub. ſuo loco adiuuant, qui diſciplinas vtiles vel ipſi diſcunt, vel per alios ſua liberalitate propagari curant. Sed nulla pars [redacted] *eruditior,* philosophia *nec homine magis digna, quàm de cæli conuerſionibus ſiderumq; effectibus ſobria diſputatio. Nam cùm excelſa illa & ſplendidiſſima, clara, illuſtris & plena ſtellarum moles cæleſtis, quam tanta varietate regularium, certorum & ordinatorum motuum inſtructam cernimus, ſit diuinum ampliſſimumque opus, & tanquàm aliquis magnus codex, in quo Deus optimus maximus, tum magnitudinem ſapientiæ, & bonitatis, aliarumque ſuarum innumerabilium virtutum veſtigia expreſſit, tũ verò omnium ſubiectarum rerum, hoc eſt, regionum, gentium & vrbium,* [redacted] *naturalem viam, ſempiterno illo corporum cæleſtium motu, inuariabili ordine & lege procedente, tanquam proprio digito deſcripſit, nulla profecto diſciplina nobilior, nec admirabilior,* nec [redacted] *conducibilior cogitari poteſt, quàm eſt ea quæ nos ad legendum, & intelligendum iſtum librum Dei inſtruit. Cùm enim homines, vt Ariſtoteli placuit, naturaliter cognitionem rerum deſiderent, quid poteſt eſſe optabilius? quid ad animi tranquillitatem comparandam aptius? quid denique ad naturale deſiderium explendum conuenientius? quàm huius diuini codicis* [redacted] *naturalium caſuum cauſas complectentis co-*

tis cognitio, qua non solùm præsentium aut vicinarum, sed etiam remotissimarum [redacted], *hoc est, cælestium diuinarumque rerum contemplatores efficimur. Præterea numerorum Geometriæ & vniuersæ Cosmographiæ noticia, artis Medicæ, Philosophiæ naturalis, & Dialecticæ vehemens studium, amor denique veritatis laborumq; assiduitas, & talia plura quæ hæc scientia continet, & absque ipsis tanquàm imperfecta nunquàm cum vera laude & honore exercetur, ad mentis illustrationem, variarumque rerum cognitione instructionem, momenti plurimum habent. Quid? quòd studia virtutum omniumque artium meliùs augeri & rectiùs regi possunt, præcognita naturali ingenij inclinatione, atque à stellis insita ad res gerendas aptitudine ineptitudineque seu* [redacted]. *Sicut enim ineptos Musicos, Poëtas ingratos, & milites infelices esse videmus, qui repugnante naturali inclinatiõe aut canere aut versificari aut militare, & talia, quæ artifices quasi naturali instinctu magna cum venustate suauiter peneq; citra laborem peragunt, laboriose imitari conantur: ita qui Philosophiæ, qui arti medendi, qui Iurisprudentiæ, & talibus facultatibus student, si naturæ beneficio adiuuentur, omnia suæ artis capita faciliùs & rectiùs citiusq; consequentur, maioreq; cũ dexteritate exercebunt, quàm ij, qui repugnante quodammodo natura, quãuis magna diligentia diuq; ad illa contẽdunt. Hoc igitur est, quod Horatius præcipit:*

Tu nihil inuita dices faciesúe Minerua.

atque

atque quod Autor Centiloquij præcipit inquiens: ἡ ἐπιτηδεία ψυχὴ πρὸς γνῶσιν πλέον ἐπιτυγχάνει τοῦ ἀληθοῦς, ἢ ὁ ἄνθρωπος ἀσκήσας τὴν ἐπιστήμην, id est, animus ad cognitionem aptus veri plus assequitur, quàm qui supra modum se in scientia exercuit. Hæc tamen ita accipienda sunt, vt artibus & disciplinæ suus locus & sua laus relinquatur. Nam natura quamuis in plerisque arte sit potentior, ipsa tamen nisi exercitatione & studio excitetur confirmetur q;, nunquam sola alicuius rei perfectum pariet habitum. Ac plurimum ad perfectionem conferre doctrinam, manifestè ostendit discrimen, quod cerni potest inter ipsos ingeniosos: quorum alij qui arte reguntur, aptè, perspicuè & conuenienti ordine negotia tractant: alij verò qui limitibus præceptorum non cohercẽtur, suæ solius naturæ affectus sequẽtes, persæpè impertinentia in medium afferre, cognata disiungere, & minimè cohærentia contexere consueuerũt. Etenim sicut duorum natura æquè fertilium agrorum, diligenter cultus, copiam, neglectus verò præter rerum bonarũ inopiam siluestria producit: ita bona ingenia doctrina excellere, negligentia degenerare solent: & hoc est, quod autor Centiloquij alia sententia docet, ἡ σοφὴ ψυχὴ, inquit, συνεργεῖ τῇ οὐρανίᾳ ἐνεργείᾳ ὥσπερ ὁ ἄριστος γεωργὸς συνεργεῖ τῇ φύσει τῆς γῆς διὰ τῆς ἀροτριάσεως καὶ ἀνακαθάρσεως, id est, sapiẽs animus adiuuat vim cælestem, sicut bonus agricola cultura terram adiuuat. Prodest igitur aliquo modo ex positu cæli præuidere fælices aut infælices inclinationes, vt quid vnusquisque in [redacted],

actionibus naturæ hominum familiaribus, vtiliter & cum laude aßequi poßit vel nequeat, intelligatur. Sed & ad pericula, quæ plerumque immoderatas animi perturbationes ſequuntur, declinanda hac in re plurimũ iuuamur. Si quis enim animi ad furioſam iram, ad inconſtantiam, ad vagas libidines, & talia legibus vetita vitia rapidos impetus ex praua luminis cœleſtis permiſtione prospexerit, ſobrietate, circumſpectione, ad reprimendam iram, ad domandas cupiditates cordis aßuefactione; legum pœnas & multa ſæua mala vitare poterit, quæ aliquando incurrere neceßum eſt eos, quos laxis frenis cœcus ducit impetus, & vt dicitur, ὃς ἐπιθυμίῃ ἡνιοχεῖ μαφγοις χαλινοῖς. Laude digna igitur eſt ſententia eiuſdem autoris Centiloquij: δυνάται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἀποτρέψαθαι ἐνεργείας τῶν ἀστέρων, ὅτε ὅσιν εἰδήμων τῆς φύσεως αὐτῶν, καὶ προπαρασκευάζειν ἑαυτὸν πρὸ τῆς συμπτώσεως τῶν ἐνεργειῶν, id eſt: Poteſt qui ſciens eſt, multos ſtellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit, ac ſeipſum ante illorum euentum præparare. Atque hæc quidem omnia quæ de iuuandis bonis, & reprimendis malis inclinationibus dicta ſunt, non ſolùm ad animi dotes cumulandas pertinẽt, ſed & ad corporis bona conſeruãda: & ſi quodãmodo collapſa ſint, quomodo recuperari debeant, plurimũ conducũt. Nulla enim præter hanc eſt ſcientia, qua meliùs & rectiùs intelligi poßit, qualis vniuscuiuſq; corporis ſit conſtitutio, & qualis qualitatum temperatura, & quibus rebus ad ſupprimendam humorum δυσκρασίαν potißimùm vti conueniat. Veluti ſi ſtellarum

+ occasioni ex ßo. ſitos.

+ diuinitus adiuta.

+ origin. ~~[illegible]~~

positu

positu cõsiderato, deprehendatur fore, vt ex vitalis cæli partis per infaustam radiationẽ Martis transitu, febris acutior exoriatur, tunc cibis potionibusq; frigidioribus diutius vtentes, Martis occidentem calorem, si in vniuersum non abolere, saltem magna ex parte sedare poterimus: siquidem natura ita comparatum est, vt humiditas & adurens vis cõtraria minimè conueniant, neq; in vna materia morentur: Sic si Saturnus exuscitatis suæ naturæ, hoc est, frigidis & exuccis humoribus ægritudinem corpori illaturus intelligatur, corpus illud humectantibus & calefacientibus rebus temperare conabimur. Hinc ἰατρομαθημαλικῶν σωτάξεων μέθοδος *nata est apud Aegyptios, qui vt Ptolemæus refert, cum maximè huius artis vim auxissent, præuisionibus astronomicis vbique artẽ medendi adiungere solebant, vt illhinc causas præsentium & futurarum ægritudinum venarentur: hinc verò remedia, quæ singulis humoribus cõgruũt aut aduersantur, desumentes, præsentes morbos remedijs infallibilibus quantum fieri potest tollerent, futuros verò* ταῖς προφυλακαῖσιν *seu remedijs, vt vocant, præseruãtibus auerterent. Nam nisi circumdantis nos cæli & temperaturarum proprietas tota præuideatur, sæpè etiam remedia fallere rectè arbitrabantur, cùm non omnibus corporibus & morbis eadem conueniant. Sed nec parens medicinæ Hippocrates de his disciplinis aliter sentiebat. Is enim in libello, quem* περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων *inscripsit, cùm mutationum, quæ à* πρόδοις *exortibus & occasibus stellarum proueniunt, obseruationem medico necessariam*

ſariam præcepiſſet, ſtatim hæc verba ſubijcit: εἰ δὲ δοκέοι τὶς ταῦτα μετεωρόλογα εἶναι, εἰ μεταιρεῖται τὴν γνώμην, μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομία εἰς ἰατρικήν, ἀλλὰ πανὺ πλεῖστον, *id eſt, quòd ſi quis ſublimiora hæc eſſe opinatur, atque ab hac ſententia diſſentiat, is ſciat, aſtronomiam non parum, ſed omnino plurimum conferre ad artem medicam. Hæc etſi Medici de generalibus circumfuſi cæli conſtitutionibus principaliter dici putent, vt quibus locis, Italiæ ne potius, an verò Germaniæ vel Galliæ, & cuius conditionis hominibus, viris ne magis an mulieribus, biliosis ne grauius an pituitosis pericula morborum metuenda ſint præuideatur: ad cauſas verò ſingulares imbecillioresque, quamuis ad afficienda corpora, quibus propriè inhærent, ſatis efficaces rarò referre ſoleant: cùm tamen inter generalia & ſingularia, quod ad hãc vim attinet, nihil interſit, eadẽ ratione in particularibus vniuſcuiuſque conſtitutionibus rectè & vtiliter obſeruantur. Sicut enim communes Solis ardores minùs ſentiunt, qui in ſubterraneis locis latent, vel alias res frigefacientes opponunt, eodem modo immoderatos calores, qui peculiariter in ſingulorum corporibus ex vniuſcuiuſque propria cauſa exiſtunt, contrarijs remedijs mitigari haud eſt dubium.*

[redacted]

Quod verò ad opes [redacted] & talia hui generis bona attinet, eorũ, vt rectè iudicat Ptolemæus, etiãsi per se nõ sit largitrix astrologia, sicut nec vlla alia philosophiæ pars, dũ tamen futurarũ rerum copiã aut inopiam præuidere docet, in rebus œconomicis & politicis ad quæstũ faciẽdum, reliquis omnibus meritò vtilior censeri potest & liberalior: siquidem hac in re animi virtutis plurimum, corporis verò vsum minimum desiderat. Ferunt, scribit Plinius, Democritum, qui primus intellexit ostendítque cum terris cæli societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis ciuibus, præuisa olei caritate ex futuro certa ratione Vergiliarum exortu, magna vilitate tunc propter spem oliuæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque vt apparuit, causa & ingens diuitiarum cursus, restituisse mercedem anxiæ & auidæ dominorum pœnitentiæ, contentus ita probasse, opes sibi (cùm vellet) in facili fore. Eiusdẽ rationis pecuniæ faciendæ Thalẽ Milesiũ, prospecta olearũ copia insigne olim specimẽ edidisse refert Aristoteles, cuius verba hic adscribere non piguit, vt ipsius autoritas huic cõmemorationi aliquid põderis adiceret.

ἔτι δὲ καὶ τὰ λεγόμενα σοφάδην, δι' ὧν ἐπιτετυχήκασιν ἔνιοι χρημαλιζόμενοι, δεῖ συλλέγειν. σοφά τα γὰρ ὠφέλιμα ταῦτα ἐστὶ τοῖς λιμῶσι τῶν χρημαλισικήν. οἷον καὶ ὁ θάλεω τοῦ μιλησίου. τοῦτο γὰρ ἐστὶ κατονόμα λι χρημασικόν, ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἕνεκα τῶν σοφίαν προσά=

[illegible] ἐπιδείξαι τὸν πε-
νίαν [illegible] ἔσης, κατανοήσαντες φασὶν αὐτὸν
ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος,
ὑπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀρραβῶνας δοῦναι τῶν ἐλαιουρ-
γίων τῷ τε σὺν μιλήτῳ καὶ χίῳ παντὶ, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ'
οὐδενὸς ἐπιβάλλοντος. ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς ἦκε πολλῶν ζητουμένων
ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἐβούλετο πολλὰ χρήματα
συλλέξαντος ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιον ὅστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις
ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ὅστι περὶ ὁ σπουδάζουσι, *hoc est: Deinceps passim recitatas rationes, quibus nonnulli sibi rem fecerunt, colligere debemus: qua quidem in re ijs potissimùm proderimus, apud quos in honore & in pretio est pecuniæ faciendæ modus. Ac huius generis est illud Thalis Milesij, quod instar cuiusdam parandarum opum inuentionis haberi potest. Et quanquàm id soli illi ob summam sapiẽtiam attribuitur, generale tamen faciendæ pecuniæ præceptum existit. Cùm enim ob paupertatem studium philosophiæ ei tanquàm inutile objceretur, & ipse ex Astrologia futuram olearum vbertatem animaduertisset, tempore hyberno, antequàm florere cœpissent, paruo pretio, quòd tunc nemo pluris liceretur, atque saltem datis arris, cùm magnã pecuniam in promptu non haberet, omnem oliuæ in Milesio & Chio agro spẽ coëmisse ferunt: vt verò tempus apparuit, subitò multis emptoribus simul concurrẽtibus, tanti, quanti voluit, vendidisse: atque ita magna vi pecuniarum collecta ostẽdisse, facilè si velint, pecuniam posse facere Philosophos, sed in ea re studia eorum non versari.*

Tot

Tot tantisq; & multis alijs rationibus, quas persequi nimis longum esset, cùm hæc scientia hominibus prodesse, atque à nulla planè re, [redacted], iure reprehendi queat, grato pectore amplectenda, & non vulgaris doni Dei instar tuenda est. Sed dicat aliquis: Si astrorum motui æterno atque lege inuiolabili, vt asseris, procedente, rerum euentus assignandi sunt, duorum absurdorum alterum, & vnum tertium cum vtrouis credere oportebit. Aut enim de sententia Stoicorum Deo vincula injcienda erunt, quæ eum cælo alijsq; causis inferioribus ita connectant, vt non liberè nec aliter quàm sicut ab illis ducitur, agere possit: aut certè sic statuendũ, Deum, postquàm semel omnium naturalium causarum seriẽ constituit atq; ordinauit, ijsdemq; omnes futuros vnquã rerum exitus vim perfectam summamque perficiendi potestatem tribuit, ad perpetuum secessisse otium, perinde vt architectus, absoluta naui, vacuus curis secedit, eandemq; in posterum naucleris curandam gubernandamq; reliquit, id quod Epicureorum sententiæ affine est. Denique si vtrumuis horum alterum tanquàm verũ recipiamus, simul alia maior admittenda erit absurditas, qua si stellas quouis modo malas inclinationes vitiaque in hominibus facere credamus, Deũ, qui stellas condidit, causam talium malorum absurdè dicere compellimur. Hæc vulgo & incautioribus plausibiliter dici videri possunt, sed mediocriter exercitatis omnium membrorum vitiũ est perspicuum. Ac primùm per assiduam conuersionem atque necessariam siderum actionẽ, nec libertatem agen

di Deo adimi, nec prouidentiam Dei, qua naturæ conditæ aßiduò adest, tolli, sed vtrumq; potiùs aßeuerari, inq; mentibus sanorum hominum confirmari, satis constare potest ex ijs, quæ Physici περὶ τῆς ἀνάγκης, & Ptolemæus περὶ τῆς θείας καὶ φυσικῆς εἱμαρμένης prodiderunt. Sanè quæ de eßentia æterna, deq; virtutibus Dei pronunciari possunt, omninò atq; absolutè, vt loquuntur, neceßaria sunt, neq; vllo tempore contradictionis implicationem admittunt. Nam cùm Deus ex sese & à nulla præcedenti causa procedat, idcirco simpliciter atque absq; vlla contradictionis imaginatione omnipotens, intelligens, beneficus, iustus, liberè agens, &c. per omnē æternitatem dici meretur. Rerum verò sequentium, quæ à prima causa effusæ sunt, atq; aliquando esse cœperunt, alia est conditio, & longè minor constantia, & deniq; connexio languidior: siquidem vis agendi cunctis mundi corporibus insita, nec sine Deo naturæ conditore & conseruatore perpetua esse potest, nec ex sese semel susceptam actionem vnquàm interrumpere. Cælestia corpora, verbi gratia, sicut nec æqualibus statisque temporibus periodos conficere, nec sempiternas leges motuum obseruare possent, nisi ipsorum vis diuina potentia & bonitate semper incolumis & integra conseruaretur: ita rursus fatali neceßitate constanter circumducta, ingenitum suum seu potiùs diuinitus insitum cursum non ex sese, neque ad hominum vlliusue alterius creaturæ voluntatem, sed solùm diuino mādato inhibere aut immutare possunt. Sic edax ignis perpetuā vim adurēdi nō ex sese, sed Dei beneficio

retinet,

retinet, & materijs penetrationi obnoxijs admotus, necessariam ipsarum inflammationem dissipationemque non nisi diuinitus suspendere potest. Similiter reliquas res omnes in mundo comprehensas, siue eæ in æthere, siue in elementis esse intelligantur, aut hæ illis comparẽtur, nõ nisi huiusmodi physicæ, vt vocant, necessitatis vinculo cohærere ostendi potest, vt facile sit intelligere, per inferioris materiæ cum cæli motibus fatalẽ, hoc est, quo ad naturam, necessarium consensum, diuinæ volũtatis libertatem, atq; eiusdem in omnibus rebus præsentiam stabiliri confirmariq;, adeò errant, quicunque astrorũ decretis Deo vel Stoicam necessitatem imponi, vel æternum otiũ dari somniant. Nam commotio cælorum necessaria, & prædictiones futurorum casuum actionumq;, quæ ex motu & positu mutuaq; siderum glutinatione, tanquàm à viribus diuinitus naturæ tributis deriuantur, non simpliciter, sed quatenus Deus naturæ dominus naturalibus actionibus non aduersatur, perinde atq; artis medendi prædictiões veræ esse astruuntur. Sicut enim medici, exempli gratia, intuentes hominẽ continuis defluxibus obnoxium, in cuius corpore pulmo putridis humoribus grauatus atque apostemate læsus, instar pertusi follis non satis copiosum efficacemque spiritum cordi ministrat, si dicant talem hominem breui tẽpore aucto calore & humiditate suppressa, morti futurũ obnoxiũ, Deo naturæ Domino suam potentiam atq; miraculosas actiones, quibus extra & supra cõmunem naturæ cursum etiã mortuis, cũ vult, vitam restituere, nedũ ægritudine læsos sanare &

conseruare

conseruare potest, non adimunt, sed causarum viribus à Deo insitis naturaliter agentium proximè secuturos effectus exitusque demonstrant, idque satis certò, in hoc præsertim genere morbi, qui adeò sæuit, vt à Poeta sic notandus videretur:

Cernis vt è molli sanguis pulmone remissus
Ad stygias certo limite ducat aquas.

Eodem modo prudens Mathematicus, in primo alicuius exortu Saturnum per Libram, qua maximè gaudet, euntem, cælorumq; stationem septimam aut sextam, quæ valetudini cõsentiunt, occupantem, atque hostiliter ex quadrangulo corpus Lunæ Cancrũ perlustrantis pulsantem aspiciens, si ratione Lunæ & Cancri, quæ cerebro & pectori mirè conciliãtur, ad hunc modũ afflictis, in cerebro nati frigus immoderatum, pectoris angustiã, noxiæ pituitæ copiam, & quidẽ ob debilem calorem siccitatemque stellæ Saturni ad pulmones descendentem, pulmonum exulcerationem, spirandi difficultatem, cordis tremorem, & denique totius corporis desiccationem tabificam & lethalem prædicat, eum seriem causarum naturaliter agentium exponere iudicare debemus, minimeque infringere potentiam diuinam, qua Deus conditæ naturæ Dominus, actiones eius inhibere, cæli cursum sistere, corpora vitijs morbisq; aliâs immedicabilibus obnoxia sanare, ac multa alia similiter facere potest: per quæ haud dubiè declaratur, pleraque naturæ, quæ nostri & spirtuum respectu necessaria sunt, si ad Dei potentiã referantur, reuera esse contingentia, & ipsi effectus ab

astris de-

astris decreti minimè, vt multi putauerunt, ita necessaria lege sanciri, vt illis planè nulla alia vis obsistere valeat, quin ad intentionem suam primam euentumq; perficiendum simpliciter progrediantur. Nam præterquàm quòd Deus sequentibus causis omnibus imperare, atque earundem actionem intendere, remittere, aut deniq; planè immutare vel tollere pro arbitrio potest, ipsa quoque hominũ prouidẽtia & diligentia, vt dixi, multæ magnæ & graues calamitates à naturalibus actiõibus suscitatæ euitari, aut certè mitigari possunt. Hinc exercitati Medici morbos lethales à curabilibus prudenter discernentes, horum quidem causas procreantes, naturalibus & contrariarum virium remedijs impediunt & auertunt: illos verò, cùm à multis, magnis & insuperabilibus causis exortos videant, aut Deo curandos relinquũt, aut ad corporis cui inhærent, dissipationẽ transire permittunt: ad quam non rarò peruadunt etiam alij leuiores & curabiles morbi, cùm aut natura eorum à Medicis non agnoscitur, aut vis contraria remediorum ostensa stultè negligitur: tum enim leuiora mala absque vllo impedimento suam naturã sequentia assumpto robore perimunt. Eandem planè ephodum eundemq; finem in astrologia, cuius beneficio non tantùm præsentium morborum proximæ caussæ ostenduntur, quod medicorũ proprium est, verùm etiam superiorum potentiorumque causarum, non rarò suas actiones ad longum tempus suspendentium, sequentes effectus definiuntur, spectare debemus. Nam si casus à magnis, validis multisque causis concurrentibus exori

turos

turos, atque ob id ineuitabiles planéq; nullis contrariarum viriumrebus succumbẽtes præcognouerimus, tunc, vtpote à rerum natura deserti, ad inuocationem Dei confugientes precabimur, vt ipse, cùm supra totam rerum naturam & supra stellas sedens, nullo necessitatis vinculo teneatur, séque inuocantibus, etiam iam à reliqua natura abdicatis, opem ferre soleat, nostras quoque calamitates benignè tollere aut saltem mitigare dignetur. Reliquas verò cæli minusq; efficaces causas, cùm eæ quoq; ignoratæ aut neglectæ suæ naturæ intentiones necessariò efficiant, si præuisas oppositis remedijs vim contrariam habentibus auertere studuerimus, multas calamitates vitabimus, multáque mala, quæ suæ naturæ relicta futura erant intolerabilia, vt ferantur superenturque efficiemus: quam diligentiam tam corpori quàm animo vtilem & penè necessariam esse, cùm supra satis ostenderimus, reliquum est, vt Deum conditorem & assiduum naturæ stellarumque, quas præter virtutum semina, grauiorum quoque vitiorum flammas hominibus ingenerare diximus, rectorem, ab omni contagio & pollutione absoluamus. Quærunt multi boni viri, quomodo fieri possit, vt si à sideribus vitiosæ inclinationes aut scelera oriuntur, Deus humanorum flagitiorum causa non sit? Cùm enim Deus sit fons bonitatis, & stellas valdè bonas fecerit, atque ad vnam perpetuam constantemque bonarum rerum effectionem ordinauerit, quomodo fieri potest, vt de cælo malarum inclinationum causa naturalis descendat? Ab istis ego vicissim quærendum puto,

cùm

cùm natura ad vnum eundemque & inuariabilem modum agendi feratur, quomodo fieri possit, vt vinum substantia & qualitate vnum idemque, vno eodemque tempore & æquali, sed tamen quodammodo immoderatiore mensura à compluribus haustum, in alijs lætitiam hilaritatemque, in alijs mœrorem & tristitiam, in alijs furorem, & rixandi pugnandique [illegible]tatem, in alijs denique pigritiam & profundissimos somnos pariat? Hic ipsos actutum responsuros arbitror, causam diuersitatis talium actionum, non in virtute vini agente, sed in subiectis mero perfusis esse quærendam. Quum enim homines temperatura rarò conueniant, & ipsa crasis in initio pro ratione circumfusi cæli suas qualitates semel induta, nunquàm in alium statum permutetur, omneq; id, quod succedentibus temporibus nutritionis & augmentationis gratia corpori adiungitur, sibi ita conciliet attemperetque, vt in primum illum statum suum peculiarem priusquàm cælo sancitam conformationem transeat: idcirco quid mirum? temperaturarum copia generosi & facilè alterabilis vini sibi assimilata mirè adauctarum, sanguineam quidem hilaritatis, biliosam verò rixarum, & melancholicam lachrimarũ, & denique phlegmaticam somnolentiæ, & talium suæ vniuscuiusque naturæ congruentium effectuum egregia declaratione peperisse vulgatum versum: οἶνος τοῖς τῶν χρωμάτων κεράννυται? Benè habet, iam scilicet ad nostram sententiam deficiunt. Quid enim interest obsecro, quod ad has naturales actiones discernendas attinet, duo ne sint subiecta, an

verò vnum, quod prima præstantissimaque [redacted] penè abolita, longè deteriorem conditionem induit? Fatendum est autem, talem conditionem inesse naturæ hominis: Is enim cùm corpus [redacted] mort[redacted] animumque luce diuina plenum à conditore accepisset, per inobedientiam non solùm pristina perfectione spoliatus, verùm etiam miserè sauciatus [redacted] mortique, qua nihil terribilius, obnoxius factus est. Hæc cùm ita se habeãt, si cælum aliquando hominibus malas inclinationes ingeneret, id malum non ad stellas, quæ in incolumi minimeque vitiata natura hominis, nihil præter id quod bonum est, suscitare potuissent, sed ad hominum naturam ob magnum scelus depraũatam referre debemus. Id autem non in stellis tantùm, sed & in alijs innumeris rebus accidere facilè ostendi potest. Vinum, quo ad nutrienda valida corpora & ad innatum calorem augendum conseruandumque nihil est melius, vehementius febricitantibus exitiosum est, sed id non ob suam naturam quæ bona est, atque vt dixi, bonæ valetudinis amica, sed quia sordidæ materiæ ob putredinem calore præternaturali inflammatæ adiectum, suo quamuis vtili calore incendium adaugeat. Et cicuta, quæ in vitiata parumque calente natura sanguinem intenso frigore coagulans perimit, naturæ integræ nulloque vitio contaminatæ potuisset esse cibus non minùs conueniens, quàm iam nostris corporibus lactucæ conueniunt. Ergo vt aurum & argentum vehemẽtiori igne expurgari corfortariique, reliqua verò metalla absumi & dissipari nullam ob aliam caussam videmus,

demus, nisi quòd illa perfecta & mũda, hæc verò imperfecta, immunda & quasi morbida sint corpora: Sic siderũ naturalem actionẽ in intaminata & sincera nostrorũ corporum [redacted] materia proculdubiò omnes effectus bonos producturam, malos impetus nonnunquam & prauas inclinationes, morbos, breuitatẽ vitæ, & tales pestes infligere, nullam ob aliam causam, nisi propter sordes & impuritatẽ nostræ naturæ, cogitare & credere decet. Hæc prolixiùs & crassiore Minerua egi, vt planè ab omnibus facilè intelligeretur, hanc philosophiæ partẽ, quam diuinatricẽ vocant, non esse, vt vulgò putatur, inanium vel illicitarum rerum superfluam & curiosam indagationem, sed physicam quandam seu naturalem tractationem, in qua potiores effectiones in elementis, & crases seu temperaturæ mixtorum corporum iudicantur, atque ad caussas cælestes referuntur, perinde vt medici easdem res considerare consueuerunt, nisi quòd hi in particularibus corporum constitutionibus, causis propioribus, hoc est, in ipsa materia hærentibus contenti, cælestes & potẽtiores caussas plerumq; negligunt. Verùm enimuerò vtrasq; causas propiores & remotiores vbique vtiliter obseruari, suprà abundè dictum est. Extant magni libri puerilium & ridicularum criminationum à Pico & alijs in reprehensionem huius scientiæ collectarum, quibus nonnulli seu ob tarditatem seu malitiam naturæ ita applaudunt, vt hinc præter præuisionum vtilitatem, cæli actionem totam, totiusque artis κατάληψιν seu comprehensionem tanquam impossibilem labefactari posse putent.

putent. Hic adeò nihil agunt adeoque sunt inepti & temerarij, vt ea omnia, quæ ad irritam energiæ cælestis totiusque scientiæ καταλήψεως euersionem imperitè cogitata objiciunt, silentio præterire & ~~tuto contemnere~~ nullum sit vitium, cùm ad disputationē de rebus serijs absq; vitio vix admitti posse videātur. Nam qui vel immotis artium principijs, vel manifestæ experientiæ sophisticè vel petulanter contradicunt, meritò censentur indigni, cum quibus boni & veritatis amantes viri negotium habere debeant. Non enim est consentaneum, cùm parua & fragilia huius sublunaris mundi corpora in vniuersum certis viribus & actionibus Dei beneficio instructa sint, vastissima illa & cælestis lucis plena corpora viribus carere aut esse otiosa. Et præterquàm quòd Ptolemæus & Aristoteles mutationum motuumque, qui in mole elemētorum accidunt, τὰ καθ' ὅλου αἴτια esse cælestia corpora satis demonstrarunt, crassiores & euidentiores luminis cælestis, in elementis & in animaliū stirpiumq; corporibus effectiones etiā vulgi sensus incurrunt. Quis enim est, qui non animaduertat Solem præter quatuor anni temporum vices, quotidiana quoque conuersione, siccitatis, caloris, humiditatis & frigiditatis manifestā differentiam adducere: & iuxta habitudinem Lunæ ad Solem augeri diminuiq; humores in rebus crescentibus. Rudis est agricolarum, piscatorum & pastorum vita & sine literis, magis tamē ingeniosa in illis obseruatio actionū naturæ apparet, quàm in nonnullis, qui in literis consenuerunt, & falsa persuasione cognitionis philosophiæ

tument.

tumẽt. Nã illi Luna crescẽte, cõchilia vtpote plena succi venãda, decrescẽte verò materiã exuccã & ob id vermiũ corrosioni minimè obnoxiã cedendã esse norũt, pariq; industria aptiora tẽpora sationũ, plantationũ, admissionis pecudũ ad coitũ, incubatiõis auiũ domesticarũ, & similium operarũ rusticarũ vsu, & quotidiana experientia edocti obseruãt, atque ad motũ Lunæ accommodant. At hos præclaros naturæ interpretes, nullũ se luminarium aliorumue siderum insignẽ effectum sentire, & nullam esse stellarum actionem, prodere non pudet. Illos quoq;, qui in terræ adiacentem materiam siderum actionem atque influxum concedentes, negant esse artem seu sciẽtiam, qua futurorum effectuum tẽpora definiri possint, etsi saniores videri poterant, non minùs tamen nonnihil erudiendos putamus in eadem schola agricolarum vel potiùs nautarum, qui ex Lunæ ad fastigium vel imum cæli scansione, marinarũ aquarũ accessum, & per eiusdẽ Lunæ à meridionali circulo ad cardines finitoris lapsum, aquarum illarum reciprocationem atque ad oceanum reflux um expeditè præcognoscunt, atque alijs ad vnguem prædicere norũt, quamuis supputationum sint rudes, & æstus i li marini ob ocyorem disiunctionem luminarium stata tempora minimè obseruent. Quòd si ruralia hæc cuipiam adhuc subtiliora & ἀκατάληπτα videbuntur, is quare brutorum seu schola seu exemplis erudiendus non sit, non video. Nam & animalia quædam insigniores cæli effectus præsentire & constãt [illegible] ut. Hinc sapientissimus Poeta Hesiodus, formicam, quòd

bestiola

bestiola ista operas suas ad mutationem splendoris lunaris miro naturæ instinctu accommodet, ἴδειν, id est, scientem nominare, nudóque hoc epitheto notare dignatus est. Et auium plurima genera temporum mutationem præsentire, atque ob id ante hyemem gregatim ad calidiora loca auolare, & ingruente tempore verno ad nidificationes redire vulgò notum est. Iam si bruta & homines rudes, viriumq; stellarũ & locorum cæli, in quibus hærent, ignari, insigniores & ab efficacioribus causis procedentes effectus, præuidere possunt & obseruare, artificibus eãdem sagacitatem adimere iniuria est, & maiorem solertiam dexteritatemq; iudicandi nõ tribuere, amentia. Homines ergo studiosos & peritos, qui philosophia rerum naturalium instructi, ex antecedentibus causis consequentes effectus colligere didicerunt, atque ad hæc locorum cæli siderumq; naturam probè perspectã habent, & denique calculo ita instructi sunt, vt quocunque tempore proposito situm totius cæli infallibilẽ, siderumque certas epochas ob oculos sibi ponere possint, ambientis nos aeris proprium statum, & mixtorum corporum proprias temperaturas, & quæ inde naturali ordine consequuntur, physica consideratione, nullam inanitatem opinionum ingredientes, dijudicare & prædicere posse, ex his quæ breuiter diximus, manifestum est. Sed & licitam, admirabilem, diuinitatis monstrationem, atque tum in rebus politicis & œconomicis, tum verò ad [redacted] *bona comparanda & conseruanda augendáque vtilem esse præuisionum doctrinam*

ctrinam patuit. Quare non immeritò mihi planè dignissima visa est, quã à sortilegijs & alijs innumeris ἀναλογίζοις τάξεσι, quibus vulgò obruitur, quantũ fieri potest, liberatam, quatenus naturalibus actiõibus cõsentit, & vt Ptolemæi verbo vtar, κατὰ τὸν ἁρμόζοντα φιλοσοφίᾳ τόπον liberalibus ingenijs aspiciendã discendãq; proponerem: atq; cùm [redacted] præstantissima sit, & tot Sycophantarũ calumnijs obruta iaceat, viris sapientia & autoritate præstantibus, liberaliũq; scientiarũ tutoribus fouendã tuendamq; cõmendarem, præsertim cùm id argumentũ minimè alienũ sit à Mathematis, quæ me, proposita simul de publico ærario stipe honorifica mihi quotannis præstãda, in celeberrima vestræ Reip. Academia publicè illustrare voluistis. Sed & artificiosam prouisionũ rationẽ, qua potiores grauioresq; vulgo improuisi casus præuidentur, magnarũ rerũ prouisoribus maximè conuenire, nõ facile quis inficiabitur. Cùm autem in doctrina numerorũ, figurarũ, motuumq; cælestium, & in omnibus alijs disciplinis bona & vtili opinor consuetudine scholarum, initiò rudem summã præceptorũ adolescẽtiæ proponere soleamus, vt inde ad subtiliores rerũ disputationes facilior sit aditus, idcirco pro virili hanc quoq; partem Physices promouere & exornare cupiẽtes, Isagogen Alcabicij, quòd nihil in hoc genere ab alijs rectiùs proditũ extare sciremus, studiosæ iuuentuti enarrantes, de omnibus præceptis, quæ ad verã artem nanciscendã & exercendam requiri videbantur, non tam artificiosè q̃ perspicuè & crassiore, vt dici solet, Minerua disserere conati

ſumus. Arabs eſt hic ſcriptor, & interpres eius Hiſpalenſis, cuius oratio, etiamſi non ſit tam nitida, vt delectare eruditos poſſit: cùm tamen reliquos, qui Arabũ ſcripta olim in latinũ cõuerterũt, facilè ſuperet, ferendũ boniq; conſulendũ ſtudiũ ipſius putaui. Adhæc cùm hac inſtructione non tantũ ad Ptolemæi, verùm etiã & præcipuè ad omnium Arabum doctrinã intelligendã lectorẽ inſtituere voluerit, ſortes inanes, decurias, nouenarias, duodenarias, ferdarias, & talia à phyſica doctrina diſſentientia, & ne ab ipſo quidẽ probata, ſimul cum veris introducere neceſſum habuit. Nos verò, quibus non tam multorum huius generis ſcriptorũ, quàm veræ & naturalis artis diligens indagatio curæ fuit, his & ſimilibus, quæ metas veræ artis euagãtur, obiter aſpectis, & mox reiectis, nihil præter ſinceræ artis præceptorũ perſpicuam explicationẽ & vbiq; ad Ptolemæi ſententiã collationẽ quæſiuimus. Reliquas verò otioſas & inanes opiniones, etiamſi tanquàm ab arte alienas reſecãdas eſſe paſſim oſtenderimus: eas tamen, cùm aliorũ ſcripta integra emittenda eſſe probè intelligeremus, nõ eiecimus, atque ipſas quoque vel eo nomine vtiliter extare atque ab incautioribus aſpici poſſe vel debere putauimus, vt inde vera à falſis, phyſica à vanis faciliùs diſcernantur, & quid Ptolemæus ἀριθμὸς, κλῆρος καὶ τὰ ἀναλογόμενα nominet, rectiùs intelligatur. Sicut enim in alijs diſciplinis omnibus, acuendi confirmandiq; iudicij gratia vnum atq; alterum ex potioribus ſcriptoribus conferre vtile eſt, ita hanc quoq; Arabum cum Ptolemæi doctrinæ collationẽ

adoleſ-

adolescẽtibus aliquid acuminis adferre posse opinamur. Facilius factu esse videbatur, nouum huius generis scriptũ texere, sed institutionẽ primam, ad cõmunem & receptã materiarũ tractationẽ accõmodare vtilius. Etsi verò ea, quoq; q̃ à me iuuãdi studia iuuẽtutis gratia hîc adiecta sunt, ego minimè ita expolita esse agnoscerẽ, vt censuræ iudicioque multitudinis absq; formidine aliqua cõmitti possent: tamẽ cùm librariorũ præstantissimus vir, Arnoldus Birckman, vestræ reip. ciuis honestissimus, cũ optimo sene Domino Conrado Tegemanno diuæ Vrsulæ Canonico, quem præter insignem sacrarum literarũ peritiã non tantũ Mathematum, totiusq; huius philosophiæ minimè rudem, sed & multarũ aliarũ admirabiliũ naturæ actionũ consciũ comperi, cum alijs naturæ studiosissimis minimeq; vulgaribus hominibus, vt typis excusa publicarentur, me adhortari non desisterent, nõ duxi ipsis repugnãdum in ea re, quam vel soli Antonio Rinco viro & nobilitatis generisq; nomine eximio, & præter pulcherrimarum virtutum, optimarum artium impensè studioso, apud quem tam diu diuersor, nullo pacto negare potuissem. Ab ipso ego sæpè, & tũ maximè, dum sicubi nos aliorum negotiorũ satietas capit, de cælo, de stellis, alijsque naturæ rebus admirabilibus colloquimur, sibi molestissimũ esse intellexi, quòd astrologiæ artis [illegible] præstantissimæ nullam sinceram, sed vel obscurã vel nanijs oppletã principiorum tractationẽ haberet: qua re quantum bono iudicio valeret & quàm solidæ virtutis cupidus esset, significare mihi visus est. Res magna est, ingẽs

genus à proauis, sed maior laus nataliũ splendorẽ cõdecõ rare eximia doctrina, cuius impetus etiãsi de cælo, vt dixi, sit, cùm tamẽ & corporũ & ingeniorũ aliquã similitudinẽ à parentibus in sobolẽ propagari sciã, idcirco patri ipsius Ioanni Rinco viro clarissimo (qui & ab antiqua & adprimè nobili familia ducit originem, & ob miram ingenij dexteritatem, qua liberalia studia ab ineunte ætate tractauit, Doctoris vtriusq; iuris insignia nullius lucri causa, sed saltem vt vrbi & Academiæ, in qua mirabilem in modum prælucet, sit decori, iamdiu gestat, cùm eum iam senem & ingrauescente ætate, in qua tamen valetudine firma est, & robur militare tuetur, magnoperè amare & colere omnes bonas artes & res in natura præstantissimas vnicè admirari viderem) non sine gratia aliquando sum gratulatus de hærede, qui non tantùm patris nobilem familiam, sed etiam patrem virtute referre queat. Quare peritos & cãdidos lectores spero boni consulturos esse, quòd tractatiõe rei nobilissimæ, morem gessi nobilissimis hominibus & amicis, qui mihi autores fuerunt, vt pulcherrimæ de motibus corporum cælestium doctrinæ, quæ ex certis & perpetuò ratis numerorum & Geometriæ demonstrationibus extruitur, proximè sequentem partem physicæ, qua stellarũ cæliq; vires, motiones & effectus, admirabili & haud dubiè diuinitus monstrata ratione explicantur, adiungerem, atq; hæc de primis artis principijs iam à me ad vtilitatem iuuentutis collecta æderem. Vestræ autẽ, amplissimi splendidissimiq; viri, prudentiæ, qua in delectu rerum personarumq;

narumq; ad pulcherrimam imaginem beatæ Reipub. exprimendam pertinẽtium, plurimum valetis, hanc meam lucubrationem dedicandam duxi, cùm ob alias causas, tum verò ob liberalitatem insignem, quam & olim à vobis munificè sensi, & iã continenter experior, postquàm quicquid est hoc oneris seu muneris, quod pro mea tenuitate in celeberrima vestra Academia tueor ac sustineo. Neque verò veritus sum, vt ne hæc mea gratificandi voluntas, vobis satis apta aut grata videretur, cùm maximis difficilimisque rebus Curiæ occupatos, rem literariam seriò inspicere, atque constitutis totius philosophiæ, linguarum verò quotquot publicè exerceri prodest, & denique aliarum facultatũ omnium idoneis personis & doctoribus, celebritatẽ Academiæ augere cernamus omnes: & ob id in eam opinionem fiduciamque adducamur, vt existimemus minimè fieri posse, vt vestra autoritate iudicetis indignam earum artium acceptationem, quarum assiduam in vrbe tractationẽ ad Reipub. admirationem plurimum conducere putatis. Hinc verò vestrorum animorum celsitudinem consiliorumq; altitudinem æstimare nos decet. Nam ad hunc modum Reip. prouidentes, ad gubernatorũ munus vtrumq; pertinere, & vt corpora ciuiũ defendãtur, & vt animi eorũ imbuãtur erudianturq; disciplinis optimis, nõ tantũ vos intelligere ostenditis, verùm etiã re ipsa haud obscurè declaratis. Nauicularij naues voragini illatas aut fluctibus oceani diutiùs vexatas, vix seruare possũt: At vos in spatioso bello per Europam instar flammiferæ furiæ grassante, quo

te, quo plurimorum ſedes aut vaſtatas, aut ambuſtas vidimus, ciuitatẽ veſtram & ciues incolumes conſeruare potuiſtis. Anno verò ab hinc circiter tertio, in caritate annonæ maxima, cùm lõga fames hîc & vicinis locis oĩbus eſſet, frumentũ granarijs veſtris exportatũ, & ciuibus veſtris ſuffeciſſe, & vicinorũ plurimos fame perituros ſeruaſſe ipſi vidimus. Tales & ſimiles res in Repub. indies inſigniter geſtæ, etiamſi vobis eximiam & maximam laudem pariant, omnes tamen hominum celebratione cõtinentur. Verùm beneficia, quæ per conſeruationẽ Academiæ ad ciues, ad vicinos, & denique ad vndique circumiacentes regiones tranſmittitis, mente omnia concipere difficile eſt, oratione aliqua certè ſatis laudari nequeunt. De his tantis virtutibus, ad quas omnes, qui ad gubernacula ſedent, ſeriò inuitandi & diligenter excitandi ſunt, vos qui eas iam partes poſſidetis, vt deinceps integras retinere ſtudeatis, ſolummodo commonefacio. Taceo etiã iam liberalia premia, quibus vt Vniuerſitas vniuerſarum artiũ cuſtos iurè dici ſemper mereatur, collapſas profeſſionum ſtationes, vos ſeriò inſtaurare, vel meo exemplo omnibus ſatis conſtare poteſt. Nam ego hac tranſiens, cùm aſpecta forma ſcholæ omnes partes eruditionis præter Mathematum diſciplinas, quas in pleriſque ſcholis, vel neglientia, vel inaniũ rerum ſuperflua cura de lana capriciana philoſophãtiũ extinxit, pulchrè ſonare audirẽ, cœpi hîc harum artiũ, quas ſcholam deſiderare videbã, initia in gratiam ſtudioſæ iuuentutis exponere, & ſimul meam operam, ſi à vobis ſcholæ vtilis futura

tura iudicaretur, ipsi non defuturã significaui. Id simul atque rectè intellexißetis, non tantùm statio in schola, adiũcto annuo solario mihi à vobis addicta est, verùmetiam pro onere, quod spontè in schola ad tempus subierã, honorificentißimũ munus tributũ est: pro quo vobis, qualicunq; iam oportunitate oblata gratias ago, simulq; rogo, vt me meaq; studia vobis deinceps commẽdata eße velitis. Sed iam epistolam finiam tali clausula: Si mœniorũ vrbis ciuiumq; nuda defensione, quidam gubernatores, multorum gratiam virtutumq; eximiarum laudẽ sibi cõparare potuerunt, non facilè dictu est, quantum fauoris & gratitudinis laudumq; debeant ciues vestri vobis, quì & inter respublicas quietas, vrbem pacatißimã retinetis, & Germaniæ Academiarũ solam ciuitatis alumnam fouetis. Valete fæliciter. Datum in republica vestra, Anno salutiferi partus M.D.LX. in æquinoctio verno Iulij & Augusti CAESS. hoc est, die XXV. Martij, quo CHRISTVS DEVS in vtero beatæ Mariæ Virginis, natæ ex regia stirpe Dauidis, humanam naturam aßumpsit.

Errata.

Et 1. versu quarto, lege ardentem pro occidentem.
Item lege priusque pro priusquàm.
Item lege τρίπους pro ζύγης.

PRAEFATIO AVTORIS.

Postulata à Domino prolixitate vitæ, gladij regni & durabilitate sui honoris, custodia quoque operum eius & bonorum, atque extensione sui imperij: exordiamur id quod volumus narrare. 1

2 *Cùm vidissem conuentum quorundam antiquorum ex autoribus, magisterij de iudicijs astrorum edidisse libros, quos vocauerunt huius magisterij, id est, iudiciorum de astris introductorios: sed quosdam ex eis non fuisse scrutatos satis diligenter vniuersa de his, quæ introductorio conueniunt, inq; eodem magisterio sunt necessaria: quosdam verò ea quæ necessaria sunt, protulisse prolixè, adeò vt quod necessarium est, in eo perijsse iure videri possit: quosdam denique in ordinatione eorum quæ protulerunt, non incessisse itinere disciplinæ conspexissem, cœpi edere hunc librum.*

3 *Et nominaui eum introductorium, & non introduxi ratiocinationes disputationi siue defensioni eorum quæ protulimus necessarias, cùm sint in libro Ptolemæi, qui appellatur quatuor tractatuũ: & in libro meo, quem edidi pro confirmatione magisterij iudiciorum astrorum: & in destructione epistolæ Haissen ben Hali, quæ confutata iacet prolatis rationibus, quæ ad hoc possunt sufficere.*

4 *Et diuisi eum in quinque differentias: Prima differentia est de esse circuli signorum essentiali & accidentali. Secunda differentia de naturis planetarum septem,*

& quid illis proprium, & quid significent. Tertia differentia est de his, quæ accidunt planetis septem in semetipsis, & quid accidat eis ad inuicem. Quarta differentia versatur in expositione nominum Astrologicorum. Quinta differentia in vniuersitate partium & expositione esse earum in gradibus.

Duæ sunt disciplinæ teste Ptolemæo præcipuæ & maximæ, necessariæ ad præuidendos & præcognoscendos futuros euentus, qui causas & proprietates rerum naturali & diuinitus instituto ordine consequuntur. Vna est doctrina de motibus cœlorum corporumque cœlestium: alia diuinatrix seu μαντικὴ. Veteres vtramque nomine seu Astronomiæ, seu Astrologiæ complectuntur, sed recentiores vocibus, quæ olim idem significabant, distinctis, doctrinam de motibus Astronomiam, diuinatricem verò Astrologiam nominant. Est autem Astronomia scientia certissima. Nam per Geometricas & Arithmeticas demonstrationes siderum constantes & certos motus, positus, magnitudines, distantias cùm à terra, tum à se inuicem perscrutatur. Astrologia verò est ars, qua sagaciter & modo philosophię naturali consentienti, præuidemus & præcognoscimus effectus & significationes, quæ hunc vel illum siderum positum tanquàm causam efficientem comitantur, omnino necessaria ad præuidendas τὰς εὐκρασίας καὶ δυσκρασίας aliquãdo in corporibus elementorum exorituras, & præuidenda talia accidentia, quæcunque vel corporis nostri, temperaturis iuxta communem naturę cursum inhærent, & ob id vtilissima ad augendam conseruandamque valetudinem hominum, ad tuendam rem familiarem, atque deniq; ad præcognoscendas constitutiones aëris, quibus corpora tam inanimatorum quàm animatorum euidenter affici compertum est, & argumentis rerum doceri potest. Hinc perspicuũ est, inter Astrologiam & Astronomiam id interesse, quòd hæc scrutetur stellarum situs, ortus, occasus, progressus, stationes & configurationes: illa verò ex his omnibus stellarum affectionibus futura præuideat. Vt quæ pars cœli vel stella in principio alicuius ex-

ortus

ortus simul exoriatur, quibus in locis luminaria reliquaque sidera teneátur, & quomodo inter se colligata aut disiuncta sint, & talia similia inuenire, Astronomi est officium. Quod verò apud Ptolemęum dicitur, eos qui nascuntur Luna & Mercurio inconiunctis, Saturno per diu, aut Marte noctu ad horoscopum scandente, prædictamq; figurationem intuente, plerunque fieri epilepticos, ad Astrologiæ coniectationem pertinet. Vtriusque artis inter scriptores princeps est Claudius Ptolemæus, qui cæteris elegantius [redacted] has artes prodidit: is tamen propter rerum subtilitatem altitudinemque, & præcipue in hac parte breuitatem nimiam, non ita multum profuerit rudi lectori, qui prima elementa prius non cognouit ex libellis isagogicis, quorum præcipui sunt: in Astronomia Procli & Georgij Purbachij: In Astrologia Alcabicij, cuius breuia & obscurius quędam dicta in gratiam huius artis Tyronum latius exponere, & exemplis, quando res ita postulauerit, explanare conabimur. Sed alterum & pręcipuum nostrum in hac commentatione erit studium, vt hæc Alcabicii, quæ ad traditiones Arabum intelligendas pręcipuè deseruiunt, ad sententiam Ptolemęi, [redacted] artificibus probari video, diligenter conferamus. Speramus autem hunc nostrum laborem fore nec ingratum nec infrugiferum studiosis adolescentibus. Nam ex his nostris institutionibus, non tantùm omnia & necessaria huius philosophię pręcepta cognoscere, sed & vera à falsis superstitiosis, καὶ τοῖς αἰτιολογήτοις diiudicare, & in quibus Arabes Ptolemæum secuti sint, in quibus ipsum reliquerint, & quæ denique absurda commenti sint, facilime intelligire poterunt.

1 Ab inuocatione incipit more veterum, qui etiam in soluta oratione sicut poetæ ab inuocatione exordiri solent. Demosthenes aduersus Aeschinem pro Chtesiphonte: πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, hoc est: Primùm quidem viri Athenienses Deos atque Deas omnes precor, vt quantum beneuolentię ipse semper habui & erga hanc vrbem & erga vos, tantum mihi à vobis pręstetur in pręsenti certamine. Et Lycurgus in Leocratem: εὔχομαι τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς

Postulata à Domino &c.

θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωσι τοῖς κατὰ τὰς πόλεις καὶ χώρας ἱδρυμένοις, &c.

Cùm vidissem, &c.

2 Occasio scribendi. Dictio contextusque orationis barbara sunt, sed sententia & res ipsa, quę sola in hoc autore vbiq; spectabimus, meliora. Etsi, inquit, non desint, qui in Astrologiam Isagogas scripserunt, plerique tamen aut res necessarias non comprehenderunt, aut prolixitate orationis odiosa easdem ita obscurarunt, vt cùm rudiori lectori nihil prosint, totam suam operam lusisse videantur: aut denique nulla habita ratione ordinis & viæ docendi, pręcepta con[illegible] cogesserũt. Ob hanc causam compulsum se esse ait, vt Astrologiæ scribat Isagogen Methodicam, quæ omnia necessaria pręcepta contineat, nihilq; in ea inutile aut superuacaneum perperamúe sit positum.

Et nominauit eum, &c.

3 Intentio autoris. In omnibus artibus duo sunt genera docendi. Vnum vocant τὸ ὅλῳ, quo rem simplicissimè nudisque verbis nulla facta mentione causarum ostendimus. Alterum τὸ δι' ὅλῳ quod accurata disputatione causas præceptorum rimatur. Veluti cùm in arte medendi febricitantibus abstinẽtia vini pręcipitur, primi generis pręceptum est: sed cùm additur ratio, quòd potio vini augeat biliosæ materiæ incendium, ad posterius genus pertinet. Ad eundem modum quando in elementis Sphęricis definitur signifer, quòd sit circulus magnus, secans ęquinoctialem circulum ad angulos obliquos, ita vt media sui parte, quam ἐκλειπτικὴν vocant, ab eodem æquinoctiali maxima distantia partibus $32\frac{1}{2}$ ferè recedat, sub quo omnes planetæ motibus suis proprijs ab occidente in orientem feruntur: talis simplex & nuda descriptio signiferi ad genus docendi τὸ ὅτι refertur. Cęterùm quando artifices accuratiore disputatione causas obliquitatis eius reddunt, nimirum necesse esse, vt tanta obliquitas signiferi credatur, quòd experientia multisque consentientibus obseruationibus compertum exploratumque sit, solem nunquàm ab ęquinoctiali circulo declinare plus partibus $32\frac{1}{2}$: idque ita à Deo autore naturę esse ordinatum, vt sol cum cęteris erronibus propter vitam animantium, atque alias res nascentes ad latera mundi euagarentur, neq; si ad conuersionem primi motus perpetuò sub vno duntaxat Parallelo circumducerentur, media terra nimio rectorum radiorum ardore exusta reliquas quoque partes effœtas, perpetuoq;

tuoque gelu rigentes relinquerent: in genere docendi τῷ δι' ὅλου versantur: nam non tantùm signiferum simpliciter describere, sed & causam obliquitatis eius ostẽdere conantur. Sic in isagogicis libellis Astrologię cùm traditur, exempli gratia, simplex distributio signiferi in 12. signa dissimulatis causis: doctrina τῷ ὅλου est. Per doctrinam verò τῷ δι' ὅλου diligentius rationes & causæ huiusmodi distributionis quæruntur, quòd videlicet signifer primò in duodenas partes, nec in plures nec in pauciores ideo à veteribus sectus sit, quia annuo spatio, luna periodo sua completa solem duodecies assequatur, eidemque in singulis dodecatemoriis cœli semel coniungatur: aut quia ex 48. cœli imaginibus deinceps explicandis duodecim duntaxat cadant in solis semitam. Ex his intelligi potest, scopum huius opusculi totamque intentionem autoris esse, vt genere docendi τῷ ὅλου, omissa accurata disputatione de causis præceptorum, & neglecta confutatione ineptorum sermonum, quibus totam hanc philosophiam labefactari posse nonnulli existimant, simpliciter nuda Astrologię pręcepta exponat, quemadmodum solet & debet fieri in libellis isagogicis. Nam pręceptorum Astrologicorum τῷ δι' ὅλου, totiusque artis aduersus æmulos communitionem defensionemq; sufficienter exposita esse ait in quadripartita cõstructione Ptolemęi, & quibusdam opusculis à se conscriptis, quorum quidem mihi adhuc copia videndi facta non est.

4 Partitio operis & docendi ordo, qui cùm in omni re, tum in artibus tradendis est pernecessarius: is enim lumen rebus affert, atque memoriam mirificè adiuuat, adeo vt sine eo vix vlla intelligentia aut memoria esse possit. Est autem ordo multarum conclusionum, quę disciplinam aliquam conficiunt, in locis aptis accommodatisque collocatio. Cùm enim multiplex sit id, ex quo aliqua disciplina componitur, ordine opus est, alioqui confusione efficitur, vt adolescentes propter difficultatem fastidiant artem, aut saltem seriùs ad cognitionem eius perducãtur. Quapropter rectè adhuc autor ante pręceptorum expositionem, quem in exponendis pręceptis ordinem sequatur indicat. Porro ordo autoris, quantum ab ordine Ptolemęi dissentiat vel consentiat cum eodem, facile est

Et diuisi eum, &c.

iudicare. Vniuersaliter in tractatione Astrologica, aut partes, hoc est, longitudo, latitudo, & substantia situsque cœli perpenduntur, horumque omnium vires examinantur: aut stellarum potestates propriæque effectiones explorantur: aut denique hæc duo inter se conferuntur.

Ptolemæus ergo in quadripartita Cõstructione primò qualis vniuscuiusq; stellæ insita propriaq; natura per se existat exponit, ac deinde veluti secundo loco eorundem naturam aduenticiam comparatione ad solem edisserit. Tertiò ponit signorum generalem constitutionẽ, quam à temperatura quatuor anni temporum capiunt. Hinc quædam verna, quædam æstiua, quædam autumnalia, & deniq; quædam hyemalia signa nominantur. Subdit ibidem naturam quatuor cœli angulorũ, quibus pariter tam stellæ quàm signa comparari debẽt. Quartò recitat signorum constitutiones ab vniuscuiusque peculiari proprietate atq; insita natura desumptas, quo pacto alia tropica, alia ęquinoctialia, alia bicorpora, alia rursus masculina, alia fœminina, & denique alia quadrupeda, alia humana, alia terrestria, aut aliter denominata vocantur. Quintò enumerat proprietates signorum, quæ ex collatione ipsorum erga se inuicẽ oriuntur. Qua de causa quædam imperantia, quædã obedientia, quędam diametro quadrangulo, trigone, sexagone, alijsque modis sese contuentia, & deniq; quædã inconiuncta signa appellantur. Expositis ita qualitatibus vniuscuiusq; seorsum, sexto tãdem atq; vltimo loco stellarum ad signa comparationem instituit, atq; partes cœli alias Soli, alias Lunæ, alias erronibus alijs domo, altitudine, trigone & finibus consentire docet. Ad extremũ habitudines singularũ stellarũ quatuor modis examinandas esse tradit. Primò ex propria natura stellę vniuscuiusq;, secundò à natura signi in quo constiterit: tertiò à configuratione ad Solem: quartò à configuratione ad cardines. Verba eius, quibus primum librũ principia artis continentem claudit, hęc sunt: ὅμ δὲ τούτων ἁπάντων εὐσύνοπτον, ὅτι τὸ μὲν ποιὰν ἑκάστου τῶν ἀστέρων ἐπισκεπτέον ἔκτε τῶ ἰδίας αὐτῶν φυσικῆς ἰδιοτροπίας, καὶ ἔτι τῆς τῶν ὠδιεχόντων δωδεκατημορίων, ἢ καὶ τῶν πρός τε τὸν ἥλιον καὶ τὰς γωνίας σχηματισμῶν.

Tali ordine præcepta Astrologica exposuit Ptolemæus, quẽ

hic

hic autor reliquit, atque nonnihil immutauit, ſed ita tamen, vt mutatio hæc non alicuius momenti incommodum lectori adferat. Et ſanè, ſi quod res habet dicendum eſt, hæc quoque via docendi, quæ hic proponitur facilitatis, & perſpicuitatis rationem habet. Primo enim loco variam oſtendit diſtributionem ſigniferi, ſignorumque conſtitutiones generales, quas ab anni quatuor temporibus & ſemeſtribus capiunt, breuiter ſtrictimque exponit. Proximum erat & Ptolemæi methodo magis conſentiens, ſingularum ſtellarum proprias naturas exponere. Sed autor his in ſequentem locum, nempe ad ſecundam differentiam dilatis, mox ipſa ſigna ſtellis cœlorumq; ſtationibus comparat, atque quemadmodum generales illæ ſignorum conſtitutiones præſentia ſtellarum & ratione diuerſi in cœlo poſitus promoueantur diminuanturue edocet. Veluti ſigni Leonis vis calida intenditur præſentia Martis aut Solis. Econtrario verò diluitur, ſi corpori aut radio Saturni commiſceatur. Similiter maior eſt vis ſignorum cardinantium quàm ſuccedentium. Et rurſum horum maior virtus quàm cadentium comperta eſt. Hinc perſpicuum eſt, vnius eiuſdemque Leonis vel etiam ſigni alterius naturam atque conſtitutionem diuerſarũ ſtellarum commiſtione, & ratione variarum poſitionum ad meridionalẽ & finientem non manere ſemper eandem, ſed multipliciter variari. Et hoc eſt quod dicit autor, ſe ſcripturum in prima differẽtia de eſſe ſignorum eſſentiali & accidentali. Nam generalem ſignorum conſtitutionem atque eorundem inſitam & innatam proprietatem, ſimiliterque incrementa vel decrementa virium, quas à Sole & ſtellis capiunt, nominat ſignorum vim eſſentialem. Ptolemęus verò vocat eam ἐνέργειαν κατὰ τὸ κοσμικόν, hoc eſt, ſecundum mundum diſpoſitionem: intenſiones verò vel remiſsiones qualitatum, quæ ſignis ratione diuerſarum ſtationum cœli contingunt, nominat autor accidentia, Ptolemæus verò τὴν κατὰ τὴν γένεσιν ἢ ἄλλην ἀρχὴν ἐνέργειαν, hoc eſt, diſpoſitionem quæ in genitura aut in alio rerum exordio ſignis euenit, nuncupat. Id verò non tantùm de ſignis, ſed etiam, & multo magis de ſtellis ſimiliter accipiendum eſt. Quemadmodum igitur in prima differentia ſignorũ, ita eodem modo in ſequẽtibus τὴν τῶν πλανήτων κατά τε αὐτὸ

τὸ κοσμικὸν, καὶ κατὰ γένεσιν διάθεσιν, hoc eſt, planetarum inſitas temperaturas atque proprietates, & harum virium incrementa decrementaq;, quę tam ſecundum mundi quàm genituræ ſtatũ capiunt, enarrat. Sanè in ſecunda differentia ſtellarum innatas temperaturas & peculiares, propriaſq; ſingulis ſignificationes ordinat. In tertia differentia eaſdem cùm ad æquinoctialem & eclipticam, tum verò ad ſuas aſpidas & paruos circulos, deinde verò tres ſuperiores & reliquos inferiores primo ad luminaria, & inde inter ſe, & denique ad centra & reliquas cœlorum ſtationes comparat. Quarta differentia continet expoſitionẽ vocabulorum artis & modos operandi, quibus in exponendis aſtrorum effectibus frequenter vtuntur iudices. Quinta differentia conſumitur enumeratione vniuerſarum partium, ſeu ſortium, quibus Arabes præter ſententiam Ptolemæi & extra artem, vt opinor, effectus & ſignificationes quaſdam affinxerunt. Hæc ſumma præceptorum eſt, quorum ſingula eodem ordine Deo auxiliante examinabimus.

DIFFERENTIA PRIMA DE DIVIſione Circuli ſignorum.

1 *Nitach, id eſt, Circulus ſignorũ diuiditur in 12. partes æquales, ſecundum diuiſionem circuli ſignorum, & hæ 12. partes dicuntur ſigna.*

2 *Et referuntur ad imagines, quæ ſunt ſub eodem circulo Zodiaco, quæ ſunt: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Et vnũquodq; iſtorum ſignorũ diuiditur in 30. partes æquales, quæ gradus vocantur. Et gradus diuiditur in 60. minuta, & minutum in 60. ſecunda, & ſecundum in 60. tertia. Similiter quæ ſequuntur quarta ſcilicet & quinta aſcendendo vſque ad infinita.*

3 *Et ex his ſignis ſeptem ſunt ſeptentrionalia, id eſt,*

ab

ab initio Arietis vsq; in finem Virginis, quæ sunt septentrionalia à linea æquinoctiali, & sex meridiana, id est, ab initio Libræ vsque in finem Piscium.

4 *Et sex ex illis dicuntur directè ascendentia, id est, ab initio Cancri ad finem Sagittarij: Et sex tortuose ascendentia dicuntur, id est, ab initio Capricorni vsque in finem Geminorum.*

5 *Et tortuose ascendentia obediunt directè ascendentibus, hoc est, duo signa quæ fuerint vnius longitudinis à capite Cancri, obediunt sibi, vt Gemini Cancro, Taurus Leoni, Aries Virgini: Et Pisces Libræ, Aquarius Scorpioni, & Capricornus Sagittario. Et duo signa quæ fuerint vnius longitudinis à capite Arietis, dicuntur cõcordantia in itinere, vt Aries & Pisces, Taurus & Aquarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Sagittarius, Leo & Scorpio, Virgo & Libra.*

6 *Et medietas circuli, quæ est ab initio Leonis vsq; in finem Capricorni, vocatur medietas maxima, & est medietas Solis, quia Sol in omni hac medietate habet *principium, sicuti habent Planetæ in suis terminis. Et alia medietas quæ est ab initio Aquarij vsque in finem Cancri, vocatur minima, & est medietas Lunæ, quia Luna similiter habet in omni hac medietate principium, sicut Sol in maxima.*

*id est, principatum seu potestatẽ.

7 *Et vocatur illa medietas, quæ est ab initio Arietis, vsque in finem Virginis, medietas calida. Et alia quæ est ab initio Libræ, vsque in finem Piscium, vocatur medietas frigida. Et vocatur illa quarta pars circuli, quæ*

est ab initio Arietis vsque in finem Geminorum, quarta calida, humida, vernalis, puerilis, sanguinea. Et illa quæ est ab initio Cancri vsq; in finem Virginis, dicitur quarta calida, sicca, æstiualis, iuuenilis cholerica. Et illa quæ est ab initio Libræ vsque in finem Sagittarij, dicitur quarta frigida, sicca, autumnalis, melancholica: & significat initium diminutionis mediocris ætatis. Et illa quæ est ab initio Capricorni vsque in finem Piscium, dicitur quarta frigida, humida, defectiua, senilis, hyemalis, flegmatica.

8 *Omnibus autem planetis qui feruntur in his signis, (9 non quòd sint in eis, sed quia feruntur sub eis, hoc est, in directo eorum) altior & propior circulo signorum & cursu tardior est Saturnus, deinde Iuppiter, deinde Mars, deinde Sol, deinde Venus, deinde Mercurius, deinde Luna, quæ est terræ propior & cursu omnibus velocior.*

10 *Significantur autem etiam per caput Draconis & caudam cum planetis quædam significationes, sicut exponemus in sequentibus.*

Nitach. 1 Principiò partitur signiferi longitudinem in 12. partes, quas latini signa, Græci à numero δωδεκατημόρια vocant, vt numerus eorum numero mensium anni synodicorum respondeat. Nam Luna spatio 29 $\frac{1}{2}$ dierum, solem sua velocitate semper assequitur, eidemque singulis annis solaribus duodecies, hoc est, in singulis dodecatemorijs semel coniungitur. Quòd verò quidam anni nobis 13. lunationes ostendunt, id reuera non tempus annuum, sed 11. dierum, quo spatio temporis circuitus solis duodecim luminum congressus superat, intercalationes efficiunt. Hac ratione Arabes moti, annuo temporis spatio

354. dies

354. dies attribuerunt. Nam dies 29 $\frac{1}{2}$. quibus luminaria congrediuntur, duodecies collecti, dies 354. efficiunt. Sed Aegyptij & C. Iulius Cæsar neglecto menstruo Lunæ cursu, periodico motu Solis anni metas concluserunt. Verùm nec hi per omnia inter se consentiunt. Nam Aegyptii & Persæ diebus 365. tantùm, Iulius verò diebus 365. & diei quadrante, id est, horis sex, annum solarem finiuerunt. Sed nos hac varietate annorum quæ alibi explicatur, relicta, ad sequentes partitiones signiferi transeamus. Is sanè in minores arcus, quàm sunt signa, cùm esset secãdus, vtilissimum videbatur, si eum in tantas partes distribuerent, quantas Sol diurnis curriculis peragrat. Verùm enimuerò cùm numerus dierum anni, qui est 365. supputationibus minimè conueniret, partiti sunt Astronomi, non solum signiferum, verùm etiam in vniuersum circulos cœlestes omnes in partes 360. qui numerus numero dierum anni tropici seu vertentis proximus est, & pluribus partibus componentibus seu multiplicibus, veluti semisse, triente, quadrante, parte quinta, sextante, besse, dodrante, & aliis sequentibus constat, atque ob id omnis generis supputationes facile admittit. Iam verò si partes 360. per 12. partiamur, deprehendemus vnum quodque δωδεκατημόριον seu signum signiferi tricenis constare gradibus. Etenim singulorum signorum tricenas partes æquis diuisionibus partitas, iuniores Astronomi gradus, veteres verò latini scriptores partes, Græci denique μοίρας appellant. Et herclè hæc quoque vnius signi in trecenas partes partitio ad motum Solis & Lunæ congruit. Nam cùm spacium temporis, quo Luna à Sole digressa, eundem rursus assequitur, comprehendat fere 30. dies, idcirco pars cœli duodecima, quam Sol interea suo motu emensus est, à natura ipsa intelligitur secari in partes totidem, quas recentiores à Solis gressu diurno gradus, vt dixi, non absurde vocant. Ex his perspicuum est, quòd in potioribus partitionibus signiferi, nempe in duodena signa, signorumque tricenas partes, sapiens antiquitas ipsam naturam ducem secuta sit. Cæterùm quod subiungit autor, singulas partes veluti integra rursus dirimi in sexaginta minuta scrupula, & vnum scrupulum primum in sexaginta scrupula secundaria, vnum se-

cundum in 60. tertia, ſimiliterque deinceps ad quarta, quinta, ſexta, & quæ ordine alia ſequuntur ſcrupula, Mathematicam partitionem calculo id ita exigente progredi, id non à natura, ſed ab arte conſtitutum eſt. Has cœli minutas partes vocant Græci λεπτὰ ἢ ἑξήκοσα πρῶτα, δεύτερα, τριτὰ, τετάρτα, πεμπτὰ, ἕκτα, ἑβδομὰ, ſicque deinceps. Sed in aſsignandis motibus vltra ſcrupula prima progredi, curioſitatis eſt non neceſſariæ, cùm minutæ cœli partes omnino ſufficiant. Nec ignoro ad eruendos ex tabulis ſtellarum motus veros, ſequentia minima quoque ſcrupula vtiliter obſeruari. In hoc quoque ἑξηκοντάδων, id eſt, ſexagenarum numero veteres eandem calculandi commoditatem ſpectarunt, quam in numero 360. qui & ipſe ſextantibus circuli ſeu ſexagenis graduum ſex, vt dictum eſt, cómponitur. Quapropter ſexagenarium reliquis numeris omnibus prętulerunt. Nam inter minores numeros integrum circulum componentes, nullus habet tot partes multiplices ſicut ſexagenarius. Primò enim conflatur ex ſemiſſe, id eſt, ex 30. deinde ex triente, id eſt, 20. tertiò ex quadrante, id eſt, 15. quartò ex parte quinta, id eſt, 12. quintò ex ſextante, id eſt, 10. ſextò ex parte decima, id eſt, 5. octauò ex parte decimaquinta, id eſt, 4. nonò ex parte viceſima, id eſt, 3. denique ex parte triceſima, id eſt, 2. Proinde artifices nõ ſolùm gradus circuli tanquam integra in minutiſsimas partes ſexageſimas perpetua partitione ſexagenaria, ſicut dictum eſt, attenuant, verumetiam ipſa integra eodem ſexagenario continenter amplificantes, ἑξηκοντάδες, id eſt, ſexagenas integrarum partium coagmentant: veluti ſextans circuli, qui duo dodecatemoria, ſeu 60. partes continet, vnam ſexagenam primam conſtituit. Et ſexaginta ſexagenæ primæ, id eſt, decem integri circuli vnam ſexagenam ſecundam efficiunt, & ſic vlterius aſcendendo, prout vſus calculi poſtulauerit. In tali numeratione in medio conſiſtit gradus vel alia rerũ forma, cui vim integri aſsignat ſupputantis cogitatio. Vtrinque collocantur ſexagenæ, ac verſus dextram quidem antecedunt ſexagenæ collectæ ex integris: verſus ſiniſtram verò ſequuntur ſexageſimæ ſcrupulorum minutorum. Sed huius rei in logiſtica ſcrupulorum aſtronomicorum maior vſus & latior tractatio habetur.

2 Ad extremum obserua, quòd autor hoc loco per imagines intelligat sidera octaui orbis, quæ ex multis stellis coacta effigies rerum animantiumque conficiunt. Sunt enim duo genera signorum: Vnum genus est eorum quæ in vltimo seu decimo orbe esse intelliguntur, suntque seu signiferi dodecatemoria, de quibus iam dicebamus, vel duodecim vniuersi cœli regiones, quarum initium ab intersectione æquinoctij verni sumitur. Veluti Arietis signum noni seu decimi orbis, est spatium cœli, quod ab intersectione verna partes 30. versus Aquilonem protenditur. Dodecatemorion verò cœli Arieti succedens est Taurus, cui deinceps reliqua ordine succedũt dodecatemoria. Alterum genus signorum intelligendum est in octauo orbe infinito illo numero stellarum inerrantium exornato, & sunt non spatia æqualia signiferi, sed stellarum sidera cœlo impressa. Dico stellarum sidera, quòd sidus & stella non idem valeant, sed vt græcis ἀστὴρ & ἄστρον, sic latinis stella & sidus diuersa sunt. Stella seu ἀστὴρ singularis est, vt erraticæ quęque & reliquæ omnes, quæ non admixtæ alijs solæ feruntur. At sidus seu ἄστρον ex coitione plurium stellarum figuratur, vt est Aries, Taurus, &c. maior minorque vrsæ, & quæcunque variarum genera rerum in cœlum recepta creduntur. Neque verò existimandum est, vt quidam tradidêre, stellarum positum figuras eiusmodi de cœlo oculis nostris aspiciendas obijcere, aut lineas sideris faculas connectentes, animantium imagines efformare. Quid enim simulachro cœlestis Arietis cum figura terrestris Arietis, aut simulachro taurino cum figura terrestris bouis? Cœlestia sidera rerum inferiorum animãtiumq; figuris circumscripta esse reor præcipuè ob hanc causam, vt stellis insignioribus & obseruatione dignis nomen imponi posset, vtque in tanto numero stellarum plures vni vocabulo comprehensæ breuiùs describi, & denique perceptæ faciliùs in memoria retineri possent. Sunt itaque hæ figuræ voluntariæ, hoc est, non à natura factæ, sed arbitrio artificum in cœlum, vel potius è cœlo in globos cœlestes translatæ. Quod cum ita sit, apparet doctrinam τὴν στοιχειωματικῶν, qui sigilla & imagines illas stellarum à pictoribus in globis cœlestibus delineatas ad corporis animique morbos sanandos exculpunt, esse inanem,

Et referũtur, &c.

ſuperſticioſam, nulliſque cauſis Phiſicis firmatã. Ad hæc etiam ſi poſitus ille ſtellarũ cœleſtis, tales imagines in cœlo formaret, tamẽ cùm figuræ & in vniuerſum quantitates omnes, ſicut nullam planè per ſeſe efficaciam habere, ita quoque nullam efficiendi vim aliunde ſuſcipere poſsint, manifeſta eſſet amentia, exculptis imaginibus vim ſuſcipiendi influentiam cœleſtem tribuentium. Quòd verò cum ſingulis corporibus cœleſtibus, atque adeo certis cœli regionibus certas rerum formas in hoc ſublunari mundo conſentire & commutari aperte videmus, id fieri non ob figuræ, ſed potius propter temperaturę ipſarum ſubſtantiarum conuenientiam prudenter iudicandum eſt, veluti quod ἄρκτος peculiariter magis quàm alias res afficit magnetem, adeo vt ſemper atque abſque vlla intermiſsione in boream conuertatur, id non ob figuræ, ſed potius ob temperaturæ conſenſum, aut alia quadam vi ſeptentrionis occulta magnetisque naturæ conſentienti contingit. Tali Phiſica & experimento comprobata ratione eruditam & ſapientem antiquitatem vniuerſum cœlum in effigies rerum digeſsiſſe, ſideribuſq; nomina cum effectu ipſorum congruẽtia impoſuiſſe, credi debet. Sic Taurus nomen accepit, quòd laborioſos, fronte elata, atq; vtrinque prominente faciat, & quòd eius generis animantia apud nos peculiariter præ cæteris magis afficiat. Narrat Põtanus Saturni Martiſque coniunctionem in Tauro ſuo tempore horridiſsima frigora hyemis ſuſcitaſſe, magnamque bubus calamitatem attuliſſe. Et quanquàm ouis tolerando frigori ſit imbecillior, in boues tamen vehementius peſtem illam deſæuiſſe propter ſignum cœleſte, ad quod terreſtris bos refertur. Quæ coniunctio ſi fuiſſet in Ariete, in oues nimirum ſæuiùs graſſata fuiſſet. Similiter Leo & Canis nomen acceperunt, quòd calidos, cholericos, [redacted]

Ad eundem modum reliquæ imagines omnes à proprietate effectus nomina inuenerunt: Veluti Draco, Scorpio, Serpens à veneno [redacted]

[redacted] Nec quemquam offendere debet, autores alios plures, alios pauciores numeraſſe effigies, ſiquidem talis diſtributio cœli facta eſt ab hominibus non vnius ætatis, ſed multorum ſeculorum, in quibus hæc ſtudia floruerunt. Quapropter ob varias circumſtantias & vires in ſtellis deprehenſas, aucta diminuta, & denique reipſa ita poſtulante, immutata eſſe hæc cœli ſimulachra exiſtimandum eſt. Plinius libro ſecundo cap. 41. duo atque LXX. narrat eſſe ſigna ſeu effigies, in quas digeſſerunt cœlũ periti. Sed nos Ptolemæo credere debemus, qui ex innumeris ſtellis mille viginti duas viſu & effectu inſignes, octo & quadraginta cirumſcripſit imaginibus, quarum viginti & vna in partem Arctoam, quindecim in auſtrum vergunt. Reliquæ duodecim ſigniferum intexunt, quas ob id autor cum extremi orbis dodecatemorijs præciſe congruere arbitratur. Sic enim ſcribit: Duodecimæ partes Zodiaci dicuntur ſigna, & referuntur ad imagines quæ ſunt ſub eodem Zodiaco circulo. Et quamuis hæc non diſſentiant à Ptolemæo, qui & ipſe dodecatemoria ab adiacentibus ſignorum formis vocari vult, alia quadrupedia, alia terreſtria, alia ἡγεμονικὸς, aliaq; aliter: tamen tempore Ptolemæi tantùm quo prima ſtella Aſteriſm Arietis erat in interſectione verna, locum habere potuerunt, & nequaquam abſque craſſo errore accommodari poterunt ad tempora noſtra, quibus eadem prima ſtella Arietis, proceſsit ab æquinoctio verno apparente partibus 27. & paulò plus, vt calculus tabularum prutenicarũ oſtẽdit. Ad eundem verò modum reliqua octaui orbis ſidera in ſuccedẽtia extremorũ orbium dodecatemoria progreſſus ſimiles fecerunt. Nomina verò omniũ cœleſtium ſiderum [redacted]

[illegible] compo[illegible] versibus, quos propter elegantiam hîc adscripsi.

Nomina disce puer veterum studiose laborum
Syderea, & cœli cognosce micantia signa:
Signa vocant, quibus illa vides insignia templa,
Sed numerum demum quatuor atque octo esse dederunt.
Vrsæ summa tenent Aquilonis frigora, per quas
Ingens in morem fluuij perlabitur Anguis.
Hunc subit Arctophylax, sed & hunc mox gemma Coronæ,
Inde Genu Nixus, post quem Lyra, deinde Volucris.
Tum Cepheus & Castrope, tum Vector & ille
Falcatum extollens cæsa ensem gorgone Perseus.
Hinc Deltoton, & Andromede, hinc stas Pegase, sed te
Delphin excipit, hunc Telum, hoc Aquila, Anguitenensq;
Signifer hæc sequitur decliui circulus orbe,
In quo Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Chelæ, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.
At Notus vndifero tenet hæc simulachra sub axe,
Armatum Oriona, Canem in quo Syrius ardet.
Quîs Procyonq; Lepusq; & Iasonis additur Argo,
Hydrusq; & Centaurus & Ara incognita nobis,
Tum notius Piscis, Cetusq; ac Eridani vnda.

Priores versus solum 19. simulachra exprimere videtur, sed duo signa duplicant numerũ. Pegasus enim hic significat equi sectionem, seu equum primum, & Pegasum seu equum secundum. Similiterq; vox Anguitenens in ophiuchũ & serpentem ophiuchi tribuenda est. Posteriores quoque versus vndecim saltem videntur nominare sidera. Sed Centaurus duplicat numerum. Nam lupus seu bestia quam Centaurus gestat, à Centauro distinctum est sidus: Hydrus verò triplicat numerũ, Nam dorso crateram & coruum sitientem sustinet. His adijcienda est Corona austrua, quam alij οὐρανίσκον, id est, paruum cœlum, alii retam ixionis vocant.

In vniuersa hac tractatione appellationes signorum, graduum scrupulorumque, planetarum, nec non aspectuũ seu radiationum, & intersectionum, quas planum lunæ cum plano solis efficit, sæpissimè erunt vsurpandæ. Quapropter subiicimus hîc

significa-

significationes characterum, quibus omnia ista compendio citraque lectoris tædium exprimere deinceps poterimus.

CHARACTERES DVODECIM signorum signiferi.

Septentrionalium.			Meridionalium.		
♈	Aries,	κριός.	♎	Libra,	ζυγὸς ἢ χηλαί.
♉	Taurus,	ταῦρος.	♏	Scorpius,	σκόρπιος.
♊	Gemini,	δίδυμοι.	♐	Sagittarius,	τοξότης.
♋	Cancer,	κάρκινος.	♑	Capricornus,	αἰγόκερως.
♌	Leo,	λέων.	♒	Aquarius,	ὑδροχόος.
♍	Virgo,	παρθένος.	♓	Pisces,	ἰχθῦς.

CHARACTERES SEPTEM stellarum errantium.

♄	Saturnus,	φαίνων ἢ κρόνος.
♃	Iuppiter,	φάεθων ἢ ζεὺς.
♂	Mars,	πυρόεις ἢ ἄρης.
☉	Sol,	ἥλιος.
♀	Venus,	ἀφροδίτη ἢ φωσφόρος.
☿	Mercurius,	ἕρμης ἢ σίλβων.
☽	Luna,	σελήνη.

CHARACTERES SPATIORUM cœli.

Sig. Signum, δωδεκατημόριον σοιχεῖον ἢ ζώδιον.
P. Pars seu gradus μοῖρα.
1. Minutum seu scrupulum primum, λεπτὸν πρῶτον, sc. 1.
2. Secundum scrupulum, δεύτερον λεπτόν, sc. 2.
3. Tertium scrupulum, τρίτον λεπτόν, sc. 3.
4. Quartum scrupulum, τέταρτον λεπτόν, sc. 4.
M.C. Medium cœli, μεσουράνημα.
M.I.C. Medium imum cœli, ὑπόγειον ἢ τὸ ὑπὸ τὴν μεσουράνημα.

CHARACTERES RADIATIONUM, intersectionum & sortis.

☌ Coniunctio, συνοδος.
✱ Aspectus sextilis, ἑξάγωνος.
□ Aspectus quadratus, τετράγωνος.
△ Aspectus triangularis, τρίγωνος.
☍ Aspectus oppositus, διάμετρος.
☊ Draconis caput, ἀναβιβάζων.
☋ Draconis cauda, καταβιβάζων.
⊕ κλῆρος τῆς τύχης, id est, Sors seu pars fortunę.

Et ex his signis, &c. 3 Aequinoctialis circulus non solùm signiferum in principio ♈ & ♎, sed & vniuersum globum mundi in duas partes æquales dirimit, quarum altera borealis, altera australis à ventis ex istis plagis erumpentibus vocatur. Signa igitur signiferi sex, nempe, ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍, & alia quoque sidera, quæcunque in borealem partem ab æquinoctiali inclinant: dicuntur borealia. Reliqua signiferi dodecatemoria sex: nempe ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓, & quæcunque alia sidera in austrum ab æquinoctiali recesserunt, dicuntur australia.

Et sex ex illis, &c. 4 Iam verò, vt causa intelligatur, cur dicantur signa alia quidem rectè, alia verò obliquè seu tortuosè scandentia, ex sphæricis principijs assumendum est, ascensionem vocari arcum æquinoctialis coorientem dato arcui Eclipticæ. Est autem duplex signorum ascensio, recta scilicet & obliqua. Ac in tabulis directionum seu ascensionum, ascensio recta vocatur arcus ęquinoctialis, qui dato arcui signiferi in sphęra recta coascendit: Græcè ἀναφορὰ ἐπὶ τῆς ὀρθῆς σφαιρᾶς. Obliqua seu climatis ascensio vocatur arcus æquinoctialis, qui cum dato arcu Eclipticę in situ sphæræ obliquę oritur: Gręcè ἀναφορὰ ἐπὶ τῆς ἐγκλιμένης σφαιρᾶς. Tales ascensiones signorum, quę ratione sphæræ rectæ & obliquę differentias sumunt, autor hoc loco non intelligit, sed in genere de signorum recto obliquoque ortu, qui tam sphæræ rectæ quàm obliquæ competit, loquitur. Iuxta hanc ergo rationem, ascensionem rectam, quando maior arcus ęquatoris quàm Eclipticæ ascendit, & partes Eclipticæ in peroriendo plus temporis consumunt quàm partes ęquatoris: Obliquam verò, quum pauciores gradus de æquatore quàm de Ecliptica supra Horizontem euehuntur, & partes

tes ecliptiçæ in peroriendo minus requirunt temporis, quàm partes æquinoctialis, nominamus. Ad eundem modum signa ipsa alia efficiuntur recta, quæ dum ascendunt, plusculum temporis occupant: alia obliqua, quæ breuiori tempore sursum feruntur. Etsi verò tam in sphæra recta q̃ obliqua, signa alia rectarum, alia obliquarum ascensionum reperiantur: tamen dissimilitudo quædam est in eorum numero. Nam in sphæra obliqua sex signa sunt rectarum ascensionum, totidemq; obliquarum. Recta sunt, quæ in medietate signiferi descendente ab initio Cancri ad finẽ Sagittarii protenduntur, nẽpe ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐. Obliqua verò reliqua, quæ in medietate signiferi ascendẽte à fine Sagittarii ad principium Cancri extenduntur, nempe ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊. At in sphæra recta quatuor tantùm signa, quorum bina vtrinque puncta solsticiorum contingunt, nempe Gemini, Cancer, Sagittarius, & Capricornus rectè: reliqua octo obliquè scandunt. Cuius rei tibi compendium sequenti descriptione fecimus.

Signa Sphæræ obliquæ.

Recta	♋	♌	♍	♎	♏	♐	Medietas descendens.
Tortuosa	♑	♒	♓	♈	♉	♊	Medietas ascendens.

Signa Sphæræ rectæ.

Recta	♊	♋	♐	♑					
Tortuosa	♌	♍	♎	♏	♒	♓	♈	♉	

Tabulæ quoque ascensionum clarè demonstrant, vnumquodlibet signum sphęræ obliquę in medietate descendente locatum, plures partes de æquinoctiali secum peroriendo trahere, quouis signo in altera medietate ascendente posito. Et similiter in sphęra recta, quatuor signa punctis solsticialibus contigua, plus temporis in ascensione consumere, quàm octo signa reliqua. Huius rei exempla, primò ad situm sphęrę rectum, in quo vterque polus in horizonta procumbit: deinde ad situm sphęrę obliquę poliqúe altitudinem partium 51. 52. & 53. supputata subiecimus, ex quibus in vtroque sphęræ situ non tantùm quę signa recta & obliqua sint, sed & quę æquales anaphoras habeant, facile iudicabis.

Anaphoræ signorum ad rectum mundi situm supputatæ.

Signa				Part.	Scr.
♈	♍	♎	♓	27	54
♉	♌	♏	♒	29	54
♊	♋	♐	♑	32	12

Anaphoræ signorum ad triplicem mundi situm obliquum supputatæ.

Polus		51		52		53	
Signa		P.	Sc.	P.	Sc.	P.	Sc.
♈	♓	13	21	12	48	12	14
♉	♒	17	25	16	54	16	20
♊	♑	26	45	26	29	26	02
♋	♐	37	39	37	55	38	12
♌	♏	42	23	42	54	43	28
♍	♎	42	27	43	0	43	34

Et tortuo se, &c.

5 Cæterùm quod autor hoc loco scripsit, sex signa tramite recto scandentia, imperare aliis sex obliquè & tortuose ascendentibus, nempe Cancrum imperare Geminis, Leonem Tauro, Virginem Arieti, aliaque sic consequenter ius dicere aliis, quæ æqualibus spaciis à punctis tropicis remouentur, constare non potest. Nam Ptolemęus hęc non imperantia nec obedientia, sed intuentia, eiusdemque potestatis signa esse nos docet. Similiter illa, quę autor propter æquales anaphoras, concordantia in itinere vocat, (quæ aût ea in vtroque sphærę situ sint, præcedentes anaphorarum discriptiones satis declarant) Ptolemæus imperantia atque obedientia signa esse tradit: Nos verò hic & vbique, omnibus aliis potiorem sententiam Ptolemęi semper pręferemus, atque infra suo loco ipsius capite de signis competentibus, de imperantibus & obedientibus signis doctrinam totam clarè explicabimus. Neque enim videmus aliquam causam, cuius præsidio freti audeamus excusare autorem:

rem in hoc, quòd vel relicto Ptolemæo aliorum opinioni hic ſubſcripſerit, vel ipſe propria autoritate harum ſigniferi partium elegantiſsima atque maximè propria à Ptolemæo tradita nomina immutare debuerit. Quin etiam non contemnendę phiſicę rationes, & ipſa artis exercitatio, quam artificibus probari videmus, nos admonet adhortaturque, vt ſigna recta & obliqua ab imperantibus & obedientibus ſeparata diſtinctaq; teneamus. Notum enim eſt, claros ſcriptores alios euentus ab imperantibus obedientibuſque, alios verò à rectis tortuoſiſq; ſignis iudicare. Ex quo efficitur, vt euentus ab illis exorti, his minimè congruant, ſimiliterque ab his effecta, ad illorum vim ſine errore nequaquam accommodentur. Verbi gratia: Vna cauſarum, quæ quantitatem corpoream naſcentium declarant, eſt ſignorum aſcendentium rectitudo vel obliquitas, non autem ſignorum imperium aut obedientia. Et vice verſa, cauſarũ vna, quæ nati [redacted] erga alios ingenerant, eſt ſignorum imperantium & obedientium, non autem vt autor putare videtur, ſignorum rectitudo aut tortuoſitas. Vt verò rudiores lectores quomodo rectitudo vel tortuoſitas ſignorum ſtaturam corporis formare adiuuet, intelligant, & facili exemplo de vſu harum diſtinctionum, quibus ſigniferum in varias & nominibus diſtinctas partes periti diſtribuunt, admoneantur, ſubiiciam hic enunciatum 52. centiloquii, quod cùm Hermetis ſit, ſemper tamen nomine Ptolemęi excudi & circumferri videmus. οἱ τῆν μακρῶν ἀνδρῶν οἰκοδεσπόται τῆς γεννήσεως, ἐν τοῖς ἀπογείοις εἰσὶ, καὶ οἱ ὡροσκόποι ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῆν ζωδίων. τῆν δὲ κολοβῶν ἐν τοῖς ὑπογείοις, ζωνεξεταξομένων αὐτοῖς καὶ τῆν πολυαναφόρων καὶ ὀλιγοαναφόρων ζωδίων. Quę verba Pontanus ita interpretatus eſt: Domini geniturę hominum procerę ſaturę in ſublimitatibus ſunt, & ipſorum horoſcopi in ſignorum principiis. Eorum verò, qui ſunt breuis ſaturę, in humilitatibus inueniuntur. Ad hęc inquirito, ſignáne recta, an obliqua ſint. Iuxta hanc ſententiam tres ſunt potiſsimę cauſę, corporis humani proceritatem breuitatemúe efficientes. Prima eſt domini geniturę, ſeu potius domini ſigni aſcendentis in orbibus ſuis poſitus. Nam is ſummam aliquidem luſtrans, proceritatem, imam verò percurrens, breui-

tatem ſtaturę confert. Secunda eſt numerus graduum ſigni horoſcopantis, cuius primę partes ſi horizonta orientalem trãſeant, tunc ob robur ipſarum proceritatem: ſi extremę, ob vires exhauſtas breuitatem: ſi denique medię, mediocri ſua poteſtate, mediocritatem ſtaturę producunt. Tertia cauſa eſt ſigni horoſcopantis rectitudo vel obliquitas: illa tempus perori-endo producens, corpus quoque facit longiuſculum, hęc verò tempus aſcendendo corripiens, corpus nati abbreuiat. Exemplum: Naſcente Titio aſcendat libra, quod eſt ſignum rectum. Nam cum triginta ipſius partibus, in quauis poli altitudine plures quàm triginta partes de ęquinoctiali perotiri indicant exempla anaphorarum. Aſcendat autem etiam librę principium, ita vt gradus eius primus ſecundusúe, aut etiam tertius, quartus, quintus, vel ſextus finientem orientalem contingat. Denique Venus geniturae Domina in ſumma ſuorum orbium a♃ide feratur. His tribus cauſis Titio naſcente ſic, vt dixi, concurrentibus, Titium procero corpore futurum enunciabimus, etiamſi is à breuibus ſatus eſſet parentibus. Nam parentum bonam ſtaturam, item regionem, in qua communiter productiores ſunt homines, ad proceritatem ſtaturę multum quoque conferre haud eſt dubium. Econtrariò, ſi naſcente Titio, orientalem horizonta partes ſigni poſtremæ occupent, & ipſum ſignum exoriens præterea ſit obliquum, veluti Arietis aut Piſcium, & denique ♂ vel ♃ dominium geniturę adeptus, ad imas ſuorum orbium a♃idas depreſſus reperiatur, Titium quoque breuiore corpore, & contracta ſtatura futurum non dubitabimus. Hi ſunt ſtaturę corporeę ſtatus extremi. Mediocritas verò, quę vbi hęc non ex omni ſimul parte conuenerint efficitur, relinquitur ſagacitati prudentis Phyſici ita diiudicanda, perinde vt illarum cauſarum plures paucioreſúe conuenerint. οἰκοδεσπότης ſeu dominus geniturę qui ſit, & quibus rationibus eligendus, infrà magis in oportuno loco explicabitur.

Et medietas circuli &c.

6 Ratione longarum breuiumq; aſcenſionum, medietas ſigniferi vna, quę ab initio Leonis ad finem Capricorni protenditur, nominatur medietas maxima, quia dum aſcendit, plurimum temporis occupat. Hęc eadem etiam nominatur medietas Solis, quòd Leo Solaris naturę ſit, atque in ea medietate vniuerſa

uersa eam potestatem exerceat Sol, quam reliqui Planetæ in suis finibus. Altera, quę ab initio Aquarij ad finem Cancri extenditur, cùm peroriens tempus plurimum corripiat, medietas minima nuncupatur. Dicitur & Lunę medietas, quòd sicut Sol in maxima, ita Luna in hac minima principatum obtineat. Est enim Cancer familiaris Lunę. In reliquis autem huius medietatis partibus omnibus Luna ita regnat, quemadmodum Planetę in suis finibus: de quibus infrà dicetur.

Fines ☉	♌	♍	♎	♏	♐	♑
Fines ☽	♒	♓	♈	♉	♊	♋

7 Signorum Zodiaci, vnde ortus & interitus præcipuæ causæ defluunt, qualitates alias esse generales, alias à familiaritate Solis atque Lunæ, & reliquarum stellarum desumptas, alias ex collatione ipsorum erga sese ortas, alias denique simpliciter atq; absque vlla commistione insitas, atque singulis peculiariter ingenitas, suprà de sententia Ptolemæi dictum est. Eum verò in hunc modum hæc distinxisse, ex his ipsius verbis apparet: αἱ μὲν γὰρ ὁλοχρέσεραι καθ' ἕκαστον αὐτῶν κράσεις ἀναλόγως ἔχουσι τοῖς κατὰ αὐτὰ γινομέναις ὥραις. χωίσανται δὲ ἴνοῦ αὐτῶν ἰδιότητοῦ ἀφ' τε τῶ πρὸς τὸν ☉ καὶ τῶ ☾ καὶ τοῦ ἀεὶ ὁρᾶς οἰκειώσεως, ☾ αἱ κατὰ τὸ ἀμιγὲς αὐτῶν μόνων τῶν δωδεκατημορείων καθ' αὐτα, τε καὶ πρὸς ἄλλα θεωρομέναι δυνάμεις. Et vocatur illa, &c. hoc est: Generales quidem constitutiones rationem eandem habent cum temporibus. Existunt verò in singulis aliæ proprietates, quarum quædam sumuntur à familiaritate Solis, Lunę, aliarumq; stellarum: quædam verò simplices sunt, quæ dodecatemorijs singulis per se insunt, quæq; ex collatione ipsorum erga se inuicem oriuntur. Ad eundem planè modum Alcabicius postquam partitionem signiferi absoluit, partium eius qualitates & proprietates explicat. Et primò qualitates & naturas signorũ generales proportiõe quadam quatuor temporibus anni, quatuor ętatibus, & denique quatuor animantium humoribus correspondentes insinuat. In omnibus enim istis prima pars humida est & calida, prædominante tamen humiditate. Similiter pars secunda calidior quàm sicca: tertia siccior quàm frigida: quarta frigidior quàm humida existit. Verùm enimuerò cùm signifer, quatenùs

nùs est circulus, neque principium neque finem habeat, vbi illa prima pars eius inchoari statuiq; debeat, quęri potest. Respondemus eam à consensu qualitatum in rebus effectis hęrentium cum qualitatibus, quæ potioribus efficiendi causis insunt, esse æstimandam capiendamq;. Obliquus circulus seu signifer rerum nascentium causa effectrix est. Tempora verò anni & animantium humores sunt quæ ab eo efficiuntur. Etenim Sol signiferum lustrans qualitates temporum anni suscitat, quarum singulæ certarum ætatum humoribus consentiunt. Veluti ver consentit ætati puerili, in qua sanguis redundat: æstas iuuenili & cholericæ: autumnus decrescenti & melancholicæ: hyems denique senili & pituosæ. Quod cùm ita sit, perspicuum est, vnamquamque ætatem animalium, & vnumquemque humorem non tantùm certis anni temporibus, sed & ijs portionibus signiferi, quę talia tempora faciunt, ordine & potestate qualitatum principaliter congruere. Nam ex qua causa vnum quodq; tale existit, illud huiusmodi qualitate abundare oportet.
Proinde prima ętas, qua animalia humido abundant, & mollia teneraq; sunt, non tantùm tempori, quod ver nominamus, sed & cum ea parte signiferi, quæ verni temporis effectrix est, ordine & natura congruit. Talis autem est ea quæ à principio Arietis ad finem Geminorum extenditur, siquidem à Sole perlustrata aërem aëriq; corpora inclusa excellenter humectat. Ob hanc tantam similitudinem qualitatum in dicta portione cœli: verno tempore: & prima ætate animalium æquè dominātium, consentaneè hæc quarta signiferi pars prima, vernalis, puerilis & sanguinea dicitur. Omnia enim hæc sicut principia rerum faciunt, ita quoque caliditate & humiditate consentiunt: sed tamen longè magis humore quàm calore abundant. Porro ætas hominis (de hoc enim principaliter hic agitur) prima, quam puerilem seu potius ætatem incrementi nominant, à partu ad annū 21. extēditur. Ad eundē modū sequētia anni tēpora, & ætates sequentes reliquis sequentib⁹ signiferi quadrantibus ordine accōmodari debēt. Secūda ætas roboris nominata, ab anno 21. in annū 35. in robustis verò in annum 40. protenditur, & propter caliditatem & siccitatem æstati cōsentit. Hinc portio signiferi ęstatem faciēs vocatur, quarta secunda, calida & sicca,

ſicca, æſtiualis, iuuenilis & cholerica. In omnibus tamen iſtis dominatur calor. Tertia ætas ſapiẽtiæ, incipit ab anno 35. & porrigitur ad annum 50. in robuſtis verò ab anno 40. ad annum 60. progreditur. Hæc humori melancholico & tempori autumnali propter caloris decrementum, ſiccitatiſq; dominiũ comparatur. Quo efficitur, vt portio ſigniferi autumnum faciens dicatur quarta pars frigida & ſicca, autumnalis, melancholica & deficiens. Quarta ætas debilitatis, vniuerſaliter inter annum 50. & 60. capit principium, & durat vſque ad mortem. Comparatur autem pituitæ, hyemi & quartæ ſigniferi vltimæ, quę ob id frigida & humida redundante tamen frigore, phlegmatica, hyemalis & ſenilis dicitur. Hęc autem in ętatibus anniqúe temporibus temperaturarum ſimilitudo medicorum ſententiæ conſentit. Nam quòd Ptolemęus vernum tempus facit humidum & calidum, Galenus verò temperatum, reipſa non diſsident, ſiquidem ver ſubſtantia quidem humidum, qualitate verò temperatum eſt. Similiter autumnus ſubſtantia ſiccus eſt, quãuis qualitate humidus appareat, &c. Quod verò ad temperaturas ætatum attinet, Hippocrates paſsim enũciauit, quòd corpora, quæ creſcunt, plurimum habent innati caloris, qui vt Galenus docet, humidus eſt & calidus ſecundum ſubſtantiam, vtpotè, qui in ſubſtantia aërea & aquoſa hęreat. Sequentem ætatem vocant conſiſtentem, in qua etſi calor ſecundum qualitatem intendatur acuaturq;, tamen remittitur ὑπὸ ἐμφυτοῦ θερμοῦ ratione ſubiectæ ſubſtantię, in qua propter impuritatem adiecti nutrimenti diminuto humido innato, auctę ſunt partes terreſtres. Similibus de cauſis ſiccior eſt ętas tertia, & ſenium ad modum hyemis frigidum exiſtit. Quę omnia quũ cum ſigniferi quadrantibus, quod ad temperaturas attinet, cõſentiant, euidenter patet natura ſeu generalis conſtitutio dodecatemoriorum omnium. Nam ſemper tria vniuſcuiuſq; quadrantis ſigna, quę ſeſe mutuo ab aliquo punctorum cardinalium ordine conſequuntur, temperarura conueniunt. Veluti ſigna ♈ ♉ & ♊ in ſectione vernali reperta, calida ſunt & humida: quę in ęſtiuali ſectione ſequuntur, nempe ♋ ♌ & ♍ calida & ſicca. Hinc in autumnali ſectione poſita, nempe ♎ ♏ & ♐, ſicca & frigida: Denique ♑ ♒ & ♓, quę hyemem faciunt,

humida & frigida. Sed media horum, hoc est, fixa maximè talia existunt. Quocirca Taurus calidissimus est & humidissimus, & ob id omnium signorum in cœlo temperatissimus. Sic ♌ calidissimus est & siccissimus, biliosissimus & animosissimus. Similiter Scorpius frigidissimus est & siccissimus, sed tamen siccior quàm frigidus, perniciosissimus & humanæ naturæ valdè inimicus, ob quam causam ei venenum meritò attributum est. Signum denique Aquarij frigidissimum est & humidissimũ, & ob id ignauissimum timidissimumque. Adhæc cardinalia, hoc est, vnicuiusque quadrantis signa prima, vna qualitate remissa, altera maximè excellunt. Hinc in dodecatemorio Arietis caliditatem longè superat humiditas. In Cancro siccitatem caliditas, in ♎ frigiditatem siccitas, in ♏ humiditatem gelu facilè excedit. Ad eundem modum in signis quadrantum vltimis, quæ infrà bicorpora & communia nominabuntur, altera viget qualitas, sed ordine reuerso, & vbi vna qualitas alteram non ita excellenter & nimium supprimit. In dodecatemorio igitur Geminorum calor humidum: in ♍ siccitas calorem: in ♑ frigus siccitatem: in ♓ deniq; humidum excedit frigidum. Hæc est generalis constitutio duodecim dodecatemoriorũ, ex qua liquet, medietatem signiferi septentrionalem totam esse calidam, meridionalem verò frigidam, quemadmodum autor voluit.

Omnibus autem planetis, &c.

8 (Sequitur admonitio de ordine & situ planetarum, in quo Ptolemæum secutus, eos superiores reliquis statuit, qui longiore tempore vnam periodum conficiunt. Hinc Saturni stellam, quum annis 29. diebus 162. horis 7 $\frac{1}{2}$ ferè, motu suo æquali vnam reuolutionem absoluat, atque propter nimiam à terra distantiam minima appareat, summam esse atque maximo circulo ambire consentaneum est. Stella ♃ totum Zodiacum annis 11. diebus 315. horis 17 $\frac{1}{4}$. ferè perambulat, ideoque Saturno inferiorem orbem occupat. Hunc sequitur ♂, qui vnam reuolutionem complet anno vno, diebus 320. horis 22 $\frac{1}{2}$. Sol dux & moderator reliquorum in medio collocatus peragrat Zodiacũ diebus 365 $\frac{1}{4}$. Soli subijciuntur primo ♀, deinde ☿, quorum vterque absoluit totum Zodiacum eo temporis spacio, quo ☉. Lineæ enim mediorum motuum ☉ ♀ & ☿ semper coniunctæ sunt, ob quã causam ἰσόδρομοι, ὁμόδρομοι καὶ ξυνδρομοι τῷ ἡλίῳ dicun-

dicuntur. Nouissimum sidus terrisque familiarissimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum est Lunæ, quæ vnã periodum diebus 27. horis 8. ferè complet. Hæc est Ptolemæi de ordine planetarum sententia, à qua nonnulli dissentiunt. Sanè de ordine trium superiorum consentiunt omnes. Luna quoque omnium sententia ima est, quòd & Solis aspectum nobis adimat, & πάλλαξιν, quam diuersitatem aspectus vulgò nominant, cognitu manifestiorem habeat. Relinquitur ergo de situ atque ordine ☉, ♀ & ☿ controuersia. Plato & Aristoteles supra ☽ proximè collocant ☉, deinde supra ☉ proximè ponunt ♀, supra hanc ☿, tandem vt prius ordine ascendendo ♂ ♃ & ♄. Huic sententiæ qui patrocinantur, hanc rationem adferunt: Si, inquiunt, ♀ & ☿ essent infra ☉ siti, nõ minùs quàm ☾ si non totum, saltem partem eius aliquam obscurarent, quoties Soli coniuncti, inter ☉ & nostrum visum ponerẽtur: quod cùm nulla ętate obseruatum sit, idcirco credendum esse putant stellas ♀ & ☿ supra ☉ esse positas. Verùm hæc obiectio, qua per interuentum ♀ aut ☿ Solis obscurationem imaginantur, facilè confutari potest. Ac primò Solis interuentu Lunam occultari euidens est ratio: Nam corpus Lunæ, quod non nisi radijs ☉ accensum refulget, cùm sua natura opacum sit & obscurum, adeoq; densum, vt radiis incidentibus transitum minimè concedat, omnemq; lucem exceptam fortiter refundat, non mirum est si suo interpositu ☉ conspectum nobis auferat. At Veneris & ☿ cùm non sint opaca, sed lucidissima corpora, Solem tegere nequaquam possunt. Secundò ♀ & ☿ vt plurimum extra eclipticam ☉ vagantur, & rarò ita cum Sole coniungi possunt, vt in lineam ex visu nostro per centrum Solis actam incurrant, & sic inter aspectum nostrum Solemque ponantur. Ad extremum etiamsi hoc quoque accidat, atque sicut fieri potest, fiat alterutrius horum aspectabilis coniunctio: tamen cùm harum stellarum tanta appareat paruitas, vt aliquam partem Solis, quę sensu percipi possit, nobis adimere nequeant, non videntur audiendi, qui Solem his stellis non ob aliam causam subijciunt, nisi quòd in congressibus cum Sole eius conspectum nobis non auferant. Porro ☽ etsi $6644\frac{48}{125}$. vicibus minor Sole ostendi potest: tamen propter humilitatem ea magni-

tudine apparet, vt nonnunquàm totum Solem nobis facilè auferat. Est autem ☽ remotissimę diameter apparens scrupulorum 29. humilimæ verò sc. 36. ferè. Solis à terra remotissimi diameter apparens implet partes minutas cœli $31\frac{1}{3}$. humilimi 34. Iam ex collatione diametri apparentis ☽ humilimæ ad diametrum apparentem Solis vbicunque constituti perspicuum est, corpus Solis interuentu corporis ☽, etsi non cum mora, totum tamen posse occultari. Ediuerso diameter ♀ apparens iuxta obseruationes artificum, vix decimam partem diametri ☉ ęquat. Et cùm plana duorum orbium habeant se ad inuicem in duplicata ratione suorum diametrorum, efficitur solaris plani apparentis ad planum ♀ apparens, esse rationem eam, quę est 1. ad 100. Quare si tegeret Venus Solẽ, tegeret centesimam eius partem apparentem, quæ sensu oculorum notari nõ posset. Regiomontanus in princ. lib. 9. epitomes Ptolemæum ita defendit: Non est consentaneum, spacium quod est inter ☉ & ☽, stellis esse vacuum, cùm sit maius interuallo à centro terrę ad orbes ☽ vsque protenso. Nam minima Solis à centro mundi distantia continet semidiametros terrę 1070. & Luna altissima distat à centro vniuersi ijsdem semidiametris terræ ferè 64. quibus subtractis à distantia Solis, relinquuntur semidiametri terræ 1006. hoc est, milliaria Germanica 865160. quod tantum interuallum duorum luminarium omnino stellis carere non est verisimile.

Non quòd sint, &c. 9 De existentia stellarum in signis, quando cœlo affixa orbes luminarium aliorumque planetarum continere intelliguntur. Cùm ergo dicimus, Solem exempli gratia versari in ♈, non sic accipiendum est, quasi Sol supremum cœlum accedens inter fixas stellas feratur, sed quòd sub illa signiferi parte, quę dicitur Aries, ambulet. Autor Sphęrę docet planetas in signis quadrifariam existere. Sed locum Solis vel planetarum carentium latitudine in ecliptica verum, exactissimè indicat linea à centro terræ per centrum sideris ad extimum cœlum protensa. Quæ verò sidera latitudinem habent, atque extra eclipticam versantur, eorum vera loca certissimè monstrat pars peripherię, quę per polum Zodiaci & centrum stellę ad eclipticam porrigitur: nam punctum illud contactus in Zodiaco verus est

locus.

locus illius sideris secundum longitudinem. Hoc modo stella polaris, vt vocant, magnitudinis tertiæ, quamuis ab ecliptica P.66. absit: tamen iam ad P.20. sc.52. Geminorũ refertur, iuxta calculum prutenicum.

10 Draco figura est, quam Solis ac Lunæ meatus efficiunt. Nam planum a♃idis Lunæ eclipticam Solis super diametro mundi dispescit, ita vt vna eius pars in aquilonem, altera in austrum ab ecliptica spacio 5.P. discedat. Hanc in contrarias partes a♃idis ☽ inclinationem, vocant meatum flexuosum Draconum, à similitudine quadam ingentium serpentum, quorum venter capite & cauda laxior est & amplior. Vna autem harum intersectionum, vnde ☽ ad Arctoam plagam scandit, Draconis caput appellatur, Græci vocant σώδεσμον ἀναβιβάζοντα, id est, nodum ☽ attollentem euehentemque, cuius vsitatus character est ☊. Altera sectio, vnde ad austrum ☽ descendit, cauda Draconis vulgo appellatur, Græci vocant σώδεσμον καταβιβάζοντα, id est, nodũ deprimentem ☽ deuehentemq;, & vsitatus eius character est ☋. Boreus limes ὁ βόρειον πέρας, est medium punctum semicirculi Lunæ borealis. Australis limes priori è regione oppositus, est similiter punctum medium semicirculi Lunæ australis: Vulgus ventres Draconum appellat. His ita se habentibus manifestum est, inter vtrunque limitem & ipsos nodos quadrantes circuli comprehendi, & Lunam in nodis positam planè priuari latitudine, atque eandem in limitibus maximam consequi. Ad extremum sciendum est, hæc puncta nodorum limitumque Lunæ non esse fixa, sed quotidie ab exortu in occasum sc. 3. transire, vt ratio reddi queat, cur Lunæ defectus semper contingat citrà quàm proximè fuerit.

Significantur autem &.

DE DOMIBVS PLANETARVM.

1 *Habent quoque Planetæ in his signis potestates, quasdam per naturam, quasdam per accidens. Quæ sunt per naturam, sunt hæ: Domus, Exaltatio, Terminus,*

Triplicitas, Facies. De illis autem, quæ per accidẽs sunt, loco conuenienti tractabimus.

Domus sunt hæ: Aries & Scorpius, domus Martis: Taurus & Libra, domus Veneris: Gemini & Virgo, domus Mercurij: Cancer, domus Lunæ: Leo, domus Solis: Sagittarius & Pisces, domus Iouis: Capricornus & Aquarius, domus Saturni.

2 *Septimum autem signum à domo vniuscuiusq; Planetæ dicitur eiusdem fore detrimentum.*

3 *Et si duo signa fuerint domus vnius planetæ, dicuntur concordantia in Almantica, hoc est, in circulo, qui latus est in medio, & in ligatura strictus, & habet significare circulum Zodiacum.*

4 *Signa autem, in quæ planetæ dum intrant, dicuntur gratulari in eis, & domini eorum, secundum Dorotheum sunt hæc: Saturnus dum intrat Aquarium, gaudere dicitur: Iuppiter in Sagittario, Mars in Scorpione, Venus in Tauro, Mercurius in Virgine.*

Habent quoque &c.

1 Signiferi partitione signorumq; generali constitutione exposita, iamvt ordo suprà expositus exigit, vult ostendere, alias signorum proprietates à luminarium & reliquorum erronum familiaritate desumptas. Sed reprehẽdet me fortasse hic aliqs, hanc esse nouam aut alienam à sentẽtia autoris expositionem. Nam cùm Autor præmittat hic, se dicturum de potestatibus planetarũ tam insitis quàm fortuitis, non videtur dicere velle quibus modis intendatur remittatúrue signorum generalis constitutio. Verùm nostra expositio ratione non caret. Nam qui disputat, quemadmodum virtus planetarum cognatis qualitatibus ac familiaritate conuenientium signorum intendatur, aut contrarijs diluatur: is simul tacitè de intensione & remissione qualitatum signis insitarum tractat. Quæ enim temperatura

peratura simili sociata sunt, qualitatem vtriusque concurrentis faciunt efficaciorem, vt: quoniam ♂ & ♌ crasi conueniunt: Igitur cùm ♂ per ♌ graditur, calorē siccitatemq; signi adauget, & vis sideris vicissim iuuat cognata qualitate signi Leonis. Hinc perspicuum est, hanc tractationem de societate & conuenientia planetarum cum signis, tam ad vim signorum quàm potestatem planetarum augendam minuendamúe spectare. Cæterùm quòd autor familiaritatem planetarum cum signis aliam naturalem, aliam accidentalem facit, quomodo constare possit non video. Cùm enim stellas domo, altitudine, trigono & terminis naturaliter signis conciliari fateatur, quæ nam restare potest ratio, qua stellæ signis per accidens consocientur? nulla. Quod cùm ita sit, ideo capite vltimo, cui titulum fecit, de potestatibus planetarum accidentalibus, non stellas signis, sed temperaturæ diurni nocturniúe temporis iustè comparare potuit. Signorum quoque sexus non est fortuitus, sed naturalis. Ipsę verò duodecim stationes & quadrantes mundi, quos vel motus cœli quotidianus, vel loca luminarium, vt infrà patebit, faciunt, nihil planè commune cum signis habere possunt. Teneamus igitur methodum suprà à nobis expositam, & hic denuò ob magnam vtilitatem repetendam, nempe quòd & signorū & stellarū διάθεσιν κατά τε τὸ αὐτὸ κοσμικὸν καὶ κατὰ γένεσιν obseruare debeamus. Ac vt de signis priùs dicat, reperiunt in eis quędā qualitates generales, quales primo capite iā sunt expositæ. Hæ ipsæ qualitates augent postea, vt iā dicetur, societate planetarū quando temperatura conueniunt, aut diluuntur debilitanturque, cùm qualitates contrariæ fuerint. His si adiungas signorū proprietates peculiariter vnicuique insitas, & ex collatione mutua genitas, vniuersas signorum κατὰ τὸ κοσμικὸν constitutiones habebis. Reliqua signorum potestas vel ἀδυναμία ratione cœli positus accedens, vocatur κατὰ τὴν γένεσιν ἢ ὡς ἔτυχε διάθεσις, hoc est, secundum genituram vel fortuita dispositio. Motus enim cœli diurnus, inenarrabili sua celeritate non solùm singulis horis, sed & singulis temporum scrupulis situm cœli variat, atque signa cœlestia in alia atque alia loca deducit. Quo efficitur, vt vnius eiusdemq; signi, eodēq; modo sua natura affecti, diuersi sint effectus & significationes diuersæ in rerum exordiis,

dijs. [redacted] Idem intelligẽdum est de planetis, quorum κατὰ τὸ κοσμικὸν dispositiones sunt, primo quæ ipsis simpliciter ratione propriarum virium & temperaturarum attribuuntur, quales autor in secunda differentia persequitur.

Insunt deinde planetis aliæ potestates, quas ex communicatione & familiaritate signorum eiusdem naturæ capiunt. Vt si Sol in Leone commoretur, augebitur eius virtus signi Leonis conuenienti crasi. Sic Cancer Lunæ, Aries Marti, Sagittarius Ioui conuenit. Similiterque reliqua signa certis planetis familiaria sunt, & pluribus alijs modis copulata. Hinc sequuntur eæ planetarum vires, quas capiunt ratione Solis suarumque ἀφιδῶν, & quæcunque aliæ in tertia differentia exponuntur. Reliquæ planetarum potestates, quas respectu thematis seu figuræ cœli, atque à constitutione temporis accipiunt, sunt fortuitæ. Hoc pacto ♂ in nocturna genitura, Iuppiter verò diurna melius temperari intelligetur. [redacted] Ostẽso ordine, transeamus iam ad expositionem potestatum, quas signa à natura planetarum, seu potius, quas planetæ à natura signorum capiunt. Quoniam verò cuiusuis planetæ potentia in alijs locis plus, in alijs minus augetur aut languescit, ob id hę qualitatum potestates & ἀδυναμίαι certis appellationibus discernuntur. Locum principaliorem atque prę cęteris naturæ & crasi planetæ magis congruentem, vocant domum. Hanc sequitur altitudo seu exaltatio: inde Trigonus: deinde finis seu terminus. Vltima est decuria, quam Arabes, sicut alia multa, contra naturã & sententiam Ptolemæi commenti videntur. Quid vnumquodque horum possit, dicetur infrà, postquàm singula prius latiore expositione fecerimus planissima. Initiò autem seriem domorum explicare debemus. Sol & Luna singula sunt signa sortiti, in quibus dominium habent ac imperium constitutum. Ac Soli signum Leonis masculinum, Lunæ vero signum ♋ fœmininum

pruden-

prudenter deputatum est, vt pro qualitate generis sui vterque signo sibi sexu congruenti præesset. Cæteri autem planetæ, nempe ♄ ♃ ♂ ♀ & ☿ singuli binis in signis hospitantur, quorum vnum masculinum, alterum fœmininum est: vnum item in medietate descendente, alterum in medietate ascendente collocatur. Sed hospitijs luminarium vtrinque proxima sunt Mercurij domicilia, quæ rursus contingunt habitationes Veneris, has circundant Martis sedes, has Iouis, has denique Saturni, cuius rei compendium tibi in sequenti figura descripsimus.



Ecce quàm aptè & prudenter sapiens antiquitas singulis planetis sua domicilia constituerit. Nam ♌ & ♋, cùm proximè ad vertices nostros accedant, ac reliquis signis rectiùs nostras regiones feriant, duobus luminaribus, quæ magnitudine, claritate atque effectibus reliquos planetas facilè superant, hospitium præbent, idque non indifferenter, sed ♌ signum masculinum, diurnum & calidum, Solem ijsdem qualitatibus abundantem excipit: Lunam verò fœmininam, nocturnam, frigidam & humidam, Cancer eiusdem naturæ fouet. Singula quoque domicilia luminaribus conuenienter attributa esse videntur, ne luminarium vis & potestas, quæ sanè omnium corporum cœlestium est præcipua, pluribus imperijs distracta dissiparetur & redderetur languidior. Reliquis erronibus pari prudentia sua

regna asſignata eſſe facilè oſtendi poteſt. Neque enim ſine cauſa Capricornũ & Aquarium Saturno familiares eſſe voluerunt. Nam cùm Saturnus ſit maior infortuna, temperatura frigidiſsimus & tenebricoſus, atque ſummum remotiſsimumq; orbem teneat, maximè veritati conſentaneum eſt, eum imperium ac potentiam ſuam imprimis oſtendere in ſignis à domicilijs luminarium remotiſsimis, maleficis & frigidiſsimis, atque domibus luminarium oppoſitis, qui intuitus inſigniter malus eſt. Opponitur autem Capricornus domicilo Lunæ, hoc eſt, Cancro: & Aquarius domicilio Solis, hoc eſt, Leoni. Proximè in ordine Saturnum ſequitur Iuppiter, qui cùm ſit fortuna maior, itaque conuenienter eum hoſpitantur Sagittarius & Piſces, quorum vtrunque & naturæ Iouiæ eſt, quum Piſcium ſignum fœcundum ſit, Sagittarius verò ventos moueat. Intuentur præterea optimo, hoc eſt, trino aſpectu domus luminarium. Sed ♃ videt ♌, Piſces vero ♋. Iouem ſequitur in ordine ♂ infortuna minor. Proinde familiaris eſt ♈ & ♏, ſignis luminarium domus tetragono, id eſt, aſpectu mediocriter malo reſpicientibus. Verùm Scorpius Leonem, Aries Cancrum percutit. Iiſdem de cauſis Venus fortuna minor ♉ & ♎ ſortita eſt, quæ ſigna luminarium domos radio hexagono mediocriterque bono pulſant. Ad hæc, cùm Veneris ſtella reliquis omnibus ſit fœcundior, meritò ſignorum fœcundorum cenſetur ſocia. Eſt autem Tauri ſignum fœcundum inter animalia, ſignum Libræ fœcundum in ſeminibus. Reliqua duo ſigna, nempe ♊ & ♑, quæ domus luminarium non vident, ſed vtrinque contingunt, relicta ſunt ☿, quòd is à Sole nunquàm plus 27. partibus abſcedat. Quo fit, vt Solem nunquam aliquo aſpectu aſpiciat. Veneris autem à Sole διάσασις maxima eſt par. 48. ferè, itaque Soli aſpectu hexagono tantùm, & quidem platico coniungi poteſt.

Plin. lib. 2. cap. 17.

Septimum autem ſignum, &c.

2 Neque verò tantùm ſtellarum locorumque conciliationes, ſed & loca aduerſantia his quibus familiariter copulantur, obſeruare oportet. Nam quemadmodum virtus ſtellarum ſi cum cognata qualitate locorum vniatur, longè fit efficacior: ita econtrariò, vt Ptolemæus ait, ſi in locis alienis, & ſuę conditioni contrariis, hoc eſt, quæ opponuntur iis ſignis in quibus hoſpitantur extollunturúe, aut alio modo vires adaugent, reperiantur,

vis

vis eorundem contraria & dissimili signorum constitutione diluta & dissipata vehementer languescit. Verba autem Ptolemæi de hac re, hæc sunt: ὅταν οἱ τοῖς ἀλλωτριωμένοις καὶ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τόποις καταλαμβάνονται, πολὺ παραλύεται τὸ τῆς οἰκείας αὐτῶν δυνάμεως, ἄλλην τινὰ φύσιν μικτὴν ἀποτελοῦσης τῆς κατὰ τὸ ἀνόμοιον τῶν συνεχόντων ζωδίων κράσεως. Ergo postquam breuiter est indicatum, qui planetæ quibus in signis domesticas vires colligant, subiiciuntur iam signa, in quibus tanquàm in exilium pulsi, exulant, suarumque virium non exiguā iacturam faciunt. Septimum, inquit autor, signum à domo vniuscuiusque planetæ, hoc est, signum oppositum, planetæ detrimentum dicitur: Alii vocant exilium. Ptolemęus generaliter τὸν ἀλλωτριωμένον καὶ τῆς ἐναντίας αἱρέσεως τόπον nominat. Exempli gratia, septimum signum à domo Solis, id est, à Leone cùm sit signum Aquarii, idcirco Aquarii signum detrimentum Solis existit. Sic Luna in Capricorni signo Cancrino dodecatemorio opposito, detrimentum patitur. Similiter ♂ in ♎ & ♉, ♄ in ♋ & ♌ domesticas suas vires dissipant. Id detrimentum non parum adaugebitur, si præterea planetæ viribus signi natura fuerit contraria. Veluti cùm ♄ est in ♌, tum non tantùm exilio domus, sed & contraria signi intemperie debilitatus vires ad benefaciendum contrahit. Econtrà verò in ♋ constitutus, etsi perinde vt in ♌ à domo exulet, tamen cognata signi natura vim nocendi ob immoderatam frigiditatem assumit. Nam ♋ etsi signum ęstiuum sit, tamen propter familiaritatem Lunæ frigidum est & humidum. Ad eundem modum in altitudinibus vires suas exerunt, atque easdem in locis oppositis contrahunt, veluti ♂ in ♑, sicut dicemus, exaltatur, & in Cancri signo opposito prosternitur. Et sic de cæterarū dignitatum signis oppositis iudicandum est. Verùm in trigonis & finibus cùm id detrimētum non sit insigne, sed breuiusculum, ideo opposita horum locorum Astrologi neglexerunt, & opposita domorum altitudinumque tantùm considerant.

3 Ex supradictis patet, signa concordantia in itinere vocari, quæ in quolibet climate habent æquales anaphoras. At cùm signa bina, quibus vnum planetam præesse dictum est, inæquales ascensiones habeant, satis apparet, autorem hic aliud intel- Et si duo signa, &c.

ligere per concordantiam ſignorum in ſignifero, quàm ſuprà per concordantiam eorundem in itinere. Fortaſſe bina ſigna vnum planetam hoſpitantia, ideo nominat concordantia in Zodiaco, quòd ęqualiter à domicilijs luminarium abſcedant: vt ♉ & ♎, domus Veneris ſunt, & à ♌ & ♋, domibus Solis & Lunæ diſtant vtrinque diſtantia ęquali. Pari ratione reliquorum planetarum domicilia à domibus luminarium æqualiter remota in figura paulò antè deſcripta vides. Quòd verò dicit, huiuſmodi ſigna vocari concordantia in Almantica, hoc eſt, circulo, qui latus eſt in medio & in ligatura ſtrictus, notatio ſigniferi eſt, quam ex ſequenti deſcriptione Zodiaci facilè intelliges. A communi ſectione coluri ſolſticiorum & eclipticæ vtrinq; numerentur 6. vel 8. partes (nam Venus penè partes 8. à meta Solis ſolet diſcedere) atque ad fines horum arcuum intelligantur ex centro mundi ductæ lineæ, quæ vnà cum coluro ſolſticiali ſuper polis eclipticæ reuolutæ, deſcribent Zodiaci formam, quæ à centro terræ parte anguſtiſsima exiens, in extremo orbe ſatis latum amplumque ſpacium occupat. Hanc latitudinem ipſius ecliptica, id eſt, planum in quo Sol perpetuò ambulat, bifariam & in æquales partes dirimit. Per ligaturam igitur intelligit commiſſuram æquinoctialis cum ecliptica, quæ ſicut Horizon, meridianus, aut alius circulus, extremitas plana abſque omni latitudine eſſe intelligitur. Quãdo dicit: Latus eſt in medio, intelligit craſsiciem ſigniferi, quę cùm non tãtùm in extremo, ſed & in medio cœlo, per quod Sol decurrit, ſatis lata ſit, nullam certam ligaturam ſeu interſectionem cum æquinoctiali efficere poteſt.

Signa autem, &c.

4 Vltimæ clauſulæ ſententia eſt, quòd præter ☉ & ☽ vnuſquiſque planeta duas habeat domos, & harum altera magis ipſi familiaris, dicatur eius gaudium. Talem tantamque dignitatem pręcipuam & primam eſſe, haud eſt dubium. At Ptolemæo vice verſa gaudium eſt, planetæ dignitas cęteris omnibus poſtrema. Nam etſi ſtella fuerit in locis nullo familiaritatis teſtimonio ipſi deuinctis: tamen vult eam gaudere, ſi modò ipſa loca aliis eiuſdem ſectæ ſtellis conſociata fuerint. Veluti ſi Sol ſit in Piſcibus, in finibus & domo Iouis, dicitur gaudere non tanquam in proprio, ſed amici loco. Quòd autem talis planetarum

tarum in ſignis dignitas reliquis omnibus longè ſit imbecillior, res ipſa indicat,& Ptolemæus expreſsis verbis admonet. Dicit enim, quòd ad hunc modum etſi propter ſimilitudinem fiat quædam virium communicatio: tamen eam eſſe leuiuſculam & paruæ efficaciæ. Verba eius hæc ſunt: χαίρειν δὲ φασιν αὐτοὺς, ὅταν καὶ μὴ πρὸς αὐτοῦ ἡ συνοικείωσις τῶν συνεχόντων ζωδίων, ἀλλὰ μέν τοι πρὸς τοῦ τὴν αὐτῶν αἱρέσεων, ἐν μακρῷ μᾶλλον ὄντων γινομένης τῆς συμπαθείας, κοινωνοῦσι δὲ ὁμοίως καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ὁμοιότητος, Hoc eſt: Gaudere etiam eas volunt, cùm locus etſi ipſe non eſt familiaris, ſed tamen alteri ſuæ conditionis, quæ quidem ratio congruitatis etſi ex longinquis ducitur: tamen propter ſimilitudinem quædam putatur eſſe communicatio. Ex his quæ dicta ſunt liquet, quòd Ptolemæus & autor ex ſententia Dorothei vna phraſi planè diuerſam ſtellarum cum ſignis συνοικείωσιν nobis ſignificauerunt: ille imbecillimam, hic validiſsimam: adeo, vt gaudium autoris, non tam gaudio Ptolemæi cõgruat, quàm carponto ſeu ſolio, quod acquirũt planetæ in locis, quibus duobus præcipuis vel pluribus familiaritatis teſtimonijs conſociantur, poſiti. De hoc autem infrà plura dicemus.

DE EXALTATIONIBVS PLANETARVM.

1 *Hæ ſunt exaltationes Planetarum: Sol exaltatur in Ariete, hoc eſt, in* XIX. *gradu eius. Luna in* III. *gradu Tauri. Saturnus in* XXI. *gradu Libræ. Iuppiter in* XV. *gradu Cancri. Mars in* XXVIII. *gradu Capricorni. Venus in* XXVII. *gradu Piſcium. Mercurius in* XV. *gradu Virginis. Caput Draconis in* III. *gradu Geminorum. Et Cauda in* III. *gradu Sagittarij. In ſeptimo autem ſigno ab exaltatione vniuſcuiuſque planetæ, in ſimili gradu erit eius deſcẽſio. Verbi gratia,*

ſicut Sol exaltatur in XIX. *gradu Arietis, ita in* XIX. *gradu Libræ cadit, & ſic de cæteris.*

2 *Ptolemæus autem ponit Arietem totum exaltationem Solis, & Taurum totum exaltationem Lunæ, & cætera ſimiliter.*

Hæ ſunt exaltationes, &c.

Lib. 2. c. 16.

1 ὕψωμος, Exaltatio ſeu altitudo planetæ apud Aſtrologos, nõ intelligitur de ſitu locali ſeu diſtantia à terra, vel ab alio puncto, quali imaginatione deceptus eſt Plinius, ſed de parte ſigniferi, quam cùm ſtellę adeptæ fuerint, maximam mutationem in aére atque reliquis rebus iuferioribus oſtendunt. Veluti Sol cùm primùm partem 19. Arietis ingreſſus fuerit, ſtatim Ver manifeſtum nobis oſtendit. Ratio ergo altitudinum hæc eſt. Sol extollitur in Ariete, quòd per Arietem in ſemicirculum Aquilonarem ſcandens, & dierum & caloris in corporibus euidentia incrementa faciat. Idem ☉ ex contraria cauſa in ♎ deiectus iacet, ſiquidem, vt antea dicebamus, quantum virtutis & energiæ ſignorum cognata qualitas ſtellis adijcit, tantum proprij roboris contrariorum ſeu oppoſitorum locorum diſſimilis conſtitutio eiſdem adimit. Cùm autem vnuſquiſque planetarum exaltetur in eo loco, in quo alius diuerſæ naturæ & efficientiæ contrarium patitur, & Sol claritatis & caloris, Saturnus verò tenebroſitatis & frigoris autor ſit: idcirco ſicut domus, ita Saturni altitudinis loca Soli meritò opponuntur. Eſt igitur Saturni altitudo in ♎, & deiecto in ♈. Nam vbi calor intenditur, ibi frigus remitti neceſſe eſt: & rurſus, vbi calor diminuitur, frigus creſcit. Quando luminaria coniunguntur in ♈, tum Luna primùm apparet, luceque aucta refulget in Tauro, trianguli ſui ſigno principe, idcirco Taurus altitudo eius perhibetur, & Scorpius deiectio. Sed in ♋ exaltatur ♃, quòd ſit motor ventorum Septentrionalium & fœcundiorum. Quapropter proximè ad boream delatus maximam ſuam vim in ♌ oſtendit, & in ♑ deijcitur. Et ♂ ſua natura æſtuoſus exaltatur in ♑, ſigno Iouialis altitudinis oppoſito, atque ratione Cancri à vertice noſtro remotiſsimo, & ob id Martis ardorem temperante. Etenim Martis poteſtas quanto moderatior, tanto maior exiſtit.

ſtit. Ex contraria cauſa in ♋ deijcitur. Ad hæc cùm Iouis & Martis vires agendi ſint planè diſsimiles: [redacted], ob eam cauſam altitudinum aduerſantia loca iure ſortiti ſunt. Sed Venus humiditatis & voluptatum domina, maximam vim oſtendit in ♓, & in ♏ deiicitur. Porro ſtella ♄, vt aridiuſcula eſt, ingenii, [redacted] largitrix, & omnino contrarię efficientiæ, ita contrariam Veneri altitudinem deiectionemque ſortita eſt: altitudinem quidem in ♏, in qua Autumnalis ſiccitas impendet: Deiectionem verò in Piſcibus. Dicit Haly, Mercurium in ♏ exaltari, quòd cùm Sol eſt in Leone, Mercurius veſperi in ♏ apparere incipiat, id quod à ſimilitudine Lunæ ſumptum eſt. Hæc eſt τῆς ὑψωματωρικῆς ταπεινωματωρ ratio. Sed tamen hæc & pleraque alia in aſtrologia magis experientia quàm demonſtrationibus conſtant.

2 Sequitur dubitatio, an in vniuerſum per integra ſigna planetæ extollantur, an verò in certis partibus ſint exaltationes obſeruandę. Hermes ſigna quæ hic enumerantur, altitudinibus planetarum relinquit, ſed vnumquemque planetarum in parte 15. ſui ſigni maximè exaltari ſtatuit, id quod cauſa carere minimè videtur. Eſt enim rationi conſentaneum, maiorem eſſe vim planetæ, ſi in medio ſigni ſuæ naturę congruentis exiſtat, quàm ſi in eiuſdem principio aut fine verſetur. Iuniores Aſtrologos Ptolemæum, qui in totis ſignis planetas exaltari docet, ſequi video, concedentes tamen, maxime exaltari eos in partibus, quæ hic ab autore deſcribuntur poſitos. Ptolemæ autem ponit, &c.

DE TRIPLICITATIBVS.

1 *Triplicitates verò ſic diſtinguimus. Omnia tria ſigna, quæ in vna natura videntur concordare, faciunt triplicitatem, & eodem nomine vocantur, hoc eſt, Triplicitas. Aries ergo, Leo & Sagittarius faciũt triplicitatem primam, quia vnumquodq; iſtorum ſignorum eſt igneũ, maſcu-*

masculinum, diurnum, calidum scilicet, & siccum, cholericum, sapore amarum. 2 *Est quoque hæc triplicitas orientalis:* 3 *Cuius domini sunt in die Sol, & in nocte Iuppiter, & particeps in die ac nocte est Saturnus.*

4 *Triplicitas secunda est ex Tauro, Virgine & Capricorno, quia hæc sunt signa fœminina, nocturna, terrea, frigida scilicet & sicca, melancholica, sapore acria.* 5 *Meridiana:* 6 *Huius quoque triplicitatis domini sunt in die Venus, & nocte Luna, quarum particeps in die ac nocte est Mars.*

7 *Tertia triplicitas est ex Geminis, Libra & Aquario, quia hæc signa sunt masculina, diurna, sanguinea scilicet, calida, humida aërea, sapore dulcia.* 8 *Occidentalia:* 9 *Cuius triplicitatis domini sunt in die Saturnus, & in nocte Mercurius, eorum quoque particeps in die ac nocte est Iuppiter.*

10 *Quartam verò triplicitatem faciunt Cancer, Scorpius & Pisces, quia hæc sunt fœminina nocturna.*

11 *Septentrionalia, aquatica, flegmatica, frigida, humida, sapore salsa.* 12 *Cuius triplicitatis domini sunt in die Venus, & in nocte Mars, quorum particeps in die ac nocte est Luna.*

Tabula domorum, exaltationum, gaudiorum, triplicitatum, detrimentorum & casuum Planetarum.

Signa

Signa Zodiaci.	Domus Planetarũ		Exaltationes.		Gaudia	Triplicitates D	Triplicitates N	Triplicitates P	Detrimenta	Casus	
										♄	21
♈	♂	D	☉	19		☉	♃	♄	♀		
♉	♀	N	☾	3	♀	♀	☽	♂	♂		
♊	☿	D	☊	3		♄	☿	♃	♃	☊	3
♋	☾	D N	♃	15		♀	♂	☽	♄	♂	28
♌	☉	D N				☉	♃	♄	♄		
♍	☿	N	☿	15	☿	♀	☽	♂	♃	♀	27
♎	♀	D	♄	21		♄	☿	♃	♂	☉	19
♏	♂	N			♂	♀	♂	☽	♀	☽	3
♐	♃	D	☊	3	♃	☉	♃	♄	☿	☊	3
♑	♄	N	♂	28		♀	☽	♂	♄	♃	15
♒	♄	D			♄	♄	☿	♃	☉		
♓	♃	N	♀	27		♀	♂	☽	☿	☿	15

1. Connexionem trium ſignorum, quæ ex trigono ſe vident atq; naturam habent ſimilem, triplicitatẽ vulgò vocant, Græci τρίγωνον, Pontanus triangularitatem. Sed dicat aliquis, ſiquidẽ id verum, quod paulò antè aſſerebamus, nempe ſignorum generales conſtitutiones temperaturæ & qualitatibus quatuor anni temporum conſentire, atque ſemper tria vniuſcuiuſque quadrantis ſigna ſeſe mutuò ab aliquo punctorum cardinalium cõſequentia, quod ad craſin attinet, conuenire, nullo modo fieri poteſt, vt ſigna in diuerſis quadrantibus poſita, qualia in trigonis proponuntur, eandem naturam vimq; agendi ſimilem habeant. Reſpondeo, ſigna vnius trigoni re vera per ſe non ſunt eiuſdem naturæ, quantum attinet ad temperaturam, quæ ſuprà ſignis tributa eſt, ſed ſunt ferè, & vt autor bene dicit, ſiue id caſu, ſiue ſciens dixerit, videntur eſſe eiuſdẽ naturæ, cùm quia ob ſexũ & ſimilitudinẽ figurę, & radiũ trigonũ, familiaritatis quadã ſocietate cõueniunt, tũ verò & maximè, quia eiſdẽ dominis, Triplicitates verò ſic &c.

quos τριγωνοκράτορας, id est, Triãgulatores nominãt, parẽt atq; ab ijsdem gubernantur, regunturq;. Quemadmodum enim aliquis dominus tres famulos, vnum Germanum, exempli gratia, alterum Gallum, tertium Hispanum, quorum non solum natio, sed & temperaturæ & mores per se diuersa sint, gubernatione & imperio ad consensum amicitiamq;, aut saltem ad vniformem & vnius modi omnium negotiorum tractationem assuefacere seu cogere potest: Ita quoque tria signa trigonũ vnũ contexentia, ob obediẽtiam, quam ex æquo simul eisdem eiusdemq; sectæ stellis prẹstant, ad vnam naturam, eandemque vim agendi compelluntur, etiamsi per se ipsis insita natura & moribus dissideant. Sunt autem trigoni quatuor, quorũ vnum Arabes vocant igneum, alterum terreum, tertium aëreum, quartũ aqueum. Igneum trigonum faciunt ♈ ♌ & ♐. Hẹc enim signa præter quàm quòd triquetra radiatione sese aspiciuut, dupliciter cõueniunt. Primò ratione similitudinis formæ, omnia enim sunt agrestia, quadrupeda & fera: deinde natura, volunt enim omnia in genere esse naturæ igneæ, hoc est, calida & sicca, masculina, diurna, choleram seu rubram bilem augentia, sapore amara. Hinc, si tempore ♂ aut ☉ luminarium aliquod ex his lustret horoscopum, hyemis frigus mitigare, æstatis verò ardorem immoderatum efficere tradunt, præsertim si domini vel triangulatores signi horoscopantis præsentes fuerint, aut alibi trigonum occupauerint, aut denique ex aliquo figuræ angulo horoscopum fortiter pulsauerint. Sed in genituris talem positum natum ad ignem choleramque inclinare cõsentaneum est.

Est quoque hæc triplicitas &c.

2 Hanc primam triangularitatem Orientalem esse tradunt Arabes. Sed magis est credendum Ptolemæo, cuius præcepta argumentis ex ipsa natura depromptis & per experientiam cõprobata sunt. Docet autem Ptolemæus, hunc trigonum esse septentrionalem propter Sagittarium domum Iouis, participantem aliquomodo cum occidente propter Arietem domũ Martis. Cuius distributionis vt causa pateat, sciẽdum est, quòd Ptolemęus singulis planetis singulas conuenientesq; mũdi plagas attribuat: vt Saturno orientem, quæ pars cùm diurna sit atque calida, Saturni frigus quodammodo reducit ad temperiem. Simili ex causa occidentali plagæ humidæ & nocturnæ Martem

siccis-

ficcissimũ preficit. Septentrio Ioui, quòd ex hac parte fœcundi venti erumpere soleant, deputatur. Veneris stella propter humiditatem meridionali plagæ familiaris est. Ab hac distributione excipiuntur primò luminaria, quòd generales causæ ventorum existant: deinde Mercurius, quòd luminaribus perpetuò adsit atque famuletur. Et cùm de sententia Ptolemęi vni cuique triangulo duo, vt mox patebit, preſint planetæ, decebat omnino non vnam, vt faciunt Arabes, sed totidem omnino mundi plagas vnicuique triangulo attribuere, ex quibus prędicti dominatores suos ventos excitare intelligerentur. Veluti in primo triangulo dominantur ☉ & ♃. Idcirco primo triangulo eę partes attribuendę veniunt, ex quibus ☉ & ♃ ventos eliciunt. Sed quoniam Sol generalis, vt diximus, omniũ ventorũ ex ęquo motor est, nec vni alicui vento peculiariter attribui queat, ideo Mars natura Soli persimilis, atque domum in hoc trigono habens, in locum Solis subrogatur. Hinc ventus ex boreali & occidentali commistus colligitur, quem Ptolemęus βορρόλιβυκὸν nominat. Nam Iuppiter ventos septentrionales adducit, Mars verò occidentales, quòd plaga hęc fœminina sit, & ipse Mars ex secta Lunę, quę occidenti dominatur, sicut Sol Orienti. Verba Ptolemęi hęc sunt. γίνεται ὁ τρίγωνος μὲν τοῦτο τὸ βόρειος, διὰ τὸν τοῦ ♃ βασιλικὸν οἰκοδεσποτείαν. ἐπιδίδωσι γὰρ οὗτος γόνιμός τε ὢν καὶ πνευματώδης, οἰκείως τοῖς ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἀνέμοις. Διὰ δὲ τὴν τοῦ ♂ οἴκου λαμβάνει μίξιν τὸν λιβός: καὶ βασίζεται βορρόλιβυκὸν, ἐπιδίδωσι ὁ τοῦ ♂ διὰ τῶν πνευμάτων ποιητικὸς, διὰ τε τὸν τῆς ☾ αἵρεσιν, καὶ τὸ τῆς δυσμῶν τεθηλυμένων. Hoc est: Trigonus hic potissimum septentrionalis est, quia Iuppiter ibi ius dominij exercet. Hic etenim flatuum autor est, & fœcundus, sicut & Aquilonares venti. At propter Martis domum admiscetur ei Aphricus, & fit hic trigonus Borrholibycus, id est, ex borea & Aphrico mixtus, quoniam ♂ excitat ventos Aphricos propter ☾ familiaritatem, & quia occidentalis pars est fœminea.

3 In numero etiam & ordine triangulatorũ Ptolemęus & Arabes dissentiũt. Ptolemæus, quũ septẽ Planetę quatuor trigonis conuenienter essent distribuendi, idcirco prioribus tribus trian- Cuius dominj &c.

triangulis planetos binos,& quarto vnicum ſaltem pręfecit,vt patebit.Arabes verò vniuſcuiuſque trianguli duos principales dominos faciunt,vnum diurnum, alterum nocturnum: & his pręterea adiungunt tertium, in vtroque tempore huiuſmodi dominatus participem. Veluti in primo trigono principaliter dominãtur Sol & Iupiter,quibus tertius imperij particeps,nempe Saturnus adiũgitur.Sed in genituris aliarumq; rerũ exordijs diurnis diurnus,in nocturnis nocturnus dominus primo loco conſiderandus eſt:deinde verò reliquus & particeps. Quocirca ſi diurna genitura fuerit,& Leo in aſcendente ſit collocatus, pro nutritione nati ex ſententia Arabũ dñi Leoninę triangularitatis aſpiciendi erunt, & primo loco Sol,quòd genitura diurna ſit,ac poſtea Iuppiter cũ Saturno participe perpendẽdi.Ptolemęus tamen in ordinatione dominorum primę triangularitatis ab Arabibus non diſſentit,niſi quòd Saturnum vtriuſque participem poſthabuit,idq; non abſque re. Nam cùm Saturnus in Ariete deijciatur, non eſt conſentaneum, ipſum in eodem triangulo imperare. Quapropter ſi omnino tres domini vniuſcuiuſque triangularitatis requirantur, verior videtur eſſe opinio eorum, qui repudiato Saturno, Martem participem aſſumunt,quẽ tamẽ Ptolemęus,quod Planeta nocturnus ſit,ab imperio hui⁹ diurnæ triplicitatis rectè remouet. Nã dominiũ triangularitatis nihil aliud eſt, quàm poteſtas quędam ex dignitate domus, exaltationis & ſectę,quam barbari Hayz vocant, proueniens. Hoc eſt,in deligendis dominis triangulorum,tria obſeruanda ſunt.Primum,vt in diurnis triangulis ſint planetæ diurni,& nocturni in nocturnis.Secundum,vt maſculini planetæ ad trigonos maſculinos,& fœminini ad fœmininos referantur. Tertiò vt cùm in quolibet triangulo,vnũ mobile,vnũ fixũ, & denique vnum commune ſignũ exiſtat,dominator ſigni fixi reliquis præferatur. Quicunque planeta in his tribus maioris conuenientiæ teſtimonium habuerit,ad triangulatoris munus admittitur. Sic propter priores duas cauſas ex primo triangulo pellitur Mars, ſed ex poſtrema cauſa Sol dominus Leonis præfertur Ioui,&c.

Triplicitas ſecunda &c.

4 Terreum trigonum faciunt ♉ ♍ & ♑, quæ ſigna præter ſexum & triquetram cohærentiam ſimiliter conueniunt forma,

ma, quę mansuetorum & cicuratorum animalium est, nisi quòd Virgini propter magnam in eo signo Mercurij potestatem forma humana tribuitur, & deinde natura: traduntur enim in genere omnia esse frigida & sicca, melancholica, fœminina, nocturna & sapore acria. Dicunt etiam in coniunctione vel oppositione luminarium aliquod horum, & præcipuè Capricorno horoscopum lustrante, hyemis rigorem maximè augeri, prę sertim verò si Saturnus in trigono isto reperiatur.

5 Hic trigonus etiam de sententia Ptolemæi meridionalis est, propter Veneris in eo dominiũ, quæ humiditate sua & calore australi plagæ tẽperatura consentit, participans de oriente propter Capricornum domum Saturni; qui cùm ex secta Solis sit, motor ventorum orientalium esse iudicatur. Luna verò, cùm sicut Sol generalis ventorum effectrix sit, nec vni vento peculiariter attribui queat, ab hac administratione particulari excluditur, eiq; Saturnus propter domum suam, quam in hoc trigono possidet, subrogatur. Mercurium quoque certa de causa cum luminaribus vbiq; excludi, iam suprà admonuimus. Signa ergo hæc propter ♀ & ♄ austro & orienti consentientia, mouẽt ventos ex meridionali & orientali plaga cõmistos, quos ob id Ptolemęus νοτοαπηλιωτικοὺς nominat. Verba Ptolemæi hęc sunt: γίνεται δὲ ☉ τοῦ τὸ Δ προηγουμένως μὴ νοῦμον, διὰ τὴν ♀ οἰκοδεσποτίαν, ἐπιδήπερ ὁ ἀστὴρ οὗτος τῶν ὁμοίων ὄντων πνευμάτων διὰ τὸ θερμὸν καὶ ἔνικμον τῆς δυνάμεως ποιητικός. προσλαβὼν δὲ μίξιν ἀπηλιώτου διὰ τὸν τοῦ ♄ οἶκον, εἰ αὐτῷ τυγχάνοι τὸν ♈, σωίσαιτο καὶ αὐτὸ νοτοαπηλιωτικὸν κατὰ ἀντίθεσιν τοῦ πρώτου. ἐπιδήπερ ☉ τοῦ ♄ τοιούτων ὄντων πνευμάτων ποιητικός, οἰκείομεν ☉ αὐτὸς ταῖς ἀνατολαῖς διὰ τὴν πρὸς τὸν ☉ αἵρεσιν. Id est, Hic trigonus potissimũ australis est, propter dominatum Veneris, cuius stella illius partis ventos suscitat, propter calidi & humidi efficientiam. Quum verò & subsolanum admittat propter ♄ hospitium in ♈, constituitur hic trigonus notapelioticus, id est, ex austro & subsolano mixtus, ita vt hic priori fiat oppositus. Ciet enim Saturnus vẽtos tales, id est, orientales, siquidem propter conditionem solarem orienti familiaris est. Meridiana &c.

6 Ptolemæus itidem dominium diurnum hic assignat Veneri, nocturnum Lunæ, martem verò participem negligit. Huius quoque &c.

Tertia triplicitas est,&c.

7 Aéreus trigonus est ♊ ♎ & ♒. Horum forma humana est & vocalis: Natura verò in genere calida & humida, sanguinea, masculina, diurna & sapore dulcis. Si tempore ♂ aut ☿ luminũ aliquod ex his horoscopum conscendat, ventos in illa lunatione denunciare dicitur.

Occidentalia,&c.

8 Hic trigonus de sententia Ptolemęi propter Saturni maximum in ipso dominium orientalis est, participans cum septentrione propter Iouem, qui quod ad αἱρεσιν attinet, Saturno cõuenit. Est enim diurnus & masculinus. Quare venti, qui ex hac triangularitate proueniunt, erunt inter septentrionem & orientem, quos βορραπηλιωτικοὺς appellant. Verba Ptolemęi de hac re sunt ista: σωίσταται δε καὶ τοῦτο τὸ Δ προκυμένως μὲν ἀπηλιωτικὸν ᾷ τὸν τοῦ ♄: κατὰ δὲ τὴν μίξιν βορραπηλιωτικὸν, διά τε τὴν τοῦ διὸς αἵρεσιν τῷ τ' ♄ πρὸς τὸν ἡμερινὸν λόγον συνοικεῖσθαι. hoc est: Hic trigonus potissimum congruit cũ subsolano propter Saturnum. Sed ratione mixtionis fit borrapelioticus, id est, ex borea & subsolano mixtus, quia ♄ nomine conditionis Saturno conciliatur.

Cuius triplicatis domini &c.

9 Ordo quoque τῶν τριγωνοκρατόρων idem est apud Ptolemæum, nisi quòd is, sicut in alijs omnibus trigonis, tertium participem negligit.

Quartam verò.&c.

10 Aqueum trigonum connectunt signa ♋ ♏ & ♓, quorum forma est aquaticorum & mutorum animalium. Nam Scorpio licet nõ viuat in aquis, viuit tamen in locis humidis. Quod ad naturã eorum attinet, omnia in genere dicuntur esse frigida & humida, phlegmatica, fœminina, nocturna, sapore salsa. Idcirco in synodo aut diametro luminum aliquo ex his horoscopum occupante, pluuiam in illa lunatione portendi asseuerant, & quidem illo die, quo Luna partem horoscopantem tetigerit, ante oppositionem quidem, si figura coniunctionis fuerit: ante coniunctionẽ verò, quotiescunq; ex figura oppositionis iudicaueris. Quod maximè verũ esse existimat Abraam Auenezra, si signũ horoscopans fuerit aliquis cardinũ figuræ illius terræ. Vocãt aũt figurã terrę, thema reuolutiõis mũdi, quod ratione locorũ diuerse variatur. Idem Abraã scripsit: Si hora ♂ aut ☿ luminum immediatè præcedentis ingressum ☉ in ♈ aliquod ex signis aquaticis horoscopum sortiatur, ipsaque luminaria in angulis

gulis fuerint, nimiam pluuiam largosque imbres illo anno futuros.

11 Porrò hic trigonus de sententia Ptolemæi occidentalis est propter Martis & Lunæ dominium, participans cum meridie propter ♀. Quapropter tales quoque ventos mouet, nempe ex occidentali meridionalique plaga collectos, quos vocant νοτολιβυκοὺς, id est, Austriaphricos, καὶ τοῦτο τὸ Δ, inquit Ptolemæus, σωίσαται προκυμένως μὲν λυβικὸν διὰ τὴν τοῦ ♂ καὶ ☽ οἰκοδεσποτίαν: κατὰ μίξιν δὲ, νοτολιβυκὸν, διὰ τὴν τοῦ ♀ οἰκοδεσποτίαν, hoc est: Hoc triangulum potissimùm est Aphricum propter dominium Martis & Lunæ. Sed propter Venerem commistione austri fit Notolybicum, id est, Austriaphricum. Septẽtrionalia, &c.

12 Dominos huius trianguli Arabes præcipuos esse volunt ♀ & ♂, illam diei, hunc nocti præficientes, participante ambobus Luna. In qua quidem re, nec numero nec diuersitate stellarum, sed sola ordinatione à Ptolemæo dissentiunt: qui triangulatorem præcipuum tam diei quàm noctis cõstituit solum Martem, & participes ♀ & ☽, illam in die, hanc in nocte: verba eius hæc sunt: τὸ δὲ τέταρτον Δ δία τε ♋ καὶ ♏ καὶ ♓ κατελείφθη μόνῳ λοιπῷ ὄντι τῷ τοῦ ♂, καὶ λόγον ἔχοντι πρὸς αὐτὸ διὰ τὸν οἶκον ♏. συνοικοδεσποτοῦσι δὲ αὐτῷ δία τε τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν θηλυκότητα τῶν ζωδίων, νυκτὸς μὲν ☽, ἡμέρας δὲ ὁ ♀, &c. hoc est: Quartum triangulum per ♋ ♏ & Piscem, relinquitur Marti, qui solus restet, quique ius sibi vindicet propter domicilium suum. Adiunctæ tamen huic sunt sociæ administrationis cùm propter conditionem, tum propter signa fœminina, nocte quidem Luna, interdiu verò Venus, &c. Cuius triplicitatis domi. &c.

TRIANGVLATORES.

Ptolemæi. *Arabum.*

D.	N.	P.	TRIGONA.			D.	N.	P.
☉	♃		♈	♌	♐	☉	♃	♄
♀	☽		♉	♍	♑	♀	☽	♂
♄	☿		♊	♎	♒	♄	☿	♃
♂	♂	♀ D ☾ N	♋	♏	♓	♀	♂	☽

Trian-

Triangulum de ſententia

Ptolemæi	TRIGONA.	*Arabum.*
βορεόλιβυκὸν Septent.particip.cũ occid.	♈ ♌ ♐	Orientale
νοτοαπηλιωτικὸν merid.partit.cum orié	♉ ♍ ♑	Meridiona.
βορεόαπηλιωτικὸν orienta.parti.cũ Sept.	♊ ♎ ♒	Occidentale
νοτολιβυκὸν occiden.partici.cum Meri.	♋ ♏ ♓	Septẽtriona.

DE SIGNIS MOBILIBVS, fixis & communibus.

1 *Quatuor quoque ex his ſignis dicuntur eſſe mobilia, ſcilicet Aries, Cancer, Libra & Capricornus. Et quatuor fixa, ſcilicet Taurus, Leo, Scorpius & Aquarius. Reliqua verò quatuor, ſcilicet Gemini, Virgo, Sagittarius & Piſces, ſunt communia. Dicuntur autem mobilia, fixa vel communia, quia quando Sol ingreditur aliquod iſtorum, mouetur, id eſt, mutatur tempus: vel figitur, id eſt, in eodem ſtatu perſeuerat: aut fit commune, id eſt, medietas illius vnius temporis erit vt medietas alterius. Verbi gratia: Quando Sol ingreditur ſignum Arietis, tempus mutatur, id eſt, vertitur hyems in ver. Et quando intrat Taurum, figitur idem tempus vernale. Quando verò Sol ingreditur Geminos, fit tempus commune, id eſt, dimidium veris & dimidium æſtatis, & ſic de cæteris.*

Quatuor quoq; &c.

1 A generali ſignorum conſtitutione, quam ſuprà capite primo expoſuimus, deducta eſt preſens dodecatemoriorum partitio & differentia. Quemadmodum enim ipſi quatuor temporum ſtatus ſibi perpetuò ſimiles non ſunt, ſed ſinguli incremento, conſiſtentia & declinatione temperaturarum diſcernuntur: ita etiam ſingularum quartarum ſigna huiuſmodi varietatem temporis facientia, à mobilitate, ſtabilitate & mediocritate nomen

men acceperunt. Verbi gratia: Sicut vniuersum tempus veris in nouum, adultum & præceps ver distinguitur: ita etiam integra quarta vernalis in tria diuersarum appellationum signa discreta est, quorum primum est mobile, secundum fixum, tertium commune. Similiter de reliquis tribus quartis iudicandum est. Etenim vniuersaliter prima quatuor signa quatuor anni temporum, mobilia vocantur: sic dicta, quòd ab illis anni tempora commutentur. Vt Sole Arietem intrante, hyems in ver nouum commutatur: Cancrum, ver in æstatem: Libram, æstas in autumnum: Capricornum, autumnus in hyemem conuertitur. Tropica signa de sententia Ptolemæi ita subdiuiduntur, vt alia sint ἰσημερινά, id est, æquinoctialia, nempe ♈ & ♎, quæ nomen à reipsa acceperunt, siquidem in ipsorum initio Sol constitutus æquinoctium in vniuersa terra efficit: alia τροπικά, nimirum ♋ & ♑, quibus itidem nomen à reipsa est inditum. Sol enim in ipsis constitutus, in ♋ quidem à nobis, in ♑ verò ad nos conuertitur, & præter hęc vicissitudinem dierum & noctium efficit. Etenim Sole ♋ ingrediente, nox quæ antè minuebatur, iam crescere incipit, econtrà Sole ♑ attingente, luces quę antea perpetuò decrescebant, iam paulatim incrementa sumunt. Hinc ex reliquis octo signorum locis quatuor στερεά, id est, firma seu fixa, quatuor δίσωμα, id est, bicorpora vocat Ptolemæus. Fixa sunt, quæ tropica & æquinoctialia sequuntur, scilicet ♉ ♌ ♏ & ♒, sic dicta, quòd in his status temporis efficiantur firmi & vehementiores, non quidem quòd in ♉ sit tempus sua natura temperatius, aut in ♌ ardentius, sed quòd corpora hominum iamdudum eam qualitatem in mobili signo experta, ob ipsam moram in signo fixo eandem quasi immutatam simplicioremque sentiant. Bicorpora sunt, quę post fixa numerantur, nempe ♊ ♍ ♓ & ♐, sic dicta, quòd duobus corporibus constent. Nam ♊ duos habet infantes, Pisces totidem animalia, Sagittarius ex equi & hominis corpore componitur. Virginis verò signum, quòd Libręadhæreat, δίσωμον dicitur. Sed huius etymologiæ ratio ab imaginum cœlestium ad dodecatemoria accommodatione nata est. Hæc eadem vocantur communia, quoniam inter firma & mobilia posita, communes naturas cum

illis habeant, quæ & antecedunt, & quæ sequuntur. Vnde liquet, signa vniuscuiusque quartæ, tali ratione & modo distingui, quemadmodum generalis singulorum anni temporum cõstitutio variatur. Si tamen omnia curiosiùs ad ordinem, quem suprà ex Ptolemæo proposuimus, referenda sunt, dicendum est, quòd in hoc capite recenseantur quędam signorum proprietates simplices, singulis dodecatemorijs per se peculiariterq; insitæ, seu vt Ptolemęus loquitur, αἱ κατὰ τὸ ἀμιγὲς αὐτῶν μόνων δωδεκατημορίων καθ' αὑτὰ δυνάμεις. Sunt qui existimẽt, hanc partitionem sumptam esse à mobilitate, stabilitate & mediocri duratione rerum, quæ ipsis aut ascendentibus inchoantur, aut planetis ibidem collocatis significantur. Vnde qui de electionibus præceperunt, putant omnia generaliter, quæ πρόσιμα fragiliaque esse velimus, exordienda esse Luna discurrente per signum aliquod mobile: In rebus verò firmioribus & diutiùs perennaturis, attendendum esse ad signa fixa: In rebus denique pauciores annos duraturis, indifferentia communiaque signa esse obseruanda. Sed nos talia non curamus.

DE ASPECTIBVS PLANETARVM.

1 *Dicuntur etiam signa se aspicere, hoc est: Omne signum aspicit tertium ante se, & tertium post se, quod est vndecimum. Et hic aspectus dicitur sextilis, & est aspectus dilectionis & mediæ amicitiæ. Et dicitur etiam sextilis, eò quòd teneat sextam partem circuli, id est, LX. gradus. Verbi gratia: Planeta qui fuerit in initio Arietis, aspicit eum qui fuerit in Geminis ante se, & eũ qui fuerit in Aquario post se, qui est aspectus amicitiæ.*

2 *Et aspicit quartum ante se & quartum post se, id est, decimum. Et hic aspectus vocatur tetragonus, eò*

quòd

quòd tenet quartam partem cœli, id est, LXXXX. *gradus. Et est aspectus discordiæ atque mediæ inimicitiæ.*

3 *Et aspicit quoque quintum signum ante se, & quintum post se, quod est nonum. Et hic aspectus dicitur trigonus vel trigona radiatio, eò quòd tertiam partem cœli, id est,* CXX. *gradus teneat, & est aspectus concordiæ & dilectionis perfectæ.*

4 *Aspicit autem septimum per oppositionem, & est aspectus inimicitiæ perfectæ. Et si in his signis ita se aspicientibus fuerint planetæ, dicuntur se aspicere. Hic est aspectus.*

5 *Et si duo planetæ fuerint in vno signo, dicuntur coniuncti.*

6 *Cùm verò fuerit planeta in aliquo signo, erunt radij illius in signis illis, quæ aspiciunt ipsum signum in simili gradu atque minuto. Verbi gratia, si fuerit Mars in primo gradu Arietis, & in primo minuto eiusdem gradus, erunt radij eius in primo gradu signi Libræ, & in primo minuto eiusdem gradus: & sic intellige de cæteris aspectibus, vt in hac figura patet euidentissimè.*

SCHEMA ASPECTVVM SEV configurationum.



Dicuntur etiam, &c.

1 Hoc caput totum consumitur tractatione de proprietatibus dodecatemoriorum, quæ ex collatione ipsorum erga se inuicem oriũtur, hoc est, de signorũ mutuis aspectibus. Sunt autẽ aspectus interualla in Zodiaco computata, ex quibus sibi stellæ maximam vim communicant. Et quamuis quælibet stella innumerabiles radios orbiculariter effundat: tamen experientia docuit, quinque ex his, quæ per integra signa & partes totius circuli integras constituuntur, reliquam multitudinẽ efficacia superare. Primò sextilis seu ἑξάγωνος aspectus est, qui sextam partem Zodiaci, hoc est, duo signa seu P.60. continet: vt si initium Cancri sit A, à quo capiantur P.60. inter A & C contentę, ducaturque recta A C, ipsa sic ducta, erit sextilis radius, qui notatur:

tatur vt vides in schemate sic ✱, sex videlicet lineis ex vno centro exeuntibus, quæ in circulo descriptę dirimunt eum in sex partes æquales. Hic aspectus mediocriter bonus cēsetur, quòd signa hoc interuallo se contuentia sexu & natura conueniant.

2 Hunc proximè sequitur τετράγωνος, hoc est, quadratus aspectus: sic dictus, quòd quartam partem Zodiaci, hoc est, tria signa seu P.90. comprehendat, quem in figura vides descriptum per rectam A D, notatumque tetragono □, qui in circulo descriptus in quodlibet latus tria signa suscipit. Hic aspectus mediocriter malus iudicatur, quòd duo signa tali interuallo disiūcta, sexu & natura dissideant. Et aspicit quartam, &c.

3 Tetragonum sequitur τρίγωνος, id est, trinus aspectus, qui tertiam partem Zodiaci, hoc est, P.120. continet: & describitur in schemate per rectam A E, signaturque æqualium laterum trigono △, qui in interiorem circulum translatus, in quodlibet latus 4. signa recipit. Hic quoque aspectus bonus iudicatur, partim propter efficaciam, partim quòd signa tria tanto interuallo distantia sexu & natura conueniant. Et aspicit quoque &c.

4 Triangulum sequitur διάμετρος, hoc est, aspectus diametralis vel oppositus, qui medietatem circuli, id est, sex signa, P. 180. continet: & describitur in schemate per rectam A F, notaturque duobus orbibus oppositis ☍. Hic aspectus egregiè malus censetur, non propter pugnam naturarum in signis, sed potiùs ratione oppositionis: etenim quæ opposita sunt atque maximè distant, maximè sibi inimicantur, & in vnoquoque genere sunt sibi contraria. Sunt ergo duę causæ disconuenientiæ in aspectibus: vna & nimis principalis est pugnantia signorum in natura & sexu: altera & principalis est distantia maxima. Sic in quadrato radio, quoniam distantia mediocris est, & tantùm in natura & sexu signorum contrarietas, disconuenientia minor existit. Et △ & ✱ radiationes cùm non maximè distent, non disconueniūt, sed mediocriter conueniunt propter similitudinē naturarū & sexus in dodecatemorijs: sed opposita signa, cùm maximè distēt per 15. tertij elemētorū Euclidis, ideo, etsi natura & sexu cōueniāt, maximè tamē propter summā distantiā discordant: veluti ♈ & ♎ sunt ambo masculina & diurna, & ♉ & ♏ ambo sunt fęminina & nocturna, & tamē sunt opposita & discō- Aspicit autem septimum, &c.

uenientia, cuius discōuenientię causa est maxima eorū distātia, & non diuersitas seu contrarietas in sexu & natura, id quod omnino verum est: siquidem signa opposita, quæ sexu & natura cōuenire manifestum est, maximè & plus quàm quadrata inter se pugnare credere oportet. Quod verò nonnulli tradiderunt, signa opposita ideo inter se discordare, quòd ex duobus quadratis aspectibus componantur, quo pacto ♈ & ♎ diameter ex duobus quadratis radiationibus, nimirum ♈ & ♋, deinde ♋ & ♎ constat, non procedit. Nam quæ vni disconueniunt, illa potiùs inter se conueniunt quàm disconueniunt. Præterea cū opposita radiatio etiam ex duabus conuenientibus, nempe hexagona & trigona constet: secundum hanc rationem signorum oppositio maximè iudicanda esset symphora, quod est absurdum. Haly putat, signa opposita propter duas causas esse asymphona. Prima est, quòd vno ascendente alterum descendat, & econtrà: secunda, quòd quando ☉ est in vno eorum, faciat tempus contrarium ei quando est in reliquo: veluti quando ☉ est in ♈, facit tempus humidum, in ♎ siccum. Sed ex posteriore causa sequeretur hoc absurdum, quòd ♈ & ♎ essent asymphona, siquidem ♈ non minus est signum vernale quàm signum ♊, cui ♎ opponitur. Quapropter ratio prius exposita, ad radiationum doctrinam firmandam potior est, & Ptolemæi sententiæ consentit. Verba eius de hac re sunt ista: τούτων μέν τοι τῶν σχηματισμῶν οἱ μὲν τρίγωνοι καὶ ἑξάγωνοι σύμφωνοι καλοῦνται, διὰ τὸ ἐξ ὁμογενῶν συγκεῖσθαι δωδεκατημορίων, ἤτοι ἐκ πάντων θηλυκῶν ἢ ἀρσενικῶν. ἀσύμφωνοι δὲ οἱ τετράγωνοι, καὶ οἱ κατὰ διάμετρον, διότι κατὰ ἀντίθεσιν τῶν ὁμογενῶν τῶν σύσασιν λαμβάνουσι, hoc est: Existimantur autem natura congruentes trianguli & sexanguli aspectus, propterea quòd tunc cognata signa fœminina aut masculina conferuntur: inconuenientes verò figuræ habentur quadrata & opposita, quòd illæ per dissimilia loca constituantur. Ex quibus verbis etiam illud colligitur, quòd signorum conuenientia in hexagonis & triangulis aspectibus, & disconuenientia in quadratis & oppositis radiationibus non de crasi & temperatura, vt volunt Arabes, sed tātùm de sexu & natura signorum intelligenda sit: vt signa ♌ & ♊ etsi hexagona radiationę iunguntur, non tamen sunt ejusdem tem

perici,

periei, sed alterum humidum, alterum siccum existit. Similiter signa trigona non temperie, sed natura & sexu, vt suprà dictum est, conueniunt. Vt ♈ ♌ & ♐ omnia masculina diurnaq; sunt, sed ♈ signum humidum est & calidum, ♌ calidum & siccum, ♐ siccum & frigidum, &c. Quòd si aliquis Ptolemæo obijciat, quòd quæ signa masculina diurnaque sunt, eadem quoque calida & sicca: & quæ fœminina & nocturna, eadem etiam frigida & humida non immeritò putari? Ad hanc obiectionem respondere debemus, talem consecutionem minimè esse necessariam, quandoquidem conditio temporis & sexus ex primis qualitatibus non nascitur. Etenim diurnus nocturnusque status à sexu masculino proueniũt: Ipse verò sexus masculinus & fœmininus à magis efficaci vel inefficaci actione deriuatur. Efficacia denique hæc manat à principio motus robustissimi, qui iuxta æquinoctialem existit. Testatur id Ptolemęus libr. 1. cap. de mascul. & fœmin. signis, his verbis: ὁ ἰσημερινὸς κύκλος διὰ τοῦ ♈ δωδεκατημορίου, καὶ ἕως τοῦ τῶν χηλῶν γραφόμενος, πλὴν πρώτου καὶ ἰσχυροτάτου τὴν ὅλων φορὰν ἀπαρτελεῖ, hoc est, æquinoctialis circulus per ♈ & ♎ descriptus, primã & validissimam omnium agitationem efficit. Ab his igitur continua serie masculinis fœminina subijciuntur, hoc est, Ab ♈ & ♎ virtus hæc communicatur ♊ ♌ ♐ & ♒. Nam hæc signa ab vtroque principio, nempe ♈ & ♎ conuenienti aspectu, id est, ✶ & etiam △ sese aspiciunt. His ita se habentibus, perspicuum est, primò quòd sexus & conditio diurna nocturnaq; signorũ, à motu & non à qualitatibus ducat originem. Secundò, quòd non omnia masculina diurnaq; dodecatemoria, rectè dicantur calida & sicca, nec fœminina nocturnaque, humida & frigida.

5 Aspectibus connumeratur coniunctio, συνοδος, quæ notatur vnico orbe sic ☌, vt duorum corporũ in eadem linea coitus significetur. Ex his quæ dicta sunt, etiam id liquet, noxios & minaces aspectus esse quadrangulares & diametros: Beneuolos verò triquetros & hexagonos: coniunctionem deniq; esse indifferentem, hoc est, cum bonis bonam, cum malis malã. Quod ad robur eorum attinet, coniunctio omnium est robustissima & efficacissima, pòst oppositio, quòd sicut in cauis speculis apparet, lineę per centrum euntes, omnium sint validissimæ, & quòd

Et si duo &c.

quòd ſemper à paucioribus lateribus procedentia ſint efficaciora ijs, quæ à multis lateribus fiunt. Tertium locum habent quadratus & trigonus, qui poteſtate penè ęquales cenſentur. Vltima & debiliſsima radiatio eſt, quę fit ex hexagono. Ptolemęus radiationum duas alias adducit rationes, alteram Geometricam, alteram Muſicam, quas ſtudio breuitatis iam omitto, & quòd radiationibus magis ab experimento, quàm propter vllas rationes fides adhibeatur. Omnes prætereà radij prętеr oppoſitos, duplices ſunt, ſiniſtri & dextri. Siniſtri ſunt, qui ante ſignum à quo incipimus, exiſtunt, id eſt, qui tendunt ſecundum ordinem ſignorum: Vt Hexagonus A C, & quadratus A D, & trigonus A E. Dextri, qui ab eo ſigno à quo incipimus retrò ſunt, id eſt, qui tendunt contra ordinem ſignorum: Vt ſextilis A B, & reliqui qui dextrorſum deſcēdunt. Hinc patet primò, quòd radius A C dicitur ſiniſter reſpectu A, & dexter reſpectu B. Secundò, quòd ſtellæ poſitæ in ſuperiore hemiſphærio radiatione ſiniſtra: in inferiore verò radiatione dextra horoſcopum illuminent, ſiue hunc ex ſexageno, ſiue quadrato, ſiue triangulo videant. Hic quæſtio exoritur, an radij dextri cum ſiniſtris eiuſdem ſint poteſtatis, an verò altera forma, viribus ſuperet alteram? Reſpondeo per diſtributionē. Radij aut ad angulos domorum cœli, aut ad alias errantes ſtellas comparantur. Si fiat comparatio ad angulos cœli, tunc dextri, qui contra ſignorum ordinem feruntur, validiores ſunt ſiniſtris. Nam ſidera ad centra cœli non proprio, ſed motu firmamenti feruntur. Contrà ſi fiat collatio eorum ad alias ſtellas, tunc ſiniſtri dextris proponendi ſunt, quòd ſtellæ ſtellis non alieno, ſed proprio motu appropinquent. Inſinuauit nobis hanc diſtinctionem radiorum Ptolemæus in tractatu de vita, & lib. 4. cap. de dignitate & honoribus.

6 Alia denique partitione aſpectuum, vnus dicitur πλατικὸς Platicus, qui eſt à ſignis tantùm, & ſigna quidem ipſa ſeſe aſpiciunt. Alter Pactilis, cùm à ſtella ad ſtellam tot numerantur cœli partes, quot configurationem ipſam conſtituunt: hoc eſt, cùm radij ſtellæ proijciuntur in partes ſigni aſpicientis ſimiles. Veluti poſito Sole in P. 15. ♋, radius eius quadratus ſiniſter erit in P. 15. ♎, & dexter in P. 15. ♑. Et eiuſdem trinus dexter in

Cum verò fuerit &c.

P. 15.

P.15.♓, sinister in P.15.♏, Oppositio denique in P.15.♑. Idē intelligendum est de minutis cœli partibus: vt si Sol esset in P. 9. scrup. 47. ♋, omnes dicti radij, in dictorum signorum P.9. scrup. 47. incident. Radiationum omnium tam dextrarū quàm sinistrarum, & ex vnoquoq; signo deriuatarum compendium subiecimus.

RADIATIONES.

	✱	□	△	☌		✱	□	△	☌
♈ dext.	♒	♑	♎	♎	♎ dext.	♌	♋	♊	♈
♈ sinis.	♊	♋	♌		♎ sinis.	♎	♑	♒	
♉ dext.	♓	♒	♑	♏	♏ dext.	♍	♌	♋	♉
♉ sinis.	♋	♌	♍		♏ sinis.	♑	♒	♓	
♊ dext.	♈	♓	♒	♎	♎ dext.	♎	♍	♌	♊
♊ sinis.	♌	♍	♎		♎ sinis.	♈	♎	♍	
♋ dext.	♉	♈	♓	♑	♑ dext.	♏	♎	♍	♋
♋ sinis.	♍	♎	♏		♑ sinis.	♓	♈	♉	
♌ dext.	♊	♉	♈	♒	♒ dext.	♎	♏	♎	♌
♌ sinis.	♎	♏	♎		♒ sinis.	♈	♉	♊	
♍ dext.	♋	♊	♉	♓	♓ dext.	♑	♎	♏	♍
♍ sinis.	♏	♎	♑		♓ sinis.	♉	♊	♋	

DE TERMINIS PLANETARVM.

Sunt quoque Planetarum in signis termini vel fines: Quia in vnoquoque signo habent quinque Planetæ terminos, per diuersos gradus dispositos. Nam ab initio Arietis vsque ad sextum gradum eiusdem Arietis, est terminus Iouis: & à sexto vsque ad XII. *terminus Veneris: & à* XII. *vsque ad* XX. *terminus Mercurij: & à* XX. *ad* XXV. *terminus Martis: & deinceps ad finem signi, id est, à* XXV. *in* XXX. *terminus Saturni. Cæterùm propter horum graduum diuersitatem, quam memoria tenere haud est facile, descripsimus eos in tabula, vt leuius esset opus.*

TERMINI AEGYPTIORVM, ET dicuntur eſse Hermetis.

Arietis

♃	6	6
♀	6	12
☿	8	20
♂	5	25
♄	5	30

Tauri

♀	8	8
☿	6	14
♃	8	22
♄	5	27
♂	3	30

Geminorũ

☿	6	6
♃	6	12
♀	5	17
♂	7	24
♄	6	30

Cancri

♂	7	7
♀	6	13
☿	6	19
♃	7	26
♄	4	30

Leonis

♃	6	6
♀	5	11
♄	7	18
☿	6	24
♂	6	30

Virginis

☿	7	7
♀	10	17
♃	4	21
♂	7	28
♄	2	30

Libræ

♄	6	6
☿	8	14
♃	7	21
♀	7	28
♂	2	30

Scorpionis

♂	7	7
♀	4	11
☿	8	19
♃	5	24
♄	6	30

Sagittarij

♃	12	12
♀	5	17
☿	4	21
♄	5	26
♂	4	30

Capricor.

☿	7	7
♃	7	14
♀	8	22
♄	4	26
♂	4	30

Aquarij

☿	7	7
♀	6	13
♃	7	20
♂	5	25
♄	5	30

Piſcium

♀	12	12
♃	4	16
☿	3	19
♂	9	28
♄	2	30

Termini

Termini seu fines, nihil enim refert quo nomine vtaris, sunt peculiares cœli partes, quæ in vnoquoque signo ob certas causas distribuuntur quinque stellis errantibus, nempe ♄ ♃ ♂ ♀ & ☿. Nam duo luminaria carent finibus, locoque ipsorum duas medietates signiferi vsurpant, sicut suprà dictum est. Græci τὰ ὅρια vocant, & dominum finium ὁριοκράτορα seu τῆς ὁρίων κύριον. Cùm verò finium gradus numero inæquales sint, & parum stabili ordine planetis distribuantur, ita vt memoria eos comprehendere sit difficile, & retinere difficillimum: idcirco vtilius & commodius est visum autori, fines planetarum in tabella cōpendio depictos, quàm longa oratione expositos proponere. Ratio tamen eorum talis esse videtur. Principium vniuscuiusque signi vniuersaliter arripit is planeta, qui in eodem reliquos numero dignitatum superauerit. Id autem si non accidat, & plures singulas in signo potestates habeant: tunc triangulator semper præfertur domino altitudinis, & hic domino domus. Cæterùm hæc dignitatum prestantia nihil promouet maleficas. Hę enim non nisi in Solis carpentis preferuntur, quo si destituantur, non tantùm à principijs, sed & à medijs locis signorum explosi ad extrema propelluntur. Hoc adeo verum est, vt Mercurius in Aquario ob solum trigonum primas partes teneat, Saturno ibidem præter trigonum etiam domicilium habente, non tantùm à primatu repulso, verumetiam ad extremas partes detruso. Et Mars initium Cancri nullam aliam ob causam occupauit, nisi quòd is eius trigoni solus sit dominus: Scorpij verò propter trigonum & domum. In Libra autem propter nimiam potestatem prælatus est Mercurio Saturnus, qui ibi præter trigonum altitudinem adeptus est. Reliquorum signorum omnium non tantùm principia, sed & loca intermedia & principijs succedentia, à maleficarum imperio sunt libera, & reliquis planetis ratione prærogatiuarum iam dicta subijciuntur. Exempli gratia, in signo Piscium, quoniam Mars ob solum trigonum principatum tenere non potuit, Venus propter exaltationem primis partibus præsidet, hanc Iuppiter Piscium dominus proximè sequitur: Hunc Mercurius plane peregrinus. Extremas partes tenent malefici, & Mars cùm sit dominus trianguli, Saturnum præcedit. In signo Arietis Iuppiter ob trian-

gulum primum locum occupat. Hic verò etsi tam Mercurius quàm Venus nulla ratione regnent, tamen ob potentiam & beneficentiam Venus præfertur Mercurio. Penultimum locum habet Mars Arietis dominus, Saturno rursum ad extrema detruso. In Tauro cùm trigonum habeat Venus, idcirco meritò primis eius partibus pręsidet. Rursus ♄ & ☿, etsi nullo modo hic imperitent: tamen Mercurius pręfertur Ioui, quòd ille in signo Virginis Tauro triangulari familiaritate deuincto altitudinem domiciliumque habeat, hic verò plane alienus ab hoc trigono existat. Extremas partes administrant malefici, Saturno Martem propter Capricornum pręcedente. Et sic de cæteris iudicandum est. Sed quare Veneri præponitur Mercurius in Capricorno, cùm illa trianguli ius ibi exerceat, hic vero quasi peregrinus esse videatur? Quia vt iam diximus, Mercurius propter Virginem maiorem penè potestatem in illo trigono habet quàm ipsa Venus, cui saltem Taurus præter trigonum præbet hospitiũ: Aut quia veteres in principio Capricorni aliquam insignem vim Mercurij frequentius experti sunt. Possibile quoque est, Venerem pro Mercurio, & Mercurium pro Venere ob figurarum similitudinem à librarijs esse suppositum. Rursus quæri potest, Quare ius trianguli in distribuendis finibus reliquas potestates omnes antecedat? Ad hanc hæsitationem respondere debemus, finium distributionem propemodum esse huiusmodi, qualis est in politia iudiciorum aliorũq; publicorũ officiorum diuisio. Quapropter sicut in aliqua bene constituta ciuitate concordi consensu senatus, conuenientes personæ rerum gubernaculis pręficiuntur: ita hic quoque fines seu terminos imperiorum potiores concorditer partiuntur inter sese planetæ, potestatem in signa triangularitatis, quæ consensum significat, exercentes. Etsi verò triangulatores in hoc negotio reliquis dominis præferantur: tamen nihilominus cedunt ijs, qui in signis solium, hoc est, plures quàm vnam iurisdictionem habent, & ob id more tyrannorum violentia quadam optimam partem semper occupant. Hæc est ratio ordinis. Cæterùm disputationem, cur inæquali numero partium finium dominia contineantur, hic omittimus, quòd ea perplexior sit, multisque inuoluta ambagibus: & quòd existimem, veteres Aegyptios constituisse

ſtituiſſe planetis fines in alijs ſignis ampliores, in alijs contractiores, potius ob experiẽtiam longo vſu comprobatam, quàm vllam aliam rationem. Generaliter tamen beneficis latiores termini tributi ſunt quàm maleficis. Etenim vniuerſi Saturni fines, quos in ſignis accepit, continentur partibus LVII. Iouis partibus LXXIX. Martis partibus LXVI. Veneris partibus LXXXII. Mercurij partibus LXXVI. Ex quibus numeris partium æſtimare licet, beneficos longe latiùs imperare maleficis. Id verò ideo fieri putant Arabes, quòd benefici longioris vitæ homines producant quàm malefici. Tradunt enim vnumquenque planetam, cùm dominium vitæ adipiſcitur, meritò tot annos vitæ nato conferre, quot partibus continentur eiuſdem planetæ fines, quos in integro ſignifero ſortitus eſt: atque ex hoc fonte ſuam perſuaſionem de Alcocodeo communiri poſſe arbitrantur. Nos verò ſicut Ptolemæum ex alijs cauſis longe potentioribus ſpacia vitæ metiri ſcimus: ita quoque huius inęqualitatis terminorum alias rationes quærendas eſſe putamus. Natura hunc finem agendi habet propoſitum, vt formarum perpetuitatem conſtanter cuſtodiat. Hac intentione eam ſæpius fruſtrari neceſſum erat, niſi ſingularum formarũ indiuidua, vt vocant, quæ ſine fine aſsidua deſtructione corruere videmus, continenti & longè frequentiùs repetita generatione propagarentur. Conſtat autem, & infrà latiùs explicabitur, ſtellas beneficorum ob ſuam temperaturam eſſe cauſas fœcunditatis generationiſque: maleficorum verò interitus, exitij & deſtructionis. Quapropter vt formarum indiuidua per interitum ſublata, aſſiduò inſtaurentur, & ob frequentiſsimam generationem, planè nullum periculum de vllius formæ interitu ſit reliquum, ipſa natura ſtellis beneficis ampliores potioresque imperii fines quàm maleficis, benignè largita eſt. Adiuuat nos hic ipſa finium tam beneficorum quàm maleficorum diuerſa quantitas. Cur enim Venus latiùs regnaret Ioue, qui Venere longè eſt temperatior, niſi vt omnia ad amorem generationis magis crebriusq; accederentur. Ad eundum modum Mars, quòd ob caliditatem ſuam generationem promoueat, latiùs imperat Saturno ad Venerem planè frigido. Declarant id ipſarum ſtellarum effectus. Videmus enim Martios veluti milites, amare, & robuſta gene-

rare corpora: cùm Saturnini, quales sunt decrepiti, rarò generent, & si quando generent, infirmos debilesque generant. Mercurius verò etsi ambiguæ naturæ sit, tamen à causa generationis magis accedit ad beneficos quàm maleficos, cùm ob amplitudinem regni, qua maleficos facilè superat, tum verò propter familiaritatem Solis, & assiduos cũ Venere coitus. Atque hactenus de finibus. Ptolemæus de ipsis tres opiniones recitat, nimirum hanc Aegyptiorum, de qua diximus: alteram Chaldeorum, quã reiicit: & aliam tertiam, quam ex antiquo quodam & corroso volumine se descripsisse ait, atque eandem reliquis duabus præfert, etsi Aegyptiorum distributioni exempla geniturarum congruere fateatur. Tabella autem finium, quos Ptolemęus probat, hæc est, cuius latiorem expositionem, hoc est, causam ordinis & numeri, si qui desiderant, ipsius Ptolemæi caput de finibus consulere debent.

Arietis

♃	6	6
♀	8	14
☿	7	21
♂	5	26
♄	4	30

Tauri

♀	8	8
☿	7	15
♃	7	22
♄	4	26
♂	4	30

Geminorum

☿	7	7
♃	7	14
♀	7	21
♄	4	25
♂	5	30

Cancri

♂	6	6
♃	7	13
☿	7	20
♀	7	27
♄	3	30

Leonis

♄	6	6
☿	7	13
♀	6	19
♃	6	25
♂	5	30

Virginis

☿	7	7
♀	6	13
♃	5	18
♄	6	24
♂	4	30

Libræ

♄	6	6
♀	5	11
♃	8	19
☿	5	24
♀	6	30

Scorpij

♂	6	6
♃	8	14
♀	7	21
☿	6	27
♄	3	30

Sagittarij

♃	8	8
♀	6	14
☿	5	19
♄	6	25
♂	5	30

Capricorni

♀	6	6
☿	6	12
♃	7	19
♂	6	25
♄	5	30

Aquarij

♄	6	6
☿	6	12
♀	8	20
♃	5	25
♂	5	30

Piscium.

♀	8	8
♃	6	14
☿	6	20
♂	6	26
♄	4	4

VBI PRAEPONANTVR TRIPLICITATES TERMINIS.

Quidam autem præponunt triplicitates terminis, eò quòd Domini triplicitatum sunt fortiores in nutritione: quia significant nutritionem, & quia nulla discordia est in triplicitate, sicut est in terminis, cum præponuntur. Et quidam præponũt terminos triplicitatibus, eò quòd domini terminorũ sunt fortiores in directione.

Hæsitatio est, vtrùm trigonorum vel finium maior sit potestas? Respondemus per distinctionem, Si generalis harum dignitatum fiat collatio, vniuersaliter trigoni præcedunt terminos. Sed si easdem ad certa negotia comparemus, deprehendemus casus alios in quibus trigoni terminis præferendi, & alios in quibus postponendi sint. Veluti in nutritionis negotio trianguli præponuntur terminis, & hi vicissim in ordinatione generalium chronocratorum præferuntur triangulis. Ipse verò idem dicit, sed confusiore vt apparet ordine. Quidam, inquit, ius triangularitatis dupliciter præferunt terminis. Primò & in specie respectu certorum negotiorum, veluti in quæstione nutritionis. Nam cùm quæstio, an illi qui natus est, sit à cœlo concessum vt crescat vel non crescat, explicanda proponitur, tunc maior vis triangulis quàm finibus tribuenda est, siquidẽ domini triangulorũ, vt placet Arabibus, nutritionẽ significant. Secundò, & generaliter, & tanq̃ de euidẽtiore, & ob id magis certa causa maior sit consensus Astrologorum de ordine triangulatorum, quàm de ordine τῶν οἰκοκρατόρων, quando-

quidem

quidem, vt in pręcedenti capite visum est, magna est contentio, quis ex planetis finium potestate in signis præcedere debeat. Rursus aliquos in specie dicit fines præferre triangulis propte reà, quòd cùm per progressiones & transitus locorum Apheticorum temporum arbitros ordinamus, maior sit comperta efficacia τῶν τὰ ὅρια ἐπεχόντων ἀστέρων, quàm τῶν τριγωνοκρατόρων. Quid autem sint directiones & aliæ progressiones, & quomodo perficiantur, infrà in loco magis oportuno explicabimus.

DE FACIEBVS SIGNORVM, ET CVI planetarum attribuuntur.

1 *Facies autem signorum sunt hæ. Vnumquodque signum diuiditur in tres partes æquales. Quælibet pars conflatur ex X. gradibus, & vocatur facies, quarum initium est à primo gradu Arietis. Prima ergo facies est à primo gradu Arietis vsque in X. & datur Marti. Secunda vsque ad XX. gradum, & datur Soli, qui succedit ei in ordine circulorum. Tertia vsque ad finem prædicti signi, & est Veneris. Similiter prima facies Tauri est Mercurij, qui Veneri succedit, & ita vsque in finem signorũ.*

2 *Cùm igitur habueris gradum in aliquo signo, & volueris scire, ex cuius Planetarum facie sit: sume ab initio Arietis signa integra, vsque ad signum de quo volueris scire, & triplica ea, numeróque ex tali triplicatione genito, adijcias id, quod præterijt ex faciebus illius signi, de quo faciem scire volueris, cum eadem facie, cuius dominum scire volueris, & proijce à planeta, qui est dominus faciei signi Arietis, qui est Mars, secundum successionem circulorum septem & septem. Et quod remanserit*

infra

infra ſeptem, numera à Marte per ſucceſſionem planetarum: & vbi finitus fuerit numerus, erit prima facies illius ſigni, cuius gradum aſſumpſiſti, ſi videlicet idem ille gradus intra primos decem gradus eiuſdem ſigni contineatur, & quidem illius planetæ, apud quem numerus erit finitus. A decimo verò gradu vſque in XX. alterius planetæ, qui illi ſuccedit, & à XX. vſque in finem ſigni, alterius qui ei ſuccedit. Et gradus ſigni ſemper erit facies illius planetæ, cuius denario comprehenſus fuerit. Vocantur etiam domini facierum iſtarum à quibuſdam Decani, cuius rei ſequitur tabula.

Arietis

♂	10	10
☉	10	20
♀	10	30

Tauri

☿	10	10
☽	10	20
♄	10	30

Geminorum

♃	10	10
♂	10	20
☉	10	30

Cancri

♀	10	10
☿	10	20
☽	10	30

Leonis

♄	10	10
♃	10	20
♂	10	30

Virginis

☉	10	10
♀	10	20
☿	10	30

Libræ

☽	10	10
♄	10	20
♃	10	30

Scorpij

♂	10	10
☉	10	20
♀	10	30

Sagittarij

☿	10	10
☽	10	20
♄	10	30

Capricorni

♃	10	10
♂	10	20
☉	10	30

Aquarij

♀	10	10
☿	10	20
☽	10	30

Piſcium.

♄	10	10
♃	10	20
♂	10	30

Facies aũt signorum &c.

1 Decurias ſignorũ facies appellant. Singulorũ autẽ ſignorũ terni ſunt Decani, quorũ ſinguli ex 30. partib' cuiuſlibet ſigni in denas partes poteſtatẽ exercent. Inchoatur ordo Decanorũ ab Ariete & Marte, cõtinuaturq; ordine ad finẽ ſigniferi ſecũdũ ordinẽ naturalẽ tã ſignorũ q̃ planetarũ: veluti ♈ prim' decanus eſt ♂, ſecũdus ☉, tertius ♀. Hanc cũ in ordine ſequat ☿, idcircò is ipſe Tauri primus decanus eſt, ſecũdus ☾, tertius ♄. Hũc in ordine ſequit ♃, q ob eam cauſam primò in ſigno ♊ ad decanatũ admittit, pariterq; ſequẽtes ſequẽtib' decurijs pręficiunt.

Cum igitur habueris &c.

2 Modus verò, per quem dato cuiuſlibet ſigni gradu per artẽ calculatoriam abſque præſidio tabulæ exploratur, cui decano datus gradus obtemperet, eſt talis: Supputetur numerus ſignorum à principio Arietis vſque ad principium ſigni propoſiti. Numerus verò completorum ſignorum multiplicetur per tria. Numero denique, qui ex triplicatione integrorum dodecatemoriorum exoritur, iungatur decuriis cõpletis ſigni propoſiti, vnà cum incompleta decuria, cuius dominus quæritur. Quo facto, ſumma ſecetur per 7. atque ex eo quod poſt ſectionem remanſerit, prima vnio tribuatur Marti, ſecunda ſi adfuerit, Soli, atque ſic deinceps ſecundum ordinem naturalem planetarum, donec ad vltimam vnionem, hoc eſt, ad dominum decuriæ incompletæ, de qua quæritur, fiat progreſsio. Veluti ſi proponatur numeris inueſtigandum, quis ſit decanus partis 15. ſigni ♎, multiplicanda ſunt 6. per 3. (nam ab initio ♈ ad principium ♎ ſex ſigna completa numerantur) fient 18. quibus iungantur 2. propter vnam decuriam completam, & vnam incompletam, fient 20. decuriæ, quæ ſectæ per 7. relinquunt 6. Iam ſi prima relicti numeri vnio tribuatur Marti, ſecunda Soli, tertia Veneri, quarta Mercurio, quinta Lunę, perueniet tandem decuria ſexta incompleta ad Saturnum, id quod tabula etiam monſtrat. Affinguntur hic quidam σωτῆρες ſeu munifices, qui ſunt terna numina ſingulis decanis applicata. Itẽ ſimulachra quædã, quæ cũ ſingulis decurijs peroriuntur, grẽcis πρανατέλλοντα nominata, quorũ Ptolemęus nuſq̃ mentionẽ facit, atq; vt opinor, omnia huius capitis τοῖς ἀλόγοις τάξεσι καὶ τοῖς αἰτιολογικοῖς annumerat. Quapropter his relictis, ad ea quæ non vanę oſtẽtatiõis gratia cõparata, ſed cauſis Phyſicis firmata ſunt, pergamus.

DE

DE VIRTVTIBVS
Planetarum.

1 *Et quia iam annuente Deo tractauimus de potestatibus Planetarum in signis, quæ sunt domus, exaltatio, triplicitas, terminus & facies: Nunc igitur tractemus de virtutibus seu fortitudinibus eorum in ipsis. Nam dominus domus habet quinque fortitudines, & dominus exaltationis quatuor, & dominus triplicitatis tres, dominus termini duas, & dominus faciei vnam. Intellige ergo ex hoc numero fortitudines planetarum. Qui enim magis abundant in numero, magis abũdant in fortitudine. Et quidã præponũt terminũ triplicitati, id est, volũt, quòd dominus termini sit fortior domino triplicitatis. Sed iam exposuimus superiùs, in quo valet vnusquisque.*

2 *Quidam etiam de hac re talem dederunt comparationem, dicentes, quòd planeta cùm fuerit in domo sua, est similis viro in domo atque in dominatione sua. Et cùm fuerit in exaltatione sua, est similis viro in regno suo & gloria. Et cùm fuerit in termino suo, est sicut vir inter parentes & cognatos suos atque gentes. Et cùm fuerit in triplicitate sua, erit sicut vir in honore suo, & inter auxiliatores atque ministros suos. Et cùm fuerit in facie sua, erit sicut vir in magisterio suo. Hæ sunt vniuersæ potestates planetarum essentiales in signis, & sequuntur has figuræ signorum.*

1 In vniuersum familiaritates stellarum locorumq;, quas potestates seu dignitates planetarum in signis essentiales vocant, constituit autor numero quinque, nempe domum, altitudinẽ, trigo- Et quia iam, &c.

trigonum, finem & faciem. Harum vnaquęque quid ſit, cùm hactenus expoſuerimus, proximum eſt, vt dicatur, quanta vniuſcuiuſque ſit vis & potentia, hoc eſt, quantum roboris viriumq; vnaquæq; poteſtas planetis conferre queat vel nequeat. Et hoc eſt, quod autor dicit, ſe nunc tractaturum de virtutibus ſeu fortitudinibus planetarum in ipſis dignitatibus collocatorum. Cùm autem omnium dignitatum nobiliſsima ſit domus, idcirco quinque calculos fortitudinis ei adſcribit. Huic proxima eſt altitudo, & ob id quatuor rationibus virium prędita. Deinde ſequitur trigonus, trium poteſtatis numero diſcretus. Pòſt finium dignitas, numero duum inſignita. vltima eſt facies, & ob id monade ſignificata. Eſt autem hic ordo dignitatum ideo in numeros digeſtus, vt magnitudinem roboris vel imbecillitatis ſtellarum, quam in quolibet loco cœli τῇ σωοικειώσει conſequuntur, faciliùs æſtimare & dijudicare, atque ſic victorem & prędominantem planetam rectiùs eligere poſsimus. Etenim ſtellam, quam in cœli aliquo loco maiorem numerum fortitudinum ſeu poteſtatum colligere deprehenderimus, eam in tali loco dominatu reliquas ſtellas vincere pronunciare poterimus. Exempli gratia, in primis ſex partibus Libræ, cùm Saturnus ob domum poteſtates 5. ob altitudinem 4. ob trigonum 3. ob fines duas conſequatur, atque in ſumma numero poteſtatum 14. omnes reliquos errones facilè ſuperet: idcirco Saturnũ in huiuſmodi loco dominatorem victoremque eſſe haud eſt dubium. Hic ordo dignitatum generalis eſt, & ob id non eſt opinandum, eum planè vbique conſtanter obſeruari. [redacted] Atque hac admonitione, eius quoque hęſitationis, quam autor hic de triangulorum finiumque prærogatiua mouet, perſpicuam ſolutionem fecimus. Porro quod autor in fine capitis dicit has eſſe vniuerſas planetarum poteſtates eſſentiales in ſignis, Ptolemæi doctrinę & verbis, ſi faciem quam contempſit tollas, conſentit. Nam is quoque ſimulatque ſtellas dodecatemorijs familiari-

liaritate domus, altitudinis & trigoni finiumque conciliari ostē dit, reiectis faciebus, duodenarijs & id genus alijs subtilioribus & inanibus dominationum partitionibus, eandem hanc tractationem similibus verbis claudit, inquiens: αἱ μὲν δὴ συνοικειώσεις τῶν ἀστέρων καὶ τῶν δωδεκατημορίων, σχεδὸν αἱ εἰσι τοιαῦται, id est, hoc ferè modo se habent familiaritates stellarum locorumque. Differentia tamen est in hoc, quòd autor vniuersas, Ptolemæus verò ferè omnes dixit, per particulam ferè, præter has de quibus dictum est, alias adhuc signorum cum stellis συνοικειώσεις esse indicans. Eæ verò sunt tres, quas ibidem statim subijcit, nempe carpentum, persona & gaudium, quod suprà cùm de domiciliis planetarum ageretur, exposuimus. De persona dicetur infrà in tertia differentia. Quod ad carpentum attinet, de eo Ptolemæum ad hunc modum scripsisse legimus: καὶ οἱ λαμπτῆρσι ἰδίοις λέγονται εἶναι, καὶ θρόνοις καὶ ὄχοις, ὅταν κατὰ δύο ἢ καὶ πλείους τῶν προεκτεθειμένων τρόπων συνοικειωμένοι τυγχάνωσι τοῖς τόποις, οἷς καταλαμβάνονται, τότε γὰρ μάλιστα τῆς δυνάμεως αὐτῶν αὐξανομένης πρὸς τὴν ἐνέργειαν, διὰ τὸ ὅμοιον καὶ συμπρακτικὸν τῆς τῶν δωδεκατημορίων ὁμοφυοῦς οἰκειώσεως, ἰδιοθρονεῖν καὶ λάμπειν λέγονται, hoc est, in splendoribus collocari, & quasi in regiis curribus carpentisque inuehi, & soliis insidere, & istiusmodi excellentiis ornati tum esse dicuntur, cùm duobus aut pluribus familiaritatis rationibus iam superiùs expositis, habuerint ius in ea loca, in quibus deprehenduntur. Nam cùm ipsorum vires propter dodecatemoriorum, quod ad innatas proprietates attinet, similitudinem, atq; eorundem collatam agendi operam, maximè ad agendum adaugentur: tunc in propriis soliis insidere & fulgere dicuntur. Ex his verbis Ptolemæi perspicuum est, carpentum non esse dignitatem simplicem, sed ex aliis simplicibus compositam. Vult enim planetam carpentum tum demum consequi, cùm fuerit in loco, duabus aut pluribus societatis rationibus cognato. Exempli gratia, Mercurius quum intra septem primas partes Virginis, tres dignitates simplices, nempe domum, altitudinem & fines obtineat, idcirco in tali loco collocatus, carpento inuehi, proprioque in solio sedere dicitur. Sic ♃ in duodecim primis partibus Sagittarii, vbi domum, trigonum & fines possidet, tanquā

in proprio seu throno, seu carpento collocatus triumphat, &c. Dicit Ptolemæus, planetarũ propriis soliis insidentiũ τὴν πρὸς ἐνέργειαν δύναμιν, hoc est, agendi facultatem, duabus de causis excellenter augeri. Prima est, ἡ τῆς ὁμοφυοῦς οἰκειώσεως τῶν τε δωδεκατημορίων καὶ τῶν ἀστέρων ὁμοιότης, id est, proprietatũ tam signis quàm planetis innatarum insitarumque similitudo, planetarum vim agendi conduplicans, quæ est effectuum ὁ αἴτιον. Secunda est ὁ τῶν δωδεκατημορίων συμπρακτικὸν, hoc est, signorum propria vis, stellarum præsentium actionem perficere adiuuans: Atque hæc est effectuum συναίτιον. Hinc consequitur, signa planetis vacua non esse otiosa, sed insita sua vi adumbrare eos effectus, quos stellæ illis cognatæ perficiunt. Sed iam locum claudamus breuissima repetitione eorum quę diximus, nempe septem esse apud Ptolemæum seu genera dignitatum, seu modos, quibus stellæ locis cœli conciliantur: scilicet domum, altitudinem, trigonum & finem, personam, gaudium & carpentum. Horum modorum primi sex puri sunt seu simplices: Vltimus verò ex simplicibus compositus. Simplicium denique primi quatuor, de quorum prærogatiua inter se iam diximus, sunt principales. Reliqui autem duo minus principales, persona tamen gaudium præcedente. Quo efficitur, vt carpentum habendum sit omnium primum nobilissimumque, gaudium verò omnium postremum atque imbecillimum.

Quidam etiam de hac &c.

2 De illa verò similitudine, qua autor de communi sententia Astrologorum, domus ad dominationem, & altitudinis ad regnum &c. collationem instituit, extat Cardani celeberrimi viri, non tantùm iudicium, sed & harum dignitatum omnium, quid vnaquæq; in quolibet negotio posit, pulcherrima expositio. Quapropter integrum eius de hac re locum hic subijcien dum curauimus.

Videndum est, inquit, quid vnumquodque horum posit, & non vt Haly, qui domum domui, exaltationem regno comparat, talibusq; explicat vires dignitatũ, vt tantundem scias postquàm videris quæ de his scribat, quantum antea. Mentem igitur adhibere decet, quoniam præstantissima hęc est traditio, & à nobis longa obseruatione & subtili ratione inuenta. Nec minus debemus Haly, qui præter id quod potuit præstitit, causam

no-

nobis præbuit inquirendæ veritatis. Igitur Carpentum est, cùm planeta quasi in omni suo gaudio, & in omni sua dignitate est.

At si ad generales constitutiones referas, eandem videbis similitudinem. Nam si Saturnus fuerit in domibus suis, & dominetur, erunt tempora generaliter frigida & sicca, cum frigiditate fixa & valida: & si fuerit æstas, erunt tempora perpetuò temperata. Si Iuppiter, erit tempus serenum, iucundum, pulchrum, lætum, cum ventis moderatis & gratis. Et si Mars, tempus aridissimum & siccissimum: si Sol, tempus calidissimum, cum paucis pluuijs tamen: si Venus, totum lene, suaue, pluuiosum: si Mercurius, totum varium & inconstans & mutabile, vt nunquàm tribus diebus perpetuis in eodem tenore constet: si Luna, tempus nubilosum, pluuiosum, inconstans & graue. Hæc si quis dicat, vnde ex Ptolemæo? Respondeo, Ptolemæũ hoc nos docuisse expresse, in omnibus imitandam esse Solis actionem. Is igitur cùm in Leone est, maximos facit feruores atque æqualiter dominatur. At Leo Solis domus est, imo carpentum & solium (sed trigonorum ratio vix debet inter carpenti partes numerari, cùm sit à domo pendens & altitudine) ideo Solis vis in Leone à domicilio procedit. Eadem ratiõe altitudo ipsa deprehenditur

[redacted]. Solent enim homines magis admirari insperata, licet infirmiora minoraque, solitis ac maioribus. Quis enim nõ magis miretur hæreditatem quatuor millium coronatorum ab externo acceptam, quàm quòd filius patri succedit in triginta millibus? Atque ea ratio est, quòd multi altitudinem domui præposuerint. Itaque in generalibus constitutionibus Sol cùm intrat Arietem altitudinem suam, totum commouet orbem, omnia pullulant, omnia exhilarãtur, nec tamen calefacit vt in Leone, imo neque vt in Cancro nec Tauro. Et vt vno verbo dicam, domus rem quietam & perpetuam facit, altitudo in mutatione & specie maiorẽ. Trigonus verò plus habet virtutis in diuidendo regiones terræ quàm in genituris. In genituris autem significat robur & efficaciam, [redacted]. Fines declarant vires potentiores, sed temporibus terminatas, [redacted] In temporibus verò mutationes non generales, sed quæ paucis diebus aut mensibus finiant. Vnde fines, quòd finem accipiant, dicti. Qualitates autem cùm animi tum corporis expoliunt, non faciunt. Vnde qui in finibus Martis aut Saturni morum dominum habuerit, poterit quidem esse bonus alioquin, sed moribus rudibus, agrestibus & incomptis. In corporis etiam affectibus, mala lenit aut auget finis, non facit. Persona facit, vt videatur & speciem referat, non vt sit. Gaudium autem lenit aut exacerbat significata, sed vix sentitur. Hæc Cardanus.

DE ESSENTIIS SIGNORVM, ET quid significent in semetipsis.

Quia in signis sunt quædam signa, quæ dicuntur rationalia, scilicet, Virgo, Gemini, Libra & Aquarius, & prima medietas Sagittarij, quia eorum imagines in circulo ad imagines hominum figurantur. Hæc quoque dicuntur signa pulchras voces habentia. Hæc quoque vigentium fuerint in Oriente. Et quædam dicuntur alas haben-

habẽtia, ſcilicet Gemini, Virgo & Piſces. Et quædã quadrupedia, vt Leo & Sagittarius. Quædã eorũ ſunt domeſtica, vt Aries, Taurus, Capricornus, & hæc vigẽt cũ fuerint in meridie. Virgo aũt et Capricornus & Aquarius vigẽt cũ fuerint in ſeptẽtrione. Et ex ſignis quædã ſunt tortuoſa & vitioſa, ſcilicet, Aries, Taurus, Cancer, Scorpio & Capricornus. Et quædam ex eis dicuntur plures proles habentia, ſcilicet Cancer, Scorpio & Piſces, & hæc vigẽt cũ fuerint in occidente. Et quædã ex eis ſunt ſterilia, vt Gemini, Leo & Virgo. Et quædam ſunt paucos filios habẽtia: vt Aries, Taurus, Libra, Sagittarius, Capricornus & Aquarius. Et quædam dicuntur multũ luxurioſa: ſcilicet Aries, Taurus, Leo & Capricornus. Et ex ſignis quædã dicuntur mediam vocem habentia, quæ formantur ad imagines animaliũ balantiũ & mugientiũ & rugientiũ, vt Aries, Taurus, Leo & Capricornus, & vltima pars Sagittarij. Et quædam ſunt voce carentia, ſcilicet quæ formantur ad imagines animaliũ voce carentium: ſcilicet Cancer, Scorpius & Piſces.

Hic titulus: De eſſentijs ſignorum, & quid ſignificent in ſemetipſis, indicare videtur, quaſi hæ ſignorũ differentiæ, de quibus in hoc capite agitur, ad proprietates dodecatemoriorum ſimplices naturaliterque inſitas referri debeant. Verùm ſi rem accuratiùs ſpectare voluerimus, deprehendemus, eas non eſſe planè ſimplices, ſed potius à ſtellis fixis, atque à connexione ſimulachrorum octaui orbis aſſumptas. Atque hæc eſt cauſa, propter quam in fine præcedentis capitis, finitam tractationem de dignitatibus planetarum in ſignis, ſeu potius de conciliatione planetarum cum naturali dodecatemoriorum temperatura, dicit ſequi figuras ſignorum, ſeu vt græcè & planiùs dicatur, τὰ

μορφώματα τῶν ζωδίων, hoc est, appellationes dodecatemorijs ab adiacentibus signorum formis accommodatas. Et statim in principio huius capitis ait, dodecatemoria Geminorum, Virginis, Aquarij, & primæ medietatis Sagittarij, ideo nominari humana, quòd imagines signis istis connexæ ad similitudinem imaginis humanæ figurentur. Id verò maximè verum erat veterum & Ptolemæi tempore, quo vt suprà copiose declaratum est, non tantùm caput stellati Arietis cum intersectione verna congruebat, sed & integrum eiusdem Arietis simulachrum Arietino dodecatemorio iungebatur, eodemq; modo sequentia in octauo orbe simulachra coincindebant omninò cũ dodecatemorijs in extremo orbe sequentibus. At nostro tempore, cùm prima stella Arietis ab æquinoctio verno partibus 27. & paulò plus recesserit, & in vniuersum omnes reliqui Asterismi similes progressus εἰς τὰ ἑπόμενα fecerint, liquet, ꝓ relictis dodecatemorijs quæ olim occupabant, penè omninò in succedentia dodecatemoria trãsmigrarint. Exẽpli gratia, simulachrũ seu signũ Arietis octaui orbis maxima ex parte delatũ est in dodecatemoriũ Tauri orbis extremi, & similiter simulachrũ Taurinũ orbis octaui processit in dodecatemoriũ Geminorũ orbis extremi, & simulachrum Geminorũ in dodecatemoriũ Cancrinũ. Quapropter dodecatemoriũ Geminorũ, exempli gratia, quod olim adiuncto simulachro Geminorũ vocabat signũ humanũ, iã nõ amplius rectè humanũ, sed potius quadrupes: & dodecatemoriũ Cancrinũ, olim à cõnexo simulachro reptile nominatũ, iã humanũ propter imaginis Geminorũ ingressum rectiùs vocabit. Nã talẽ ipsarũ rerũ translationem haud dubium est sequi debere trãslationẽ appellationũ, quas dodecatemoria à simulachris octaui orbis assumũt. Id ideo diligẽtiùs obseruãdũ est, ne his appellationibus tanq̃ dodecatemorijs cõstanter inherentibus abutentes, in crassissimum labamur errorem. In eãdem sententiam scripsit Haly hæc verba: Multa, inquit, tibi de signis dixerunt antiqui, conuenit tamen, vt de dictis eorum accipias id, quod cum Ptolemæi opinione concordat, quoniam est solummodò ille, qui rem sequitur naturalẽ. Quia tenet, vt quodlibet signum vim suam habeat separatam, propter stellas fixas in signo quolibet existentes. Et propter hoc conuenit, vt inspi-

cias

cias, quę ſtellę ad ſignum pertinent, & ſecundum hoc iudicabis. Et cùm hoc feceris, naturaliter eris hanc artem ſecutus, & concors eris cum opinione Ptolemæi. Conuenit enim, vt hoc facias, & omnia alia dicta dimittas, nec te perdas, ſicut ille, qui vult accipere vias multas, & quæ ſit certa ignorat. Et ſic non ibis errando, ſicut ille qui neſcit, quæ ſit veritas, & quæ non. Verba autem Ptolemæi, quibus dodecatemoriorum ab adiacentibus ſtellarum fixarum ſimulachris deriuari docet, hæc ſunt: καὶ ἄλλας δέ τινας τοῖς δωδεκατημορίοις προσηγορίας ἐφήρμοσαν ἀπὸ τῶν τοῦ αὐτοῦ μορφώσεων. λέγω δὲ οἷον τετράποδα καὶ χερσαῖα, καὶ ἡγεμονικά, καὶ πολύπορα, καὶ τὰ τοιαῦτα καλέσαντες, ὡς αὐτόθεν τὸ ἐμφανιστικὸν ἔχοντας, περισσὸν ἡγούμεθα καταριθμεῖν: τὰς δὲ κατὰ τῶν τοιούτων διατυπώσεων ποιότητας, αἳ ἂν τῶν προπελέσεων χρησίμαι φαίνεται δυνάμεις προεκτεθείσης, hoc eſt: Sed & alias appellationes dodecatemorijs accommodauerunt à figuris ſiderum deſumptas, quadrupedia, exempli gratia, & terreſtria, & ducalia, & fœcunda, & taliter nominãtes. Quas appellationes, cùm ex ſuis figuris pateant, hîc recenſere ſuperuacaneum eſſe arbitramur. Qualitates quoque huiuſmodi formarum, quatenùs earũ vires in iudicijs habent vſum, à nobis ſunt expoſitæ. Hoc textu Ptolemæi vtiliter quoque & admodùm tempeſtiuè admo[illegible]mur, quòd numeratio appellationum, quas loca cœli ab adhærentibus rerum animantiumq; capiunt ſimulachris, qualibus 48. vniuerſa mundi machina diſcreta eſt, nequaquam ſit neceſſaria: ſiquidem ab vniuſcuiuſque forma ſeu figura facile eſt vires ſingulorũ intelligere: præſertim verò, cùm vt ipſemet hîc teſtatur, quatenus in iudiciis vtiliter conſiderari poſſunt aut debent, ſuis in locis ſufficienter ſit expoſitum. Id autem fecit Ptolemæus lib. 1. cap. de viribus ſtellarum inerrantium, & paſsim in omnibus libris Apoteleſmaticorum. Haly opinatur, has differentias ſignorũ numerare ideo eſſe ſuperfluũ, quòd incõſtantes ſint, & ob figurarũ in ſuccedentia loca tranſitũ, longioribus tẽporibus permutentur. Ob eaſdem cauſas autor quoque, vt videtur, duodecim ſaltem effigies præcipuas, quæ ſigniferum intexunt, in hoc capite tanquam exemplo va[illegible] appellationibus diſtinguit. ἀνθρωποειδῆ ἢ ἀνθρωπόμορφα ζῴδια, id eſt, ſigna humana ſunt, in quibus humanæ reperiuntur effigies, veluti Geminorum, Vir-

Lib. 1. cap. περὶ ἀρετῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων.

ginis, Aquarii, medietatis Sagittarii. Libram quoque inter ſigna humana autor & Haly referunt, propter vicinam Virginem, vt puto. Horum Gemini & Virgo cur dicantur πτερωτὰ, id eſt, pennigera ſeu alas habentia, globorum picturæ ſatis indicant. Piſcium verò τὰ βράγχια inſtar alarum ſunt. Piſcium tamen & Geminorũ figuras alatas vocari, non memini me legiſſe apud Ptolemęũ, qui cùm de pennigeris agit, exempli gratia, Virginẽ ſaltẽ & Sagittariũ cũ gallina nominat. τὰ τετράποδα, id eſt, quadrupedia ſunt ♈ ♉ ♌ ♑ & vltima pars Sagittarij. Et horũ duo, nẽpe Leonis & Sagittarij ſunt θηριώδη ἢ ἀνήμερα, id eſt, fera & immã ſueta: reliqua verò ἥμερα, id eſt, mãſueta ſeu domeſtica. Addit autor, humana etiã vocalia nominari, eademq; in oriente: quadrupedia verò in meridie maiorem vim quàm in aliis quadrantibus exercere, Virgine tamen & Aquario & Capricorno Septentrioni magis conſentientibus. Omninò verò omnium ſignorũ tam figuræ quàm appellationes, ab ipſorum naturalibus effectibus, quos rebus ſubiectis ſibique peculiariter conſentientibus imprimunt, ſumpſerunt originem. Veluti in generalibus cõſtitutionibus, ſigna humana in genus humanum, reliquarum verò figurarum in ſimilia bruta & res ſimiles euentus, quos prætendunt euaſuros ſignificant: id quod fuſiùs expoſuit Ptolemæus lib. 2. cap. 7. de genere euentuum. [redacted]

[redacted]. Ptolemæus vocat ζώδια ὑπαίτια: ἡ μάλιστα, inquit, τὰ ἐπὶ σωμάτων ἢ ἐπὶ καμπίων ὄντα, ἢ ἐπὶ τῶν ὑπαιτίων ζωδίων, οἷον ♈ ♉ ♋ ♏ ♑, γίνονται λωβώσεις τῶν

Lib. 3. c. de vitijs & morbis.

τοῦ σώματος κυρτώσεως, ἢ κυλλώσεως, ἢ χωλώσεως, ἢ παραλύσεως, hoc est, Imprimis verò Luna in nodis aut * flexuris constituta, aut lustrante signa obnoxia seu infirmantia, qualia sunt ♈ ♉ ♋ ♏ & ♑, fiunt vitia corporis gibbositatũ, claudicationum, luxationumque. Et ibidem paulò infrà, vbi de iudicijs morborum à signis octaui orbis agit. ἰδίως μὲν γὰρ, inquit, ὁ καρκινος καὶ ὁ αἰγόκερως, καὶ οἱ ἰχθῦς καὶ ὅλως τὰ χερσαῖα καὶ ἐνύδρα ζῴδια, τὰ τῶν νομῶν πάθη ποιεῖ, καὶ λεχλιώων ἢ χοιράδων, ἢ συρίγγων, ἢ ἐλεφαντιάσεων καὶ τῶν τοιούτων, hoc est, Cancer, Capricornus, Pisces & vniuersaliter omnia humi repentia & aquatica signa, peculiariter infligunt calamitatem vlcerum depascentium carnem & serpentium impetiginum, scrophularum, fistularum, lepræ & talium morborum. Similiter ζῴδια πολύσπορα, id est, fœcunda seu plures proles habentia, qualia sunt ♋ ♏ & ♓ ab effectu nomen inuenerunt. Ea verò in occidente vigere ait. στερῴδη ἢ ἄγονα, id est, sterilia sunt ♌ & ♐. Porro Geminos perperam sterilibus annumerare videtur, quum simulachrum ipsorum sit δίσωμον, id est, duorum corporum, & ob id teste Ptolemæo numerum filiorum multiplicet. Sed sex reliqua, nempe ♈ ♉ ♎ ♑ ♓ & ♒, cùm in hoc negotio mediam naturam habeant, non malè signa paucorum filiorum nominat. Similiter cùm signa hominum nominibus vocata sint vocalia: Cancri verò & Scorpij Pisciumque muta: reliqua, nempe Arietis, Tauri, Leonis, Capricorni & postremæ partis Sagittarij, non immeritò mediæ naturæ reliquuntur. Hæ sunt differentiæ duodecim signorum signiferum intexẽtium. Reliquorum quæ extra Zodiacum sita sunt præcipua, quorum Ptolemæus suis in locis vsum ostendit, sunt ferè hęc: ζῴδια auium, vt aquila & gallina: ζῴδια aquatica, vt delphin & Pisces: Naufraga, vt argo & nauis: Venenosa, vt Scorpio & Serpentes: Mutilata, vt Taurus & caput Medusæ: Vincta, vt Andromeda & Cepheus: Ducalia, vt ambæ coronæ borealis & australis. Hæc omnia ad compendium reduci possunt hoc modo. Simulachra alia sunt animalium, alia rerum. Rerum veluti ducalia, vt ambæ coronę: & naufraga, vt Argo. Porro animaliũ alia sunt in aëre volãtia seu pennigera πτεροτά, vt ♐ & gallina: Alia in aquis natantia νηκτά: & horum rursus hæc vocantur marina θαλάττια, vt ♋ ♓ δελφῖν: hęc verò fluuialia ποτάμια, vt ♒ & ♓.

* id est, nodis quinque planetarum.

lib. 4. cap. de filijs.

ϡ & Κ. Argo verò vtriusq; naturæ est. Alia terrestria χερσαῖα, & horum alia hominum nominibus vocata ἀνθρωπόμορφα, quę nota sunt: alia bruta ἄλογα. Rursus brutorum alia sunt quadrupedia τετράποδα, quæ vt dictum est in fera ἄγρια, & domestica ἥμερα distrahuntur: alia reptilia ἑρπετὰ, vt serpentes & similia: Alia venenosa ἰοβόλα, vt Scorpio & serpentes: alia mutilata: alia vincta: alia aliter denominata.

DE SIGNIFICATIONIBVS SIGNORVM.

1 *Et vnumquodque signum habet propriam significationem in his, quæ significant ex creatione membrorum* [redacted], *& regionum & seminum, & arborum & cætera. Aries habet ex corpore hominis caput & faciem: & ex regionibus bebil & ferim, id est, Babyloniam & Arabiam & Falastim & Palestinam.*

Taurus habet arbores quæ plantantur: & ex corpore hominis habet collum & gutturis nodum: & ex regionibus Ezetimet & Almech & Sandem & Araterad.

Gemini est signum largum, boni animi, & habet ex corpore hominis humeros & brachia & manus: & ex regionibus Vrgeti & Armeniam, Nuthrabigem Etelenimstet, id est, Aegyptum & Bartha. Cancer habet ex arboribus eas quæ fuerint æquales longitudine, & ex corpore hominis pectus, cor, stomachum, costas, splenes & pulmonem: & ex regionibus Armeniam minorem, & Orientalem plagam Buthabem & Massem & Acin: & habet participationē in Barach & Atrabicen.

Leo habet arbores proceras, id est, longas, callidus & versutus, & multæ angustiæ & tristitiæ: & habet ex

corpo-

corpore hominis stomachum, cor, dorsum, latus: & ex regionibus Artitri vsque in finem regionis habitabilis.

Virgo habet quicquid seminatur ex seminibus, & est larga, boni animi. Et habet ex corpore hominis ventrem & interiora, scilicet telam, id est, διάφραγμα & intestina: & ex regionibus argumenta et assem, id est, quædam regio circa Hierusalem, & Alforas, id est, Eufraten: & insulam quæ Hispania & Festix vel Afeum. Libra habet arbores proceras, & est larga, boni animi. Et habet ex corpore hominis lumbos & inferiora ventris, vmbilicũ & pectinem & verenda, anchas & ilia & nates: Et ex regionibus terram Romanorum vel Græcorum, & quæ succedunt eis affines vsque ad Africam: habet etiam Araffe vel Azim vsque in finem Aethiopiæ & Barthan: habet & Carmen & Fegestem & Thebis vel Thebil & Tabrasten Barah & Ambarath. Scorpius habet arbores longitudine æquales, largus, boni animi: Et habet ex hominis corpore verenda, testiculos, vesicam, anum & fœmora: & ex regionibus Helehiget & rura Arabum & fines eius vsque in Allegem: & habet in Alchach participationem. Sagittarius ingeniosus & callidus, habet ex corpore hominis fœmora: & ex regionibus Aethiopiã & Maharahen & Achiut vel Acenit vel Achichit, quæ est India. Capricornus bonæ vitæ, iracundus, cautus & callidus, multæ tristitiæ: Habens ex corpore hominis genua: Et ex regionibus Aethiopiam, Annaban, Alcon & Alcuth, & Mahamen vsq; ad duo maria Aetahant & Achiut, quæ est India. Aqua-

rius

rius habet ex corpore hominis crura vsque ad inferiora cauillarum, id est, talorum: et ex regionibus Azenes, id est, nigredinem, et Althupha et partes eius, et terram Elfices, et partem terræ Aegypti, et Occidentalem plagam terræ Achiut. Pisces, callidus et cautus, commixtus, multi coloris, habens ex corpore hominis pedes: et ex regionibus Carabrarem et Septentrionalem plagam terræ Iurgem, et participationem in Romanis vsque ad Effen, habet insulam et Aegyptum, et Alexandriam et mare Lycium.

Omnia inferiora cœlo Lunæ conclusa, superioribus tum stellis, tum signis cœlestibus subsunt, atq; viribus eorum consentiunt, compatiuntur & circumagitantur manifestiùs, quàm verbosa probatione persuaderi debeat. Notamus enim in hoc inferiore & sublunari mundo corpora quædam solaria, veluti ex metallis aurum, ex lapidibus hyacinthum, ex plantis heliotropium & lupinum, ex auibus phœnicem &c. quibus Sol præ cæteris aliquid suæ virtutis communicat: Quędam lunaria, vt argentum, chrystallum, palmam, hyssopum, anseres, fœles, & talia, quæ à Luna præcipuè fouentur & conseruantur afficiunturque euidentiùs. Ad eundem modum de rebus Saturnalibus, Iouialibus, Venereis, Mercurialibus, & denique singulis cœlestibus signis peculiariter cõsentientibus sentire & iudicare debemus. Idcirco autor sicut suprà cœli locorum stellarumque τὰς ζωοικδόσεις exposuit: ita in hoc capite eorundem cœli locorum cum certis rebus inferioribus terræq; adiacentibus τὴν συμπαθειαν τῶν ζωοικδόσιν enarrare instituit, hoc est, vult ostẽdere, quæ cœli loca seu dodecatemoria, quibus regionibus, prouincijs, ciuitatibus, arboribus, plantis, corporis humani partibus, & talibus rebus præcipuè conueniant & consentiant, vimq; suam pręcæteris tribuant: quæ omnia adeò planè hic narrantur, vt nullã expositionem desiderent, præterquàm quòd magna pars locorum barbaris atque ignotis vocibus obscuratur. Quapropter quæ gentes sub quibus signis ponantur, ex Ptolemæo adscribam,

bam, cuius breui catalogo alia loca à iunioribus obſeruata adij cere licebit. Ea verò ideo obſeruanda ſunt, quòd omnia ſignificata cœli in ijs locis magis appareant, quę partibus cœli quippiam decernentibus ſubijciuntur. Habet ergo ARIES Britanniam, Galliam Brachatam, Germaniam, Baſtarnas, Cœloſyriam, Paleſtinam, Idumæam, Iudęam. TAVRVS Parthiam, mediam Perſida, Cycladas inſulas, Inſulam Cyprum, loca maritima Aſiæ minoris. GEMINI Hircaniam, Armeniam, Martianam, Cyrenas, Marmaricam, inferiorem Aegyptum. CANCER Numidas, Cathaginenſes, Afros, Bithyniam, Phrygiam, Colchida. LEO Italiam, Galliam Togatam, Siciliam, Apuliam, Phœnices, Chaldęos, Ochiniam. VIRGO Meſopotamiam, Babylona, Aſſyriam, Gręciam, Achaiam, Cretam. LIBRA Bactra, Caſperiam, Seras, Thebaida, Oaſin, Troglodytas. SCORPIO Metagonitida, mauros, Getulos, Syriam, Commagenem, Cappadocas. SAGITTARIVS Thyrrenos, Celtas, Hiſpaniam, Arabiam fœlicem. CAPRICORNVS Indiam, Arrianen, Gedroſiam, Thraciam, macedonas, Illyricũ. AQVARIVS Sauromatas, Oxianen Sogdianen, Arabiam, Azaniam, media Aethiopię. PISCES Phazaia, Nazamonitis, Garamantice, Lydia, Cicilia, Pamphylia. Hæc eſt duodecim ſignorum cum regionibus ζωοικείωσις. Iam quoque quas partes humani corporis eadem ſigna teneant ἀνθρωπικῶς deſcribemus, hoc enim ad iudicia plurimum proficit, præſertim cùm locum valetudinis vel vitij inuenire voluerimus.

SIGNORVM MEMBRA.

♈ Caput	♉ Collum & ceruix	♊ Humeri & brachia	♋ Pectus
♌ à furcula pectoris vſq; ad vmbilicũ	♍ Venter inferior	♎ Nates	♏ Pudenda veſicam
♐ Coxas fœmora	♑ Genua	♒ Crura tibiæ	♓ Pedes

Huc refer Centiloquij enunciatũ 20, quo χειρουργοι cauent, ne in feriendis venis tuberculiſq; cædendis ☾ id cœli ſignum percurrat, cui membrum feriendum hic attributum vides. μὴ ἅψῃ μορίου σιδήρῳ τῷ ☾ ἐπεχούσης τὸ ζῴδιον ὃ κυριεύει τοῦ μορίου ἐκείνου: hoc eſt, membrum ferro ne percutito, quum Luna ſignũ tenuerit, quod membro illi dominatur. Nam Luna humorum domina, id membrum quod ſubijcitur ſigno, per quod ipſa diſcurrit, magis quàm alia humoribus implere cõſueuit. Quapropter ſi tunc ferro aperiatur, ex nimio affluxu humorum, putrida vlcera, neruorum diſtentiones, & talia mala ſequi poſſunt, quæ & lędant membrum, & periculoſam curam faciant. Ex quo id quoque patet, cur illa vulnera, quæ Luna luſtrante ſignum quod parti vulneratæ dominatur, inflicta ſunt, difficiliùs & vix ſine membri incommodo ſanentur. Atque hæc duo, nempe terrę partium & membrorum humani corporis cum locis cœli συμπάθεια ſeu conſenſus, præcipua ſunt, quæ in hoc capite obſeruare tenemur.

DE SIGNIFICATIONE PLANETARUM in ſignis ſecundum membra hominis.

Et ſi quidem planetæ ſignificauerint dolorem, habent in vnoquoque ſigno membrum ſibi proprium. Tractemus ergo de doloribus planetarum in ſignis. Et primum incipiamus ab Ariete.

♈ *Saturnus in Ariete habet pectus, Iuppiter ventrem, Mars caput, Sol fœmora, Venus pedes, Mercurius crura, Luna genua.*

♉ *In Tauro, Saturnus ventrẽ, Iuppiter dorſum, Mars collũ, Sol genua, Venus caput, Mercur. pedes, Luna crura.*

♊ *In Geminis, Saturnus ventrem, Iuppiter verenda et quæ ſuccedunt, Mars pectus & quæ ſuccedunt, Sol cru-*

ra &

ra & cauillas, id est talos, Venus collum, Mercurius caput, Luna fœmora.

In Cancro, Saturnus virilia et omnia eis succedẽtia, Iuppiter fœmora, Mars pectus, Sol pedes, Venus brachia & humeros, Mercurius oculos et guttur, Luna caput. ♋

In Leone, Saturnus verenda et succedentia, Iuppiter fœmora et genua, Mars ventrẽ, Sol caput, Venus cor, Mercurius humeros et guttur, Luna collum. ♌

In Virgine, Saturnus pedes, Iuppiter genua et eorũ succedentia, Mars Ventrem, Sol collum, Venus ventrẽ, Mercurius cor, Luna humeros. ♍

In Libra, Saturnus genua & eorum succedentia, Iuppiter oculos & eorum succedentia, id est, partes capitis, Mars verenda & eorum succedentia, Sol humeros, Venus caput, Mercurius ventrem, Luna cor. ♎

In Scorpione, Saturnus cauillas, id est, talos, & eorũ succedentia, Iuppiter pedes, Mars caput, brachia & fœmora, Sol cor, Venus verenda & eorum succedentia, Mercurius dorsum, Luna ventrem. ♏

In Sagittario, Saturnus pedes, Iuppiter crura et caput, Mars pedes et manus, Sol ventrem, Venus fœmora et brachia, Mercurius verenda et cor, Luna dorsum. ♐

In Capricorno, Saturnus caput et pedes, Iuppiter genua et oculos, Mars crura et humeros, Sol dorsum, Venus fœmora et cor, Mercurius verenda et succedentia, Luna fœmora. ♑

In Aquario, Saturnus caput et collum, Iuppiter humeros, pectus et pedes, Mars cauillas et cor, Sol veren- ♒

da & eorum succedentia, Venus genua & eorum succedentia, Mercurius fœmora & cor, Luna verenda.

♓ *In Pisce, Saturnus humeros, brachia & collum, Iuppiter cor & caput, Mars cauillas & ventrem, Sol fœmora & eorum succedentia, Venus collum & dorsum, Mercurius crura & verenda, Luna fœmoralia.*

In priore capite signorum cum membris corporis cõsensum ostendit: in hoc verò vult indicare partes corporis, quas stellæ errantes per ipsa signa transeuntes afficiunt. Veluti si Saturnus positus in geniturę loco sexto, qui valetudini significat infirmitatem nato minitetur, tunc iuxta hanc rationem, si Saturnus sit in Ariete, pectus periclitabitur: si in ♉ vel ♊, venter: si in ♋, virilia & omnia eis succedentia, &c. Cuius rei ad maiorem vsus facilitatem in sequenti figura compendium subiecimus.

ARIES,	TAVRVS,	GEMINI,
♄ pectus	♄ venter	♄ venter
♃ venter	♃ dorsum	♃ verenda & quę succedunt
♂ caput	♂ collum	♂ Pectus & succedentia
☉ fœmora	☉ genua	☉ crura & tali
♀ pedes	♀ caput	♀ collum
☿ crura	☿ pedes	☿ caput
☽ genua	☽ crura	☽ fœmora

CAN-

CANCER,	LEO,	VIRGO,
♄ virilia & omnia eis ſuccedentia	♄ verenda & eis ſuccedentia	♄ pedes
♃ fœmora	♃ fœmora & genua	♃ genua & eorũ ſuccedentia
♂ pectus	♂ venter	♂ venter
☉ pedes	☉ caput	☉ collum
♀ brachia & humeri	♀ cor	♀ venter
☿ oculi & guttur	☿ humeri & guttur	☿ cor
☽ caput	☽ collum	☽ humeri

LIBRA,	SCORPIVS,	SAGITTARIVS,
♄ genua & eorũ ſuccedentia	♄ tali & eorum ſuccedentia	♄ pedes
♃ oculi & eorum ſuccedentia	♃ pedes	♃ crura & caput
♂ verenda & eorum ſuccedentia	♂ caput, brachia & fœmora	♂ pedes & manus
☉ humeri	☉ cor	☉ venter
♀ caput	♀ verenda & eorum ſuccedentia	♀ fœmora & brachia
☿ venter	☿ dorſum	☿ verenda & cor
☽ cor	☽ venter	☽ dorſum

CAPRICORNVS,	AQVARIVS,	PISCES.
♄ caput & pedes	♄ caput & collum	♄ humeri, brachia & collum
♃ genua & oculi	♄ humeri, pectus & pedes	♃ cor & caput
♂ crura & humeri	♂ cauillæ & cor	♂ cauillæ & venter
☉ dorsum	☉ verenda & eorum succedentia	☉ fœmora & eorum succedentia
♀ fœmora & cor	♀ genua & eorum succedentia	♀ collum & dorsum
☿ verenda & eorum succedentia	☿ fœmora & cor	☿ crura & verenda
☽ fœmora	☽ verenda	☽ fœmoralia

Huius diuisionis, qua planetis per vniuersa signa euntibus partes hominis distribuuntur, huiusmodi rationem esse apparet. Vnicuique planetarum domum suam, quæ post Arietem εἰς τὰ ἑπόμενα primum occurrit, lustranti tribuitur prima pars hominis, nimirum caput. Quòd si idem eat per signum domui illi εἰς τὰ ἑπόμενα proximum, secundam quoque & capiti proximam partem humani corporis, hoc est, collum afficiet, & similiter per signa dehinc consequentia iter faciens, consequentes quoque corporis humani partes, quarum ordo suprà est expositus, curandas suscipiet. Exempli gratia: Capricornus cùm sit domus Saturni, & quidem quæ facta supputatione ab Ariete in consequentia signa primò occurrit, idcirco Saturnus in ♄ positus caput curabit, in Aquario signo Capricornum proximè sequenti, partem capiti proximam, nempe collum, in Piscibus humeros & brachia, in Ariete pectus: atque tali ordine in signis sequentibus consequentes humani corporis partes assequetur. Neque verò saltem duodenis signiferi signis & septem planetis, sed & duodecim cœli stationibus infrà describendis partes humani corporis planè simili ratione nonnulli distribuere consueuerunt,

sueuerunt, atque sicut Arietem inter signa primum, ita horoscopum duodecim locorum primum, primam partem corporis, nẽpe caput occupare volũt. Qua ratione loco secundo, pars corporis secũda, collũ scilicet, & similiter reliquis sequẽtibus locis reliquæ sequentes corporis partes attribuuntur. Id verò deductum esse videtur ex Centiloquij enunciato 74. cuius verba hęc sunt: πᾶς ὁ ἔχων ἀρ σ ὡροσκοποῦντα, ἐξῆ πάντως ὁ ἄλλος τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, id est: Quicunque Martem ascendentem habet, [redacted]. Quapropter quod horoscopus prima natalitiæ figuræ domus in capite prima parte corporis potest, id iuris quoque domum secundam in collo parte corporis secunda, & domus sequentes in partibus sequentibus consequi atque exercere, iudicatum esse arbitror. Hæ sunt rationes, quibus plerosque astrologos, vt loca morborum vitiorumque, quæ à stellis decernuntur, deprehendant & pronuncient, insistere videmus. Sed Ptolemæũ paulò aliter sentire, atq; à grauioribus causis de futurorũ morborũ vitiorũq; locis & qualitatibus coniecturã facere, satis cõstare nobis potest ex suis verbis, quæ extant lib. Apotelesm. 3. capite de vitijs & morbis corporis. ἐνταῦθα μὲν, inquit, πρὸς τὸν καθόλου διάληψιν, ἀποβλέπομεν δεῖ πρὸς τὰ τοῦ ὁρίζοντος δύο κέντρα, τοῦτεστι, τὸ ἀνατολικὸν καὶ τὸ δυτικὸν: μάλιστα δὲ πρός τε τὸ δυτικὸν αὐτὸ καὶ πρὸς τὸ ἡγούμενον, ὅ ἐστιν ἀστρωδέστερον τῷ ἀνατολικῷ κέντρῳ καὶ πρατικεῖν τοὺς κακοποιοὺς τῶν ἀστέρων, πῶς ἐχηματισμένοι πρὸς αὐτὸ τυγχάνουσιν. ἐὰν γὰρ πρὸς τὰς ἐπαναφερομένας μοίρας τῶ εἰρημένων τόπων ὦσιν ἐστῶτες ἤτοι σωματικῶς ἤτοι τετραγωνικῶς ἢ καὶ κατὰ διάμετρον: ἤτοι ὁποτέρος αὐτῶν ἢ καὶ ἀμφότεροι: σύνοικοι καὶ πάθει σωματικῶ ἐπὶ τοὺς γενομένους ὑποκείσθω, μάλιστα δ' ἂν καὶ τῶν φωτῶν ἤτοι τὸ ἕτερον, ἢ καὶ ἀμφότερα κεκεντρωμένα κατ' ὃν εἰρήκαμεν τόπον τυγχάνει ἅμα, ἢ καὶ κατὰ διάμετρον, τότε γὰρ οὐ μόνον ἐὰν ἐπαναφέρηται εἰς τῶν κακοποιῶν ἀλλὰ κἂν προαναφέρηται τῶν φωτῶν αὐτὸς κεκεντρωμένος, ἱκανός ἐστι διατιθέναι τι τῶν ἐκκειμένων, ὁποῖον ἂν ὦσι τε τοῦ ὁρίζοντος τόποι καὶ οἱ τῶν ζωδίων ὑποφαίνουσι σύνοικοι ἢ πάθος, καὶ αἱ ἀστέρων φύσεις τῶν τε κακούντων καὶ τῶν κακουμένων, καὶ ἐπὶ τῶν συνχηματιζομένων αὐτοῖς. τά τε γὰρ μέρη τῶν ζωδίων ἐκφέρει τὰ συνέχοντα τὸ ἀδικούμενον μέρος τοῦ ὁρίζοντος, δηλώσει τὸ μέρος τοῦ σώματος

τος, καὶ ὁ ἕσαυτὸ αἴτιον, καὶ κατόρθον σίνος ἢ πάθος, ἢ καὶ ἀμφότερα τὸ δηλούμενον μέρος ἐπιδέξασθαι δυνάται: αἴ τε τῶν ἀστέρων φύσεις τὰ εἴδη καὶ τὰς αἰτίας τῶν συμπτωμάτων. ἐπειδὴ τῶν κυριωτάτων τοῦ ἀνθρώπου μερῶν ὁ μὲν τοῦ ♄ κύριος ὄσιν ἀκοῶν τε δεξιῶν καὶ νεφρῶν, καὶ πλεύμονος, καὶ φλεγμάτων, καὶ ὀστῶν. ὁ δὲ τοῦ διὸς ἁφῆς τε καὶ πνεύμονος καὶ ἀρτηριῶν καὶ σπέρματος. ὁ δὲ τοῦ ♂ ἀκοῶν εὐωνύμων καὶ νεφρῶν καὶ φλεβῶν ☾ μορίων. ὁ δὲ ☉ ὁράσεως ☾ ἐγκεφάλου ☾ καρδίας καὶ νεύρων, ☾ τῶν δεξιῶν πάντων. ὁ δὲ ♀ ὀσφρήσεως ☾ ἥπατος, ☾ σαρκῶν. ὁ δὲ τοῦ ☿, λόγου ☾ διανοίας ☾ γλώσσης ☾ χολῆς ☾ ἕδρας. ἡ δὲ ☽ γεύσεώς τε ☾ καταπόσεως ☾ στομάχου ☾ κοιλίας ☾ μήτρας ☾ τῶν εὐωνύμων πάντων, id est: Hoc in loco, vt vniuersalem regulam percipiamus, contemplari oportet duos cardines finitoris, quorum videlicet alter est in ortu, alter in occasu: sed si præcipuè considerandus est is, qui est in occasu, & locus antecedens, qui prorsus non est copulatus ascendenti. Postea obseruandum est, quomodo malefici planetæ ea loca aspiciant. Nam si maleficæ ad partes dictis locis succedentes constiterint corpore aut radijs tetragonis, oppositisúe, siue vtræque maleficæ, siue harum altera, vitia & morbos nato infligunt. Maximè verò euidentes erunt hi effectus, quando luminarium vel alterum vel vtrumque in centris ita, vt diximus, situm est, vt vel vna sint, vel ex aduerso. Tunc enim non solùm si succedat maleficorum quispiam, verùm etiam si præcedat luminaria, dummodo ipse angulum ad vnguem teneat, potest læsionem morbumúe inferre, qualem videlicet morbum vel læsionem & locus finitoris, & natura signorum, & natura ipsorum vel maleficorum vel affectorum siderum, & denique natura stellarum illis configuratarum insinuauerint. Partes enim cuiuslibet signi loco finitoris affecto circumfusæ, significabunt corporis partem laboraturam, & vtrùm pars offensa læsionem recepturа sit an morbum, an potius vtrumque. Astrorum verò naturę horum euentuum genera & causas aperiunt. Nam ex potissimis partibus hominis præest Saturnus quidem auditui dextro, vesicæ, spleni, pituitæ & ossibus: Iuppiter tactui, pulmoni, arterijs & semini. Mars habet auditum sinistrum, renes, venas ac pudenda: Sol visum, cerebrum, cor, neruos, & dextra omnia: Venus olfa-

olfactum, hepar & carnem: Mercurius sermonem, rationem, linguam, fel & sedem: Luna habet gustum, gulam, stomachum, ventriculum, vuluam & sinistra omnia.

In hoc textu quatuor insignia capita diligenter obseruanda perfectè nobis ostendit Ptolemæus. Primò enim declarat materiam seu subiecta, quibus lęsiones morbique imprimi solent, nempe domum septimam, inde primam, deinde sextam, quæ horoscopo inconiuncta est. Rationi autem consentaneum est, atque obseruatum esse dicit Cardanus, primam & septimam τὰ σίνη vitia, sextam verò τὰ πάθη, id est, morbos suscipere. Secundò describit talium pestium causas effectrices, nempe maleficorum corpora, & hosticos radios eorundem. Quum itaque hæ causæ cum subiecta materia concurrunt, natorum corpora multipliciter offendunt: pręsertim verò si luminaria simul prehendant, vel opposita radiatione, aut etiam quadrata pulsent. Tertiò docet id, de quo principaliter hoc loco agimus, nempe naturam & qualitatem ęgritudinum eruendam esse ex quatuor potissimum circunstantijs. Primò ex finitoris seu locorum mundi natura, nempe domus primæ vel septimæ, sextæ vel duodecimæ, has enim morbos, illas verò vitia seu lęsiones plerunque ostendere paulò antè dicebamus. Inde ex natura duplici locorum in signifero, nempe à siderum imaginibus, quas μορφώματα vocant, & à dodecatemorijs, quę ab intersectione vernali numerantur. Deinde ex natura ipsorum vel maleficorum vel affectorum siderum. Ad extremum ex natura stellarum illis configuratarum. Cæterùm partes cuiuslibet signi locis affectis circũfusæ corporis partes laboraturas extrinsecus declarant, veluti ♈ caput, ♉ collum, reliquaq; signa sequentia partes corporis humani reliquas iuxta superiorem distributionem indicant. Per membra autem à planetis significata intelligit scriptor humores & membra interiora, quemadmodum ea singulis stellis in textu Ptolemæi distribuuntur. Haly arbitratur Ptolemæum per partes signorum intelligere planetarum fines seu terminos, qui in horizonte orientali vel in centro domus septimæ versantur. Veluti si pars horoscopans affecta, sit terminus Iouis, is quoniam arterias & pulmones significat, ob

id pulmonibus & arterijs malum portendit. Pulchrè quidem hęc ille ἀλλὰ ἐκτὸς ὁδὸν dicit, minimeque satisfacit verbis Ptolemæi, quæ non de finibus, sed de naturis maleficorum affectorumque siderum loquuntur. Præterea Ptolemęus tribuit hanc vim afficiendi membra etiam luminaribus, quæ non habent terminos, sed loco finium integra signa complectuntur. Vnde facile apparet, quòd aliud planetas & aliud signorum partes terminosque significare voluerit. Quartò & ad extremum ex hoc textu notare debemus, quæ partes corporis humani quibus planetis principaliter consentiant, hoc enim rectè cognouisse ad dijudicationem futurorum morborum vehementissimè proficit, siquidem vitiatur aut morbidum efficitur illud membrum, cui in satiõe aut genitura planeta afflictus dominatur: veluti oculus dexter vel sinister aut vterque afficitur, cùm luminaria malè disposita fuerint. Sic aurium dentiumque ægritudines comitantur Saturni afflictionem. Et Venus malè posita vasa seminaria corrumpit, atq; ob id infœcundos, impotentes ad Venerem & hecticos efficit. Mercurius afflictus linguæ sermonisq; vsum adimit, similiter pectus aut pulmonem vitiatum aut iecur, aut splenẽ, aut cor, aut aliquid ex intestinis corruptum deprehendimus. Porro in distributione, qua planetis interiora membra diuiduntur, Cardanus à Ptolemæo nonnihil dissentit, atque hic potius rationi & experimento quàm autoritati ipsius adhęrendum esse putat. Quatenùs verò dissentiant, ex collatione vtriusq; distributionum, quas veluti in tabella hic subijciam, facilè estimabis.

♄ habet autore

Ptolemæo	Cardano
Auditum dextrum	Auditum dextrum
Veſicam	Veſicam
Splenem	Splenem
Pituitam & oſſa	Melãcholiam & pituitam crudam non naturalem
	Chartilagines & ligamenta.

⊙ autore

Ptolemæo	Cardano
Viſum	Oculũ dextrũ
Cerebrum	Cor
Cor	Arterias & ſanguinem in arterijs cõtentum.
Neruos & dextra omnia.	

♀ autore

Ptolemæo	Cardano
Olfactum	Olfactum
Hepar	Guſtum
Carnem	Semen
	Vaſa ſeminaria
	Pudẽda vtriuſque ſexus
	Ventriculum

♃ autore

Ptolemęo	Cardano
Tactum	Tactum
Pulmonem	Pulmonem
Arterias & ſemen	Sanguinem Iecur & carnem.

♂ autore

Ptolemęo	Cardano
Auditum ſiniſtrum	Auditum ſiniſtrum
Renes	Renes
Venas ac pudenda.	Fel
	Bilem
	Inteſtina & ſedem.

☿ autore

Ptolemæo	Cardano
Sermonem	Neruos
Mentem	mentem
Rationem	Rationem
Linguam	memoriam
Fel	Digitos
Sedem	Spiritum.

☾ autore

Ptolemæo	Cardano
Guſtum	Cerebrum
Gulam	Oculum ſiniſtrum &
Stomachũ	Pituitam naturalem.
Vuluam & ſiniſtra omnia	Et quando eſt

plena luminibus, ſignificat pituitam multam, inſipidam & dulcem: & ſi commiſceatur Saturno, acidam: Sed vacua luminibus, paucam. Ideo ſi mars commiſceatur, facilè amareſcit vel fit ſalſa, paucum enim à leui cauſa inficitur.

Hic notandum, pleraque membra à duobus vel tribus Planetis gubernari: vt Cerebrum ratione substantiæ à Luna, ratione arteriarum à Sole, & denique ratione spiritus & facultatum à Mercurio. Atque hactenus naturales locorum cœli proprietates, atque eorundem tam cum cœlestibus, quàm inferioribus corporibus ζωοποιέωσιν & συμπάθειαν exposuimus. Sequentes exiliores locorum proprietates exceptis antiscijs, cùm à Ptolemæo tanquàm curiosæ & physicis rationibus carentes relictæ & contemptæ sint, nobis quoq; meritò suspectæ esse debent.

DE GRADIBVS SIGNORVM masculinis & fœmininis.

Sunt quoque in vnoquoque signo gradus, qui propriè dicuntur masculini atque fœminini. Nam ab initio Arietis vsque in VIII. *gradum, dicuntur esse masculini, & ab* VIII. *in* IX. *fœminini, & à* IX. *in* XV. *masculini, & à* XV. *vsq; in* XXII. *fœminini: et à* XXII. *vsque in finem Arietis masculini. Et hoc modo depingimus tabulam, vt leuius reddatur opus Deo auxiliante.*

Aries

masculi	8	8
fœmini	1	9
masculi	6	15
fœmini	7	22
masculi	8	30

Leo

masculi	5	5
fœmini	3	8
masculi	7	15
fœmini	8	23
masculi	7	30

Sagittarius

masculi	2	2
fœmini	3	5
masculi	7	12
fœmini	12	24
masculi	6	30

Taurus

fœmini	5	5
masculi	6	11
fœmini	6	17
masculi	4	21
fœmini	3	24
masculi	6	30

Virgo

fœmini	8	8
masculi	4	12
fœmini	8	20
masculi	10	30

Capricornus

masculi	11	11
fœmini	8	19
masculi	11	30

Gemini

fœmini	5	5
mascuſi	11	16
fœmini	6	22
mascuſi	4	26
fœmini	4	30

Libra

mascuſi	5	5
fœmini	10	15
mascuſi	5	20
fœmini	7	27
mascuſi	3	30

Aquarius

mascuſi	5	5
fœmini	10	15
mascuſi	6	21
fœmini	4	25
mascuſi	2	27
fœmini	3	30

Cancer

mascuſi	2	2
fœmini	6	8
mascuſi	2	10
fœmini	2	12
mascuſi	11	23
fœmini	4	27
mascuſi	3	30

Scorpius

mascuſi	4	4
fœmini	10	14
mascuſi	3	17
fœmini	8	25
mascuſi	5	30

Piſces

mascuſi	10	10
fœmini	10	20
mascuſi	3	23
fœmini	5	28
mascuſi	2	30

Ptolemęus ſexum non in partibus, ſed in integris ſignis quę rit: iuxta cuius ſententiam ♈ & ♎ ſigna mascuſina ſunt & diurna, à quibus cõtinua ſerie mascuſinis fœminina ſubijciũtur. Veluti ♈ mascuſinum eſt, ♉ fœmininum, ♊ mascuſinum, ♋ fœmininum, ♌ mascuſinum, ♍ fœmininum, & ſic deinceps ad finem ſigniferi.

DE GRADIBVS LVCIDIS, TENEbroſis, fumoſis & vacuis.

E in vnoquoque iſtorum ſignorum ſunt gradus qui dicuntur lucidi, & gradus qui dicuntur tenebroſi, & gradus qui dicuntur fumoſi, et gradus qui vocantur vacui. Dicunt enim quidam, quòd ab initio Arietis vſque in tertium gradum ſunt tenebroſi, & à tertio in VIII. *lucidi, & ab* VIII. *in* XVI. *tenebroſi, et à* XVI. *in* XX. *lucidi, et à* XX. *vſque ad* XXIIII. *vacui, et à*

XXIIII. *vsque in* XXIX. *lucidi, et à* XXIX. *in finem Arietis vacui: de quibus faciemus tabulam si Deus voluerit.*

Aries

tene	3	3
lucidi	5	8
tene	8	16
lucidi	4	20
vacui	4	24
lucidi	5	29
vacui	1	30

Leo

tene	10	10
fumosi	10	20
vacui	5	25
lucidi	5	30

Sagittarius

lucidi	9	9
tene	3	12
lucidi	7	19
fumosi	4	23
lucidi	7	30

Taurus

tene	3	3
lucidi	4	7
vacui	5	12
lucidi	3	15
vacui	5	20
lucidi	8	28
tene	2	30

Virgo

tene	5	5
lucidi	3	8
vacui	2	10
lucidi	6	16
fumosi	6	22
vacui	5	27
tene	3	30

Capricornus

tene	7	7
lucidi	3	10
fumosi	5	15
lucidi	4	19
tene	3	22
vacui	3	25
tene	5	30

Gemini

lucidi	4	4
tene	3	7
lucidi	5	12
vacui	4	16
lucidi	6	22
tene	5	27
vacui	3	30

Libra

lucidi	5	5
tene	5	10
lucidi	8	18
tene	3	21
lucidi	6	27
vacui	3	30

Aquarius

fumosi	4	4
lucidi	5	9
tene	4	13
lucidi	8	21
vacui	4	25
lucidi	5	30

Cancer

Cancer			Scorpius			Pisces		
lucidi	12	12	tene	3	3	tene	6	6
tene	12	14	lucidi	5	8	lucidi	6	12
vacui	4	18	vacui	6	14	tene	6	18
fumosi	2	20	lucidi	6	20	lucidi	4	22
lucidi	8	28	fumosi	2	22	vacui	3	25
vacui	2	30	vacui	5	27	lucidi	3	28
			tene	3	30	tene	2	30

DE GRADIBVS putealibus.

Et in signis sunt quidam gradus, qui vocantur putei. Cùm fuerit planeta in aliquo eorum, dicitur esse in puteo, vt est sextus gradus Arietis & cætera, vt in hac tabula sequenti ostendetur.

♈	6	11	16	23	29			♎	1	7	20	30		
♉	5	12		24	25			♏	9	10	22	23	27	
♊	2	12	17	26	30			♐	7	12	15	24	27	30
♋	12	17	23	26	30			♑	2	7	17	22	24	28
♌	6	13	15	22	23	28		♒	1	12	17	22	24	29
♍	8	13	16	21	25			♓	4	9	24	27	28	

Lucida, tenebrosa, fumosa, vacua, putrida & talia loca à presentia vel absentia lucidarum stellarum appellationes sumpsisse arbitror: quæ cùm per motum octaui & noni orbis subinde in alia loca transeant, propè est iudicare, quantum momenti habere possint in iudicijs, si ad tales dodecatemoriorum partitiones, & non ad sphæram octauam accommodentur.

DE GRADIBVS AZEMENA, id est, debilitatis corporis.

Et sunt in signis quidam gradus, qui dicuntur gradus azemena, id est, gradus debilitatis corporis. Est enim azemena quædam debilitatio corporis temporalis, vt

ſurditas, cæcitas, membri amiſsio, & cætera talia, quæ quamdiu vixerit homo ſemper habebit, niſi miraculoſe ſanetur. Cùm ergo fuerit Luna in his gradibus in natiuitate alicuius pueri, accidet ei prædicta azemena ſecũdũ ſignificationem loci & aſpectus ſeu loca planetarum. Significatur quoque azemena per aſtra diuerſis modis, ſicut in libris natiuitatum inuenies. Gradus autem azemenæ ſunt hi, qui deſcribuntur hac in tabula.

In ♉	6	7	8	9	10			In ♐	1	7	8	18	19
In ♋	9	10	11	12	13	14	15	In ♑	20	27	28	29	
In ♌	18	27	28					In ♒	18	19			
In ♏	19	29											

Vox azemena Arabibus idem ſignificat quod græcis τὸ σῖνον, id eſt, vitium ſeu læſio & non morbus: hęc enim teſte Ptolemęo ſeparata ſunt. τὸ μὲν γὰρ σῖνον, inquit, ἅπαξ διατίθεται καὶ μὴ διατείνοντα ἔχει ἀλγηδόνα· τὸ δὲ πάθος ἤτοι συνεχῶς ἢ ἐπιληπτικῶς τοῖς πάσχουσιν ἐπιστήσει, hoc eſt: vitium quidem ſemel infligitur atque ſemel corrumpit membrum aliquod, nec in poſterum adfert cruciatus intenſionem, vt ſunt cæcitas, ſurditas, claudicationes & talia, quæ inflicta initio dolorem adferunt, ſed poſtea nequaquam. Morbus verò vel continuos vel reciprocos cruciatus corpori adfert: ſunt enim duo genera morborum, quorum reciproci ſunt qui & diſcedunt & per interualla redeunt, vt ſunt aſthma, comitialis, podagra: non reciproci, vt febres πλευρίτις, γαστερία, dyſenteria, ſtranguria & ſimiles, quorum omnium ea eſt natura, vt à corpore poſsint ſeparari, & dũ præſentes adſunt, continenter corpora excrucient. Econtrariò vitia inſeparabilia ſunt, & poſt initium non affligunt. Talia dicuntur hic affici, cùm pars azemena in cardinem aſcendentis inciderit: præſertim, ſi Luna eidem aut domino ſigni horoſcopantis coniuncta fuerit, & quidem in eo membro naſcentis, quod eidem ſigno ſubijciitur.

citur. Item si in genitura alicuius in gradu azemena reperiatur Sol, erit vitium in oculo dextro: si Luna, sinistro. Sed de causis vitia & morbos efficientibus Ptolemęum consulendum atque audiendum suadeo.

DE GRADIBVS AVGMENTANtibus fortunam.

Et in hoc circulo sunt quidam gradus, qui dicuntur augentes fortunam, qui in ista tabula descripti sunt.

♈	19					♎	3	5	21	
♉	3	15				♏	7	18	20	
♊	11					♐	13	20		
♋	1	2	3	4	15	♑	12	13	14	20
♌	2	5	7	19		♒	7	16	17	20
♍	3	14	20			♓	13	20		

Hali dicit gradus augmentãtes fortunam esse eos, in quibus extolluntur fortunæ & luminaria, veluti par. 19. Arietis, par. 3. Tauri, par. 27. Piscium, quamuis tabella autoris habeat part. 20. ♓: & eos in quibus fines vtriusq; beneficę iunguntur: veluti par. 13 Sagittarij, & par. 13. Piscium: & eos qui sunt termini fortunarum, & denique eos quibus stellæ fixæ de natura beneficorum connexæ sunt. Sed illud magis Ptolemæi doctrinæ conuenire videtur, vt illas partes in quibus fines vtriusque beneficæ iunguntur, & quasi suas naturas commiscent, iudicemus esse fœlicissimas. Veluti principium septimæ partis Arietis est initium termini Veneris, & finis termini Iouis, pariter ad vnguem habentur partes infœlices, in quibus fines maleficæ vtriusque cohærent, vt patet in sequentibus descriptionibus, quarum prior ex terminis Ptolemæi, posterior ex terminis Aegyptiorum deducta est.

Fœlices		Infœlices		Fœlices		Infœlices	
♈	7	♈	26	♈	7.	♈	25
♊	15	♉	26	♊	13	♉	27
♌	20	♊	25	♌	7	♊	24
♍	14	♍	24	♍	18	♍	28
♎	12	♐	25	♎	22	♐	26
♏	15	♑	25	♐	13	♑	26
♐	9	♓	26	♑	15	♓	28
♒	21			♒	14		
♓	9			♓	13		

DE GRADIBVS COMPOtentibus.

Et duo gradus, qui fuerint vnius longitudinis à capite signorum mobilium, dicuntur compotentes, id est, vnius fortitudinis, & consortes seu participes in virtute, vt XX. gradus Capricorni vel Cancri cum X. gradu Sagittarij vel Geminorum, & XX. gradus Arietis vel Libræ cum X. gradu Piscium vel Virginis.

Partes æqualiter à quatuor punctis cardinalibus remotas, generaliter vulgo gradus compotentes, seu gradus consortes eiusdemque potentiæ, græci τὰ ἀντίσοια μέρη nominare consueuerunt. Hæc à Ptolemæo ita distincta sunt, vt partes vtrinque à punctis tropicis ęqualiter remotæ, βλέποντες καὶ ἰσόδυναμοῦντες, id est, intuentes idemque potentes: partes verò à punctis æquinoctiorum pariter recedentes, προσάγοντες καὶ ἀκόλουθοντες, id est, imperantes & obedientes propriè & eruditè appellentur.

Verba Ptolemæi de imperantibus & obedientibus locis hæc sunt:

ſunt: προσάσοντα καὶ ἀκόντα λέγοντῃ τμήματα τὰ κατ' ἴσλω διάσασιν ἀφ' τοῦ αὐτοῦ ἢ τῶν ὁποτέρου τῶν ἰσημερινῶν σημείων ἀναφερόμενα, διὰ τὸ ἐν τοῖς ἴσοις χρόνοις ἀναφέρεσθαι τὸν ἥλιον πρὸς ἄλλήλων. τούτων δὲ τὰ μὲν ἐν τοῦ θερινοῦ ἡμικυκλίου προσάσοντα καλεῖται, τὰ δὲ ἐν τοῦ χειμερινοῦ ὑπακόντα: διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνο μὴ γινόμενον τὸν ☉ μείζονα ποιεῖν τὰς νυκτὸς τῆς ἡμέρας, κατὰ τοῦτο δὲ ἐκ- λάτταω: id eſt, Imperantia & obedientia loca dicuntur, quæ æquali ſpacio ſeu ab vno, ſeu ab vtroque punctorũ æquinoctialium diſtant, idque eò, quòd æquali ſpacio temporis peroriuntur, eoſdemq; circulos parallelos deſcribant. Cæterùm quæ in eſtiua Sphæræ parte ſunt, imperantia, quæ in hyberna medietate exiſtunt, obedientia nominãtur, quia Sol illic dies, hic verò noctes longiores facit. In hoc textu vtrunque nos docet Ptolemæus, & cauſas familiaritatis inter loca imperantia obedientiaque, & cur hæc illis ſubiecta ſint. Cauſarum familiaritatis vnã dicit eſſe, quòd talia loca ęqualibus interuallis à punctis æquinoctiorum diſtantia æquales habeant anaphoras ſeu aſcenſiones, vt vocant, id quod clarum & notum eſt ex primis inſtitutionibus Sphæricis, & vſus tabellæ anaphorarum infrà à nobis deſcriptæ idem facilè indicat. Veluti in noſtra, hoc eſt, vrbis Agrippinæ poli altitudine, quæ eſt part. 51. vtrumque dodecatemorium, ♈ videlicet & ♓, cùm æqualiter ab interſectione vernali recedat, in exortu ſuo trahit ſecũ de æquinoctiali par. 13 ſc. 21. quæ conuerſa in tempus efficiunt hor. 0. ſcrup. 57. Sic ♉ & ♒ ęqualiter peroriuntur cum par. 17. ſc. 25. hoc eſt, hora tẽporis vna, & ſc. 14. Eodẽ modo de reliquis dodecatemorijs ęqualiter ab interſectione ſeu verna, ſeu autũnali remotis iudicare debemus. Alterã cauſam ſocietatis inter dictas partes eſſe ait, quòd æquales deſcribant parallelos circulos, id quod pari facilitate conflat. Nam ſi capiantur puncta quatuor ab ęquinoctialis interſectione vtrinque ęiparibus interuallis remota, lineæ aſſumpta puncta connectentes futuræ ſunt cùm inter ſe ęquales, tum verò à diametro eclipticæ ęqualibus ſpacijs amotæ, eidem æqui diſtabunt per 14. tertij elementorum Euclidis, atque ad vnam mũdi reuolutionem delineabunt parallelos circulos inter ſeſe omninò ęquales. Sed cur loca ſeptentrionalia potiora nobilio-

libr. 1. cap. 10. πρὸς ἀσόν-τῶν ☉ ἀκόντων.

raque ſunt meridionalibus? Reſpondet, quum dies nocte ſit nobilior atque ad agendum accommodatior, ob id loca ſigniferi quæ incrementum dierum adferunt, imperantia, reliqua verò in quibus diurna lux diurnis ſuperatur tenebris, obedientia haud immeritò vocari. Itaque Aries imperat, potiorque eſt Piſcibus, & Taurus Aquario, & reliqua reliquis, quæ in tabella ſequenti deſcripſimus.

Imperantia	♈	♉	♊	♋	♌	♍
Obedientia	♓	♒	♑	♐	♏	♎

Sed non tantùm integra dodecatemoria, verùm etiam alias minutas cœli partes, per προσάοντα, καὶ ἀκόντα τμήματα nobis indicare voluit Ptolemęus. Veluti prima pars Arietis, & vltima Piſcium, ſecunda pars Arietis, & penultima Piſcium: Item decima pars Arietis, & vigeſima prima Piſcium, vigeſima pars Tauri & vndecima Aquarij, ſicque deinceps reliquę cum reliquis, quę ęqualiter ab interſectione verna vel autumnali remouentur mutuò ſibi ius dicunt & obediunt. Nam talē talium partium conſociationem aut ab Ariete & Piſcibus, aut à Virgine & Libra rectè inchoare poterimus: quod vt manifeſtiùs intelligeres, etiam figuram huius rei ſubiecimus.

Intuen-



Intuëtia verò eiusdēq; potētiæ loca Ptolemęus nobis descripsit his verbis: ἰσοδυναμεῖν φασὶν ἀλλήλοις μέρη, τὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁποτέρου τῶν τροπικῶν σημείων ὂν ἴσον ἀφεστῶτα, ἤγουν ὂν καθ' ἑκατέρου αὐτῶν τοῦ ☉ γινομένου, τάς τε ἡμέρας ταῖς ἡμέραις καὶ τὰς νύκτας ταῖς νυξὶ, καὶ τὰ διαστήματα τῶν οἰκείων ὡρῶν ἰσόχρονα ἀποτελεῖσθαι. ταῦτα δὲ καὶ βλέποντα ἄλληλα λέγεται, διά τε τὰ προδεδηλωμένα, καὶ ἐπειδήπερ ἑκάτερον αὐτῶν ἔν τε τῶν αὐτῶν μέρων τοῦ ὁρίζοντος ἀνατέλλει, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταδύεται, hoc est: Eiusdē potentiæ dicunt esse partes, quæ æquali spacio distant, seu ab vno seu ab

Lib. 1. cap. περὶ βλεπόντων καὶ ἰσοδυναμούντων

vtroque puncto tropico, propterea quòd Sole per illas partes discurrente dies diebus, noctesque noctibus, & horæ denique horis æqualia efficiantur. Hæ verò & intuere sese mutuò dicuntur, cùm ob eas causas quas modò diximus, tum verò, quòd vtraque ab iisdem partibus oriantur & occidant. Quibus ex verbis tres patent causæ, propter quas partes æqualiter à tropicis punctis remotæ sese intuentes æqualem consequuntur potentiam. Prima est, quòd æqualitatem dierum noctiumque faciant: secunda, quòd tempora horarum æqualia custodiant: tertia, quòd in vno eodemque loco finientis perpetuò oriantur occidantque. Exempli gratia, Sole per part. 27. Cancri eunte, tantum spacium lucis tenebrarumq; efficitur, quantum fit eodem Sole per quartam partem Geminorum incedente, idque in quouis sphæræ situ. Similiter horæ temporales infrà explicandæ, partis 27. Cantri tam diurnæ quàm nocturnæ horis temporalibus quartæ partis Geminorum diurnis nocturnisq; sunt æquales. Denique Sole siue in p. 27. Cancri, siue in p. 4. Geminorum posito, in vno eodemque puncto finientis exoritur & occidit, siquidem dicta puncta in vno eodemque circulo parallelo constituuntur. Iam quod reliquum est, intuentia eiusdemque potentiæ signa in tabella spectanda proponimus.

Intuentia	♋	♌	♍	♎	♏	♐
	♊	♉	♈	♓	♒	♑

Id verò quòd paulò antè in tractatione imperantium & obedientium locorum admonebamus, idem hic repetimus, nempe omnia ista quæ de integrorum dodecatemoriorum æquipollentia dicuntur, non tam ad ipsa dodecatemoria, quàm ad partes partiumque scrupula esse referenda, cuius rei grammaticam ἀπόδειξιν oculis subiecimus.

ἀπόδειξιν

τὰ ἰσοδυναμοῦντα μέρη.



Ac antiscia quidem locorum signiferi ad hunc modum quem designauimus, sese habent. Ad vsus autem facilitatē, vtq; omnis soluatur obscuritas, describemus deinceps partium scrupulorumq; tabulam, ex qua cùm imperantes obtemperantesq;, tum verò sese mutuò intuentes signorū partes partiūq; scrupula facilimè depromuntur. Exempli gratia, si Saturnus sit in part. 20. sc. 10. Arietis, sitq; eius loci pars tam obediens quàm intuens seu æquipollens inuenienda, primò ex prioribus descriptionibus signorū perspicuū est, signū Arietis imperare signo Pisciū,

cum-

eundemq; Arietem intueri Virginē. Iam porro vt partes quoq; partibus, in quibus cōmoratur Saturnus, correspōdentes cognoscas, intra primò cum p.20. in tabulā sequentē partiū, & è regione p.20. reperies scriptas p.11. Mox etiā scrupula 10. mittas in tabellā scrupulorū, & offerent se sc. 51. Pronūciabis itaq; ♄ in p.20. sc.10. ♈ imperare p.11. sc.51. ♐, intueri verò p.11. sc.51. ♍. Nam cognita parte vnius, pars alterius nunq; ignorabitur, id quod est obseruatiōe dignissimū. Iulius Firmicus & autor opinantur in partem 30. dodecatemorij nullā partem proijcere antiscium, id quod veritati minimè consentaneū visum est. Quis enim est, qui nō intelligat, primi gradus Geminorū punctū mediū, tricesimi gradus Cancri mediū pene punctū respicere. Itaq; vna parte mota, paulò aliter quàm Firmicus partiū ἀντίσκια hic descripsi.

TABVLA ANTISCIORVM.

Partium.

1	30
2	29
3	28
4	27
5	26
6	25
7	24
8	23
9	22
10	21
11	20
12	19
13	18
14	17
15	16

Scrupulorum.

1	60	16	45
2	59	17	44
3	58	18	43
4	57	19	42
5	56	20	41
6	55	21	40
7	54	22	39
8	53	23	38
9	52	24	37
10	51	25	36
11	50	26	35
12	49	27	34
13	48	28	33
14	47	29	32
15	46	30	31

Hoc quoq; obseruare tenemur, bina signa imperantium obedientiumq;, nempe ♉ cum ♒, & ♌ cum ♏ dici odiose imperantia & obedientia, quòd prēter hoc copulationis testimonium quadrata radiatiōe sese mutuò percutiant. Simili ex causa duæ combinationes intuentiū, nempe ♉ cum ♌ & ♏ cū ♒ odiose sese contueri dicuntur, quod obseruasse plurimum ad πρωγνωστικὴν confert. [redacted]



[redacted]. Neq; verò id prætereundum est, intuentia & imperantia cum obedientibus esse potentiora, virtutemque suam longè latiùs diffundere iuxta ambo solsticia, vbi declinatio Solis admodum paulatim variatur, quàm circa æquinoctia, vbi declinatio subitò & celeriter augetur vel minuitur: Nam vt Plinius loquitur, positio signiferi circa media sui obliquior est, iuxta solsticia verò rectior. Quapropter pars 10. Cancri etsi cum parte 21. ♊ præcise copulata sit, tamen cum parte eiusdem signi Geminorum decima, & multò magis cum reliquis intermedijs fermè conuenit. Nam talium punctorum parallelos circulos penè vnico saltem gradu distare, ex figuris antisciorum paulò antè à nobis delineatis æstimare licet. Econtrariò iuxta æquinoctia vbi paralleli singularum partium latè disiunguntur, nisi partes partibus respondeant, parũ possunt.

Est autem & inconiunctorum locorum manifestus in iudicijs vsus: quæ cùm ab autore plane relicta sint, idcirco eorum quoque definitiones & notas ex Ptolemæo adferemus, ne ali-

quod præceptum ad plenam artis cognitionem nanciscendam necessarium in his institutionibus desideretur. Verba Ptolemæi, quibus inconiuncta & aliena loca nobis exposuit, sunt hæc: ἀσυνδέτα καὶ ἀπηλλοτριωμένα καλεῖται τμήματα, ὅσα μηδένα λόγον ἁπλῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα τῶν καταλεγομένων οἰκειώσεων. ταῦτα δέ ἐστιν, ἃ μήτε τῶν προσαγόντων ἢ ἀκολούθων τυγχάνει, μήτε τῶν βλεπόντων ἢ ἰσοδυναμούντων. ἔτι δὲ καὶ τῶν τετραγώνων σχηματισμῶν, τό τε κατὰ διάμετρον, καὶ τὸ Δ, καὶ τὸ □, καὶ τὸ ἑξάγωνον, κατὰ τὸ παντελὲς ἀμέτοχα καταλαμβανόμενα, καὶ ἤτοι διὰ ἑνὸς ἢ δύο ἅπτε γινόμενα δωδεκατημορίων. ἐπειδήπερ τὰ μὴ δι' ἑνὸς ἀστέρος ἁπτόμενα ὥσπερ ἀλλήλων, καὶ δύο αὐτὰ ὄντα ἑνὸς τοῦ ἐχει γωνίαν. τὰ δὲ δύο ἅπτε εἰς ἄνισα διαιρεῖ τὸν ὅλον κύκλον τῶν ἄλλων σχηματισμῶν εἰς ἴσα τῶν τοῦ ἡμέτερον δυαίρεσιν ποιουμένων, hoc est: Ea verò loca, quæ nullam plane enumeratarum societatum habent rationem, inconiuncta & aliena nominantur. Ipsa verò sunt, quæ neque imperant neque obediunt, neque se intuentur, neque idem valent, neque vllam quatuor figurarum, quas suprà recensuimus, id est, non diametrum, non trigonum, non quandrangulũ, non hexangulum describunt, sed quæ vel secunda vel sexta numerantur. Nam duo signa continua auersa sunt à sese, & mutuo contactu vnum [illegible] quàm vllam figuram efficiunt. Illa verò quæ sexta numerantur, totum circulum in partes inæquales secant, cùm aliæ figuræ eum in partes æquales diuidant. Hæc Ptolemæus, quę vt recte intelligas, in promptu habere debes, nouem modos hactenus à nobis per capita expositos, quibus signiferi partes inter sese colligantur. Primo enim cohærent ea loca imperio, hoc est, cùm in duabus lineis æquinoctio parallelis extiterint. Secundo κατὰ τὴν ἰσοδυναμίαν, hoc est, cùm vnã eandemq; lineam æquinoctio parallelã terminauerint. Tertiò cùm per diametrũ disiũcta fuerint. Quarto si ex triangulo sese complectantur. Quinto si quadratam figuram faciant. Sexto denique si hexagono consocientur: quorum modorum tres posteriores cùm numerum duplicent, vt suprà capite de aspectibus ostensum est, efficiuntur nouem vincula, quibus vnusquisq; signiferi locus copulatur cum locis alijs, qualia in toto signifero duodecim reperiũtur. Quod cùm

Lib. 1. cap. περὶ ἀσυνδέτων

ita

ita,sit,duo saltem restabunt loca ἀσύνδετα,hoc est,ab omni copula exclusa.Aries,exempli gratia,cùm imperet ♈,& intueatur ♍,& denique copuletur radiatione diametra ♎,quadrata ♋ & ♑,triquetra ♌ & ♐,hexagona Geminis & Aquario, duo saltem facit reliqua signa ἀσύνδετα,id est,inconiuncta, nempe ♉ & ♏ quibus nullo plane vinculo cohæret:similiter de alijs omnibus signis mobilibus & communibus iudicandum est. Nam signa fixa cùm saltem octo alijs signis copulari queant, à quatuor aliis planè deseruntur.Id verò ideo accidit, quòd bina signa geminato vinculo sibi firmiùs connectentes duabus copulis priuentur.Veluti Taurus cum ♌,& Aquarius cum ♏ geminato vinculo,nempe intuitu & quadrangulo cohærent. Similiter ♉ cum ♏,& ♌ cum ♏ pręter quadratam radiationem imperiali potestate connectuntur.Hac de causa illa magno cum odio sese contuentia, & hæc non sine indignatione præcipientia & obediētia nominari paulò antè dicebamus.Illa ergo signa, quę nullo plane vinculo,qualia nouem iam exposuimus, signis alijs coniunguntur,nominat Ptolemæus ἀσύνδετα καὶ ἀπηλλοτριωμένα, id est, inconiuncta & aliena,qualia sunt, quæ vel secunda vel sexta numerantur. Nam secunda ad diuersas partes tortuose disiuncta,atque vnum saltem angulum conficientia, nullam figuram concludunt,neque ἐπ' εὐθείας sicut in diametro posita procedunt. Sexta verò nullam exactam mensuram seu partem,vt vocant, aliquotam signiferi definiunt.Verbi gratia, ab initio Geminorū ad principiū Scorpij sunt partes 150. quæ nō efficiunt partem totius signiferi aliquotam, quæ videlicet aliquoties collecta efficiat partes 360. ex quibus totus signifer cōponitur.Hinc liquet, alienorum signorum omnes plane partes esse inconiunctas. Hæc est causa inconiunctorum,restat vt modum eadem inueniendi tribus regulis exponamus.PRIMA: Signa fixa,nempe ♉ ♌ ♏ & ♒,singula quatuor inconiuncta obtinent, vnum proximè sequens,alterum proximè antecedens, & quæ vtrisque opponuntur, seu quę antè & retrò sexta à signis fixis esse deprehendūtur.Exempli gratia, ♉ disiungitur primò ab ♈ & ♊,q̄ sunt secūda à Tauro,atq; eundē Taurū alterū proximè sequit, alterū verò proximè pręcedit: Deinde à ♐ & ♎,q̄ sunt opposita illis secūdis,atq; sexta à ♉,si ad vnū per cōsequē-

tia ad alterum per antecedentia signa progrediamur. SECVNDA, signa mobilia, nempe ♈ ♋ ♎ & ♑ singula duo tantùm habent inconiuncta, succedens nimirum atque eidem succedenti oppositum, quod ipsum signum mobile sexto loco antecedit. Veluti Aries disiungitur primò à ♉, quod est secundum ab ipso, deinde à ♏, quod est Tauro oppositum & sextum ante Arietem. TERTIA, communia seu bicorpora signa, nempe ♊ ♍ ♐ & ♓ similiter duo tantùm signa inconiuncta inueniunt, nempe proximè antecedens, quod est ab ipso secundum & antecedenti oppositum, quod εἰς τὰ ἑξάμηνα sexto loca à communi distat. Vt signum ♊ habet inconiuncta primò signum Tauri, quod Geminorum signum proximè antecedit: deinde signũ Scorpij, quod Tauro oppositum sexto loco Geminis succedit. Ex his manifestum est, opposita loca à locis ijsdem numeroque æqualibus disiungi. Aries, exempli gratia, & ♎ sunt signa opposita, & ob id à Tauro & Scorpione separata. Sic ♌ & ♒ cùm diametro distẽt, pariter à ♍ ♋ ♓ & ♑ disiũgũtur: & sic de cæteris dici potest, cuius rei compendium in sequẽti figura posuimus.

SIGNORVM

Mobiliũ ἀσυνδετα		Fixorũ ἀσυνδετα		Bicorporũ ἀσυνδετα	
♈	♉ ♏	♉	♊ ♈ ♐ ♎	♊	♉ ♏
♎	♏ ♉	♏	♐ ♎ ♊ ♈	♐	♏ ♉
♋	♌ ♒	♌	♍ ♋ ♓ ♑	♍	♌ ♒
♑	♒ ♌	♒	♓ ♑ ♍ ♋	♓	♒ ♌

l.lib.3.
de vita

DE ESSE CIRCVLI ACcidentali.

Sed quia auxiliante Deo iam protulimus esse circuli signorum essentiale, nunc proferamus accidentale. Nam circulus figuratur in omni hora tali figura, quæ diuiditur in quatuor partes, quas diuidit circulus hemisphærij & circulus meridiei, id est, circulus medij cœli, qui facit medium diem. Et vnaquæque pars istarum partiũ diuiditur in tres partes inæquales, secundum ascensiones signi ascendentis. Atque hoc modo diuiditur circulus in duodecim partes, quæ vocantur domus: Nominantur quoque & cuspides & turres, cuius opus expositum est in libro Ezibi, id est, in libro cursus siderum. Principium quoque diuisionis est horoscopus: hoc est ascendens, cuius initium est super circulum hemisphærij orientalis, deinde secunda domus sequitur & tertia, cæteræq; domus vsque ad duodecimam.

Iam



Iam à partitione ſigniferi, quæ perpetua eſt & inuariabilis, ad partitionem eiuſdem fortuitam tranſimus. Hactenus enim ſigniferum ſeu potius vniuerſam machinam mundi in quatuor quadrantes temporibus anni perpetuò congruentes, in duodecim ſignorum regiones, in medietatem aſcendentem, deſcendentem, calentem, rigentem, & tales complures partes ſtabiles circulis vel potius hemicyclijs per polum ſigniferi deductis diſtinximus, & denique ſigniferi quartarum ſignorumque cum alijs rebus familiaritatem & conſenſum oſtendimus: Iam verò eandem mundi machinam ſimiliter in medietates, quadrantes & regiones duodecim, ſed tamẽ diuerſe, hoc eſt, in partes inconſtantes, atque ob primum motum aſsiduò variabiles, officio meridionalis circuli & horizontis & hemicyclorum in horum circulorum commiſſuras deſinentium, atque non ſigniferum, ſed potius ęquinoctialem ęqualiter dirimentium diſtin-

guere, atque similiter quartarum & duodecim illarum instabilium cœli stationum cum rebus subiectis συνοικείωσιν seu consensum explicare debemus. Et hæc distinctio Ptolemæi doctrinæ consentit. Nam is quoque exposita temporum anni natura, ad idem exemplum eundemque ad modum fortuitarum cœli partium naturam subiungit: ὁμοίως δὲ, inquit, καὶ τὴν δ' τοῦ ὁρίζοντος τόπων καὶ γωνιῶν, ὁ μὲν πρὸς τὰς ἀπατολὰς πλείον ἔχει τὴν ἑκατέρων, &c. His ita se habentibus, discendi iuuandęque memoriæ gratia hæc pars commodè diuidetur in duo membra, quorum primum est in quo exponit autor partitionem signiferi fortuitam, quæ ad diurnam cœli conuersionem continenter variatur: secundum, in quo enumerat τὰς συνοικειώσεις seu significationes quadrantium & duodecim locorum cœli, quæ hanc accidentalem, vt vocat, atq; mutabilem signiferi partitionem comitantur: sed primum membrum, quod rationem distribuendi cœlum habere debet, breuissime perstringit autor, atque totum negotium de constructioue domiciliorum cœlestium ad canones tabularum reijcit. Idcirco operępretium me facturum puto, si hoc loco plenius omnem varietatem istius distributionis adolescentibus describam, atque integram rationem conformandi themata seu picturas domorum, viamque excerpendi loca planetarum, ex ephemeridum motuumque tabulis ostendam. Ante omnia verò describendi sunt circuli quidam ab autore Sphæræ omissi, quorum cognitio non tantùm ad distinctionem domiciliorum cœlestium, sed & ad intelligendum modum dirigendi, vt vocant, admodum est necessaria. Circuli verticales sunt, qui ducti per verticem loci & per singulas partes finientis, eundem in partes 360. dirimunt, & vocantur à quibusdam circuli rectitudinum, eò quòd ostendant, in qua mundi plaga quælibet stella oriatur aut occidat, quanumque quolibet tempore ab oriente aut occasu, ab austro aut borea distet. Plerique exotica voce circulos azimuth vocant. Illud hic obseruandum est, ad numerum verticalium etiam pertinere meridianum, cuius vsus pręcęteris in astrologia est maximus: sed huic inter verticales dignitate proximus est is, qui cum meridiano ad angulos rectos incidens atque per puncta ortus & occasus ductus, finiętem in

Lib. 1. cap. de anni tęmporibus & quatuor angulorũ natura.

quatuor

quatuor partes æquales dirimit, vnde propter eius multiplicem vsum solus quasi proprio nomine circulus verticalis nuncupatur. Ergo quoties nomen circuli verticalis absolutum occurrerit, intelligas circulum verticalem, qui per ortum occasumque & per verticem loci ducitur. Circulos verò altitudinum huiusmodi descriptione accipe: Cuiusuis loci vertex distat à suo finiente P. 90. Si ergo per singularum partium discrimina intelligantur ducta plana finienti æque distantia, conficientur circuli altitudinum, quorum primus omniumq; maximus est ὁρίζων, id est, finiens. Reliquorum verò quisque tanto minor existit, quanto vertici fuerit vicinior. Itaque omnes simul ducti, meridiani reliquorumq; verticalium quadrantes extantes in P. 90. secantes, & ab ijsdem vicissim in P. 360. secti, quasi hemisphæricum rete intexunt. Plerique peregrina voce hos circulos vocant Almicantarach. Horum circulorum officium est, Solis aliarumque stellarum veram ab ortu aut occasu distantiam & altitudinem in circulis verticalibus ostendere. Est enim altitudo stellæ vel cuiusuis puncti in cœlo notati arcus verticalis circuli per centrum sideris ducti inter horizonta & ipsum astrum cadēs. Stella altitudinem meridianam sortitur, cùm meridianum circulum attigerit: cùm verò à meridiano abfuerit, orientalem antemeridianam: si eundem præterierit, occidentalem pomeridianam altitudinem habere dicitur. Circulus positionis est, qui per centrum dati sideris & per meridiani & horizontis commissuras ducitur. Hic nonnunquàm stellæ horizon seu finiens appellatur, & in progressionibus locorum Apheticorum non pœnitendum vsum habet. His ita præcognitis, ad descriptionem horoscopi transeamus. Dicitur autem ὡροσκόπος propriè is, qui rationem horarum obseruat. Sed hic nominamus horoscopum sidus natalicium, seu potiùs partem Zodiaci quæ conuersione cœli oritur eo momento quo quis nascitur, aut alia quæpiam res capit principium. Sumitur nonnunquam vt hic, pro pictura cœli, quam græci σῆμα appellant, hoc est, capitur pro toto cœlo in forma plana figurato atq; distributo in partes seu loca duodecim, quæ varias appellationes acceperunt ab Astrologis. Nominát enim domicilia, habitacula, turres, partes, hospitia, mansiones, & vsitatè duodecim domos in figura conuersione cœli.

Quamuis autem non vna ſed plures diuerſęque legantur apud aſtrologos rationes, quibus vniuerſum cœlum in 12. partes variè diuiditur: Tamen omnes conueniunt in hoc, quòd imaginantur ſex circulos magnos, in duobus locis oppoſitis ſeſe ſecantes, quorum communis diameter ab auſtro verſus aquilonem tendit, totum cœlum mundique vniuerſam machinam in 12. partes diſtinguere, ita vt quicquid in mundo eſt, id omnino in aliqua iſtarum 12. partium, quas domos nominamus, comprehendatur. Sed extrema diametri, in quibus dicti ſex circuli ſe mutuo ſecant, alia ab alijs conſtituta eſſe reperio. Nam autor vt apparet, & qui ante Campanum de domicilijs cœleſtibus partiendis præceperunt, putauerunt iſta duo puncta eſſe vertices mundi, in quibus cœlum quotidie ſpatio 24. horarum inenarrabili celeritate reuolutum potiſsima cauſa dictorum domiciliorum exiſtit. Imaginentur maioris euidentię gratia duo circuli magni, quorum vnus ſit meridianus, alter verò per punctum eclipticæ ſupra finientem ſcandens, ciique oppoſitum ductus, ita vt mutua ſectione in polis mundi, cœlum in quatuor portiones dirimant. Poſthęc, portionum æquinoctialis ſingulæ, dictis duobus magnis circulis interceptæ trifariam æqualiterq; ſecandæ ſunt, atque per puncta ſectionum & polos mundi ducendi circuli quatuor, qui cum prioribus duobus duodecim cęli domicilia autoris conficiũt. In hac ratione æquandi circulus finiens tantùm in ſphæra recta, nunquàm verò in ſphæra obliqua dictis ſex circulis annumeratur: quod & Abraam Auenezra annotauit. Pręterea & hoc, vt autor admonet, efficitur, eoſdem ſex circulos Eclipticam ſemper in duodecim partes inęquales dirimere, & non niſi oppoſita domicilia æqualia conficere, imò hoc modo ecliptica non niſi certa hora diei, nimirùm cum principia Arietis & Libræ in horizonta procumbunt, in quatuor quadrantes æquales ſecernitur. Alij rurſus hęc ſectionum puncta, quæ ſex circulis communia ſunt, iudicauerunt eſſe meridiani & horizontis commiſſuras. Sed ne hic quidem omnes inter ſe conſentiunt. Nam Campanus & Gazalus domicilia diſtinguũt in hunc modum. Circuli verticalis tranſeuntis per ortum & occaſum quadrantes inter horizonta & meridianum interceptos in ternas portiones æquales partiuntur, deinde per

puncta

puncta sectionum & per communes sectiones meridiani & horizontis imaginantur duci quatuor circulos positionum, qui cum finiente & meridiano totum cœlum partiuntur in duodecim spatia æqualia, idq; ratione partium circuli verticalis, non autem iuxta partes signiferi aut æquinoctialis. Horontius insignis alioqui artifex hanc rationem æquandi domos defendit atque retinendam putat. Contrà Regiomontanus Problemate 14. tabular. Direct. veluti à mente Philosophorum alienam repudiat, atque aliam domiciliorum cœlestium fabricam à superioribus duobus modis dissidentem extruit. Primò enim non circulum verticalem, sed ipsum æquinoctialem in quatuor partes æquales meridiano & finiente obliquo diuidit, quarũ quartarum quamlibet rursus trifariam æqualiterq; secat, & per puncta sectionum ducit quatuor circulos positionũ, qui in sectionibus horizontis & meridiani concurrentes, totum cœlum in duodecim domos cœli diuidunt. Hic modus Regiomontani quasi medius est inter primum & secundum. Nam in eo quòd æquinoctialem & nõ circulũ verticalem in duodenas partes ęquales secat, primo modo cõsentit atque Campano repugnat, sed quatenùs sex circuli concurrunt atque secant se mutuò nõ in polis mundi, sed in communibus sectionibus finientis & meridiani, eatenus dissentit à modo primo, & congruit cum ratione Campani. Fiunt denique hic spatia cœli inæqualia in omni horizonte obliquo, sicut in primo, sed suam quæq; domus seruat magnitudinem inuariabilem, vt in secundo. Quapropter hanc suam æquãdi rationem non absque re rationalem vocat, quòd rationabiliter omnia incommoda, quæ extremis obijci poterant, deuitet. Quamuis verò hæc doctissimi Regiomontani ratio reliquis omnibus eruditior sit atque simpliciter veritati magis consentanea, & denique ad sententiam Ptolemæi proximè accedat, non tamen defuerunt, qui eam parum probarent: veluti Ioannes Schonerus & reliqui nostrę ętatis insignes artifices, qui huic & alijs omnibus modis præferunt aliam quandam & in ordine nostro quartam æqualium domiciliorũ, vt vocant, fabricam, quæ in hunc modum imaginanda est. Primò signifer finiente & circulo magno vtrinque per polos Zodiaci ac loci verticem transeunte in quatuor quadrantes separatur.

retur. Posteà singuli quadrantes ecliptices in tertias partes æquales secentur: quo facto si per puncta talium sectionum & polos Zodiaci quinque circulos duci intelligas, illi ipsi cum eo qui verticem transijt, totum Zodiacum vniuersumque mundum diuident in duodenas partes seu domos æquales, ad quas omnes astrologos sua iudicia accommodasse à multis proditũ est. Id quod verum esse negari non potest, si de Firmico, Albohali, Albumasare, Albubatere, Bonato & similibus intelligatur. Quod verò dicitur summum illum Ptolemæum omniumque astrologorum principem, imò verò inter rerum cœlestium tot scriptores, solum astrologum, in quadripartita sua constructione hanc æqualem æquationem domorum approbasse, certum est, id fieri parũ firmis cõiecturis, quarũ præcipuas hic recitabo. Ac primò, vt ab ijs quæ firmissima esse putantur incipiamus, parùm ipsorum sententiæ patrocinatur figura æquicruria, quam non alibi quàm in æquatione domorum, quæ fit per gradus æquales, cuilibet domui annumerando gradus 30. zodiaci, accidere posse arbitrantur. Sed id non satis sagaciter, neque Ptolemæi sententiæ conuenienter. Nam figuram ἰσοσκέλειαν aliter esse intelligendam, apertè loquuntur ipsa verba Ptolemæi, quæ extant apotelesmatico tertio, capite de his qui nõ nutriuntur: ἁπλῶς δέ, inquit, ἐάν τε κεκεντρομένον ᾖ τὸ ἕτερον τῶν φωτῶν, ⊙ τῶν κακοποιῶν ἑτέρῳ συνῇ καὶ ἀμφικίζῃ, ταῦτα δὲ μοιρικῶς καὶ κατὰ ἰσοσκέλειαν, μηδενὸς μὲν ἀγαθοποιοῦ συμμαρτυρομένου, τοῦ οἰκοδεσπότου τῶν φωτῶν ἐν ταῖς τῶν κακοποιῶν τόποις κατειλημένου: τὸ γεννωμένον οὐ τραφήσεται, πρὶν αὐτὰ δὲ ἔξῃ τὸ τέλος, hoc est, Si alterum luminare sit in cardine, & vnus maleficorum illi vel congreditur vel opponitur, idq; partiliter & secũdum figuram æquicruriam, nullo beneficorum affulgente, & gubernatore luminarium in maleficorum locis detento: ali nõ poterit, quod natum est, & mox morietur. In his verbis per figuram æquicruriam corporum vel radiorum exactam tam secundum longitudinem, quàm latitudinem συζυγίαν intelligit, ita vt in coniunctione sit latitudo eadem, sed in appositione Solis, malefica sit sub Ecliptica, in oppositione verò Lunæ, malefica habeat latitudinem æqualem quidem, sed tamen cõtrariam. Exempli gratia, sit Saturnus in parte 12 ♉, cum latitudine boreali partium

3. &

3.& luna opposita Saturno in parte 12.♏,cum latitudine australi partium 3. Manifestum iam est,quòd Saturnus & Luna cum locis eorundem in ecliptica faciant duos triangulos æquicrurios & æquales,in quibus vnum latus æquicrurium est quarta pars eclypticæ, alterum quarta pars circuli magni transeuntis per centra Lunæ maleficæq; & polos zodiaci.



Similiter quando latitudo ex eadem parte æqualis existit, in eclipticæ & circuli latitudinis quadrantibus figuram æquicruriam imaginamur propterea,quòd dictorum circulorum arcus à communi intersectione educti,& circulo per polos zodiaci & punctum copulæ transeúte auulsi,inter se sint ęquales:id quod adiectum schema clarè admonet.Cæterùm Schonerus figuram æquicruriam fieri scripsit, si Sol sit in ascendente,Luna in terræ angulo,infortuna in septima,Solem diametro,Lunam verò quadrangulo percutiens, sic:

Sed



Sed Ptolemæus non eſt locutus de ἰσωπλεύρῳ, id eſt, de figura trium æqualium laterũ, qualis in hac configuratione pingitur, ſed de figura Iſoſcelia, cuius duo tãtùm latera ſunt æqualia, qualem paulò antè oſtendimus. Præterea, Ptolemæus in hoc loco configurationis quadratæ, quæ hic à Schonero additur, nullo verbo mentionem fecit. Ad extremum Ptolemæum per Iſoſceliam corporum aut radiorum oppoſitorum tantùm exquiſitam intellexiſſe copulam, in eodem loco ſequentia verba clarè loquuntur: ἐὰν δὲ μὴ κατὰ ἰσοσκέλειαν ᾖ τοῦτο συμβαίνῃ, ἀλλ' ἐγγὺς ἐπαναφέρωνται τοῖς τῆς φωτῆς τόποις αἱ τῆς κακοποιῶν βολαί: id eſt: Si autem non efficiet hic poſitus triangulum duorum æqualium laterum, hoc eſt, ſi maleficæ non per eandem longitunem latitudinemq; luminaria lædant, ſed è propinquo tantùm applicent radij maleficarũ ad loca luminũ, &c. Ex his perſpicuũ eſſe poteſt, per figuram æquicruriam, æqualem in ſignifero domorum diſtributionem nequaquàm eſſe confirmatam. Reſtat vt alte-

vt alterius loci, ex quo idem autoritate Ptolemęi defenditur, sententiam proferamus. Extat autem hic locus lib. 3. cap. de locis Apheticis, cuius verba hæc sunt: πρῶτον μὲν τόπους ἡγητέον ἀφετικούς, οἱ ἕνεκα δεῖ πάντως τὸν μέλλοντα τῆς κυρίαν τῆς ἀφέσεως λαμβάνειν, τό, τε περὶ τὸν ὡροσκόπον δωδεκατημόριον ἀπὸ πέντε μερῶν τῶν προανατελλομένων αὐτῷ ἀείζωντος μεχρὶ τῶν λοιπῶν καὶ ἐπανατελλομένων εἴκοσι πέντε καὶ τοὺς ταύτας λ' ταῖς μοίραις δεξίους ἑξαγώνους, τε, τῷ ἀγαθοποιοῦ δαίμονος καὶ τετραγώνους τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος, καὶ τριγώνους τοῦ καλουμένου θεοῦ, καὶ διαμέτρους τοῦ δυόντος. hoc est, Primum sanè existimandum est, esse Aphetica seu prorogantia loca, in quibus omninò necesse est reperiri eum, qui velit vitæ gubernandæ iurisdictione potiri, vt circa horoscopum à quinis partibus prius supra finitorem emergentibus vsque ad 25. reliquas succedentes. Et qui has tricenas partes dextris hexagonis radijs contingit, qui boni dæmonis locus dicitur, & in ordine vndecimus existit. Et qui tetragonis nimirum cœli supra terram fastigiũ, & qui trigonis, qui Deus appellatur, & qui oppositis, qui in occasum prouoluitur. Hactenus Ptolemęus, ex cuius verbis rectè colligitur, quòd quinque gradus præcedentes cuspidem & 25. mox sequentes teneant virtutem talis domus: sed quod additur de signifero, nempe, quòd quælibet domus contineat ęqualiter 30. partes signiferi, non procedit. Nam Ptolemęus hic nullam facit mentionem signiferi: neque de eius, sed ęquinoctialis partibus loquitur, ita vt quęlibet domus partibus 30. ęquinoctialibus finiri intelligatur. Et hęc est causa, cur statim subiungat, quòd vndecima domus sexangulo, nona trigono, medium cœli quadrato aspectu horoscopum semper videant, quod esset absurdum, si de æquali domiciliorum in ecliptica distributione hic textus Ptolemęi intelligatur. Nam in plerisq; locis ascendente signo ♊, medium cœli occupat ♒, atque ita horoscopum non ex quadrangulo, sed ex trigono respectu ecliptice respicit. Econtrariò ascendente ♑, in nonam domum incidens ♎, horoscopum non ex trigono, sed quadrangulo videbit. Quapropter de sententia Ptolemęi rectè docet Cardanus, duo genera aspectuum esse intelligẽda, vnum in zodiaco, qui ad vnguem in ecliptica sumi debent ex simili parte & scru-

pulo in partem & ſcrupula conſimilia, vt ſuprà dictum eſt. Alterum, quem hic intelligit Ptolemæus, in æquinoctiali, in quo ſicut in ſignifero duodecim ſignorum configurationes imaginandę ſunt. Cum hac ſententia multi obſcuri eius loci congruunt, veluti quando dicit, quòd trigonus maleficarum è ſignis breuium aſcenſionum afflictus quoque perimat, hoc eſt, quando per extremitates figuræ triangularis in eclipticam impactæ circuli poſitionis ducti, tantum interuallum ex æquinoctiali claudunt, quod in eodem æquinoctiali formam aſpectus quadrati referat: tunc talis aſpectus triangularis maleficarum vitæ datori occurrens, natũ perimit. Similiter etiam hæc verba, quæ priorem locum antecedunt: ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πολυχρονιούντων δωδεκατημορείων κακοφθεὶς ὁ ἑξάγωνος ἀναιρεῖ, de duplici radiatione atque de tranſformatione hexagoni aſpectus in ecliptica in quadratum aſpectum in æquinoctiali intelligenda ſunt, aliàs enim nec trigonus breuium aſcenſionum, nec hexagonus aſcenſionum longarum interficerent. Hęc igitur omnia quæ ex Ptolemęo adducuntur, ab æquali diſtributione domiciliorum quæ in ſignifero inſtituitur, aliena eſſe ſatis oſtendunt, atque monteregium in ęquatione domiciliorum cœleſtium ad ſententiam Ptolemęi proximè accedere apertè teſtantur, tantũ abeſt, vt ad euentendam eius ſentẽtiam accommodari poſsint. Illud quoque mihi mirum viſum eſt, quomodo circulum per verticem & polos ſigniferi ductum notari intelligant à Ptolemęo per hæc verba, quæ extant lib. 4. capite de filijs: ἐπεὶ δὲ τῷ πρὸς γάμων λόγῳ καὶ ὁ πρὸς τέκνων ἀκολουθεῖ, σκοπεῖν δεόν, εἰ καὶ κορυφὴν τόπῳ προσόντας, &c. vbi per τόπον κατὰ κορυφὴν oſtenditur μεσουράνημα, id eſt, cœli faſtigium ſeu domus decima, & potius meridianus quàm circulus per polos zodiaci ductus indicatur. Non fecimus hic mentionem eorum, quæ adducuntur ex Centiloquio, cùm certum ſit, id ſcriptum Ptolemęo falſo attribui, & pleriſque in locis omnino pugnare cum ipſius doctrina, quam nobis in Quadripartito ſubtili ingenio expoſitam reliquit. Sed iam à ſectione cœli ad canones fabricandorum domiciliorum accedam, poſtquam rudiorum gratia ordinem & nomina cuſpidum priùs expoſuerimus. Prima domus eſt, cuius cuſpis ſeu initium primum emergit, & ſecundum

cundum modum Monteregij deinceps educitur per æquinoctialis partes tricenas, quas Firmic' & reliqua turba in signifero numerat. Græci ἀνατολὴν, id est, partem exorientem vocant, quòd de inferiori ad superius hemispherium scandat: vocant etiam horoscopum. Circulus positionis infra terram distans ab horizonte 30. partes finit domum primam & secundam inchoat. Quare eam domum, quę primæ sub horizonte succedit, secundam domum esse scias. Hanc sequitur tertia, quæ ad angulum noctis finitur, & sic deinceps contra motum primi mobilis eundo numerantur domus reliquæ, vsque ad domum duodecimam, quòd signorum ordo talis sit, & planetarum motus hoc modo procedat. Quatuor ex his duodecim domibus vocantur κοσμήρα, id est, cardines cœli, nempe ἀνατολὴ, orientalis cardo, δύσις, occasus seu cardo occidentalis: μεσουράνημα, medium cœli seu domus decima: ὑπόγειον, imum medium cœli seu domus quarta. Peculiariter verò Ptolemæus summitates primasque lineas domicilia inchoantes, centra: Spatia verò præcipuas has quatuor stationes cœli complentia, angulos vocare solet. Quatuor quæ cardines sequuntur, nempe secunda, quinta, octaua & vndecima, ἐπανάφορα, id est, succedentes: Reliquę quatuor, nempe tertia, sexta, nona, & duodecima, ἀποκλίνοντες, id est, cadentes vocantur. Quæ omnia oculis subijciuntur in cœli generali figura, cuius καταγραφὴν rudiorũ gratia adijcio: Assumpto primo quadrato iustæ magnitudinis, si inscribatur quadratum secundum, cuius anguli attingant primi quadrati quatuor costarum media, efficientur quatuor triangulares figurę, quarum quęlibet secetur bifariam rectis lineis ab angulis primi quadrati ad puncta media costarum secundi protensis. Tandem tertium quadratum describatur in secũdo non aliter quàm secundum in primum inscriptum est, & apparebunt circa quadratum tertium duodecim triangulares formæ, quas domicilia cœlestia vocamus.



Simile idemque valens ſchema fit, cùm duo quadrata, quorum alterum alteri inſcriptum eſt, duabus diagonalibus ab angulis quadrati exterioris oppoſitis procedentibus diſpeſcuntur ſic, vt ſequitur.

His



His rationibus proijciendi cœli in planũ nostro tempore plerique vtuntur. Sunt & aliæ complures depingendi cœli formæ non ita vsitatę, quarum delineationem ob id omisimus.

His ita expositis ad πρᾶξιν constituendorum cœli thematum ad quodcunque temporis momentum, & ad quamcunque regionis latitudinem, accedemus. Ac primò ad calculum reuocabimus modum Monteregij, siquidem is solus est, qui Ptolemæi sententiæ & veritati consentit, atque idcirco imprimis studiosis cognoscendus.

De constructione figurę cœlestis iuxta modum rationalem Ioannis Monteregij ex tabulis directionum:

Admiranda est actio luminis cœlestis, quum non solùm corpora in sublunari mundo iam nata absolutaque afficiat, regat & foueat; verumetiam rebus omnibus, quæ sub certa cœli habitu

bitudine exoriuntur, ſtatim ab initio eam vim conferat, quæ eaſdem ad finem durationis vſque gubernet atque conſeruet, ita vt rerum genitarum ab initio tantum durationis ſanciatur ſpatium, atque talis futurus euentus, qualis fuerit in earundem exordio cœli poſitus: vtque ab initio mouendi reliqua ſeries futurorum motuum vſque ad finem, à naturæ peritis explicari poſsit. Cùm autem cœlum ob inenarrabilem celeritatem ſingulis temporum momentis ſitum ſuum notabiliter permutet, facilè eſt iudicare, cur aſtrologi ex poſitu cœli exortarum rerũ naturali ordine ſecuturos euentus explicaturi, momenta temporis, quibus ipſæ res initia ſumpſerunt, diligenter exquirant. Niſi enim de tempore exortus rerum nobis exactè cõſtet, nunquam ad ſitum cœli verum, neque ad cauſam rebus eo tempore productis vim conſeruatricem infundentem peruenire poterimus. In conſtruendis igitur veris cœli thematibus prima cura ſit, ne à vero tempore, hoc eſt, non ſaltem ab anno, menſe, die & hora, verumetiam minuto temporis ſcrupulo, quo res ipſa cepit, aberremus. Cùm autem diuerſitas temporis ciuilis & mathematicorum incautiores & rudiores animos hic implicitos tenere, atque in errorem ducere queat, idcirco primò præcipiemus de reducendo tempore politico ſeu vulgari ad tempus Aſtronomicum, vt ad calculum tabularum congruat. Sumunt autem mathematici ob cauſas alibi explicandas initium diei à circulo meridiano, id eſt, ab eo puncto, quo Sol meridionalem circulũ ſeu ſupra ſeu infra terram tenet, & inde 24. horas continuè, quoad Sol eundem locum repetat, numerant. In Ephemeridibus etiam hoc modo computati ſunt motus, vt loca ſtellarum ſingulis diebus aſsignata, de diebus Mathematicis completis ſemper intelligenda ſint. Exempli gratia, anno labente 1527. die Maij 21. hora 3. & ſc. 47. vnius horę natus eſt quidã Vallidoleti, ſub latitudine 41. part. longitudine verò par. 8. ſcr. 20. Oppoſitio luminarium proxime & immediatè genituram præcedens fuit die Maij 15. iuxta quem motus ☉ in Ephemeride Stoffleri aſsignatus eſt p. 3. ſc. 6. ♊ Hic mot intelligẽdus eſt de die Mathematico completo; hoc eſt, quòd in eo puncto meridiei eius diei, qui etiam ciuiliter decimus quintus Maij dicitur, centrum Solis in dicto ſcrupulo ſigni Geminorum reperiatur.

Nam

Niſi forſitan cauſæ, etiam liberè ſimpediant

Nam Stofflerus in Ephemeridibus ſtellarum ſitus non ad mediam noctem, ſed ad meridiem ſeu medium diurnæ lucis ſupputauit. Porro tempus oppoſitionis luminarium, quæ in eundem diem incidit, notatur 11.H.11.ſc. quòd rurſum de tempore completo intelligendum eſt, hoc eſt, diem hunc Mathematicum integrè eſſe completum, & inſuper horas 11. cùm ſcrupulis 11. præterijſſe. Quòd ſi eadem oppoſitio fuiſſet circa horam 23. intelligi debet, illam fuiſſe futuram vna hora ante meridiem diei proximè ſequentis, qui ciuiliter ad diem 16. Maij refertur. Nam & ciuiliter ſeu in communi vita plerunque itidem à meridiano circulo dies inchoantur, verùm non à meridie, vt in ephemeridibus noſtris, ſed ab hora mediæ noctis principium capiunt, atque ad noctis ſequentis medium protenduntur. Tales ſunt etiam ſupputationes motuum in tabulis Prutenicis, in quibus Epochæ Chriſti ad mediam noctem diei præcedentis Calendas Ianuarias ſtatuuntur. Qui itaque Romanorum exemplo diem à media nocte exordiuntur, atque non integro horologio, ſed horis duodecim bis repetitis vtuntur, horum horas ad tempus Aſtronomicum à meridie inceptum aptabis, ſi horis antemeridianis ſeu poſt medium noctis elapſis adijcias horas duodecim pomeridanas, atque numerum dierum ciuilium vnione diminuas. Veluti ſi quis natus eſſet ſalutiferi partus anno labente 1527. die 21. Maij, 9.H.47.ſcr. ante meridiē, tunc pro tali ciuili tempore ad tempus ephemeridum aptando, horis 9. & ſcupulis 47. adijciendæ ſunt horæ 12. vt exeant 21.H.47.ſc. quod tempus horarum ſcrupulorumq; viceſimum diem Maij completum ſequitur. Idem eſt, ſi in tali caſu ex vulgi ſeu politico tempore horas duodecim detrahas. Veluti ſi ex die 21. Maij, 9. horis, 47. ſcrup. detrahas horas 12. remanebunt vt prius dies 20. Maij, 21.H.47.ſc. Cæterùm ſi offerantur horæ à meridie ad mediam noctem numeratæ, eæ cum horis Aſtronomicis congruunt, nec vllam commutationem vlteriorem admittunt. Veluti accidit in aſſumpta genitura, quæ vt paulò antè dicebamus, fuit anno 1527. die 21. Maij, hora 3. ſcrup. 47. poſt meridiem. Id tempus noſtra reductione non indiget, offeruntur enim 21. dies Maij in meridie completi, & inſuper horæ tres cum ſcrupulis 47. Talis ſimplex temporis commutatio nō

tan-

tantùm ad cœli figuram extruendam sufficit, sed & ad excerpendos motus planetarum tum ex vsitatis ephemeridibus, tum verò ex plerisque tabulis cœlestium motuum, quas resolutas vocant, proficit. Sed tamen si ex tabulis Prutenicis atque ab Epochis Christi, quæ vt dixi, ad mediam noctem statuuntur, motus stellarum colligere placet: tunc vice versa horas Astronomicas à meridie inceptas, in horas à media nocte computatas conuertere debemus, à tempore ad hunc modum, quem iam exposui, ad meridiei principium transformato, duodecim horas subducentes, vt horæ astronomicæ à medietate noctis numeratæ relinquantur. Quòd si quãdo subtractio ab horis fieri nequeat, tunc integer dies naturalis, hoc est, horæ 24. sicut in calculo Physico consuetum est, accommodandæ sunt, numerusq; dierum vnitate minuendus. Et vice versa si tempus à media nocte supputatum offeratur, atque ad meridiei principium traducendum sit, tunc tempori proposito horæ 12. adijciendæ sunt, & si ex huiusmodi compositione plures quàm 24. horæ excrescant, vigintiquatuor horæ abijciendæ, numerusq; dierũ vnione augẽdus. Quòd si forte horas ab occasu numeratas, quas olim Athenienses vtebantur, in horas Astronomicas à meridie supputatas conuertere velis, tunc horas tuas ab occasu supputatas cum tempore semidiurno, quod per doctrinam ascensionum eruendum est, coniunge, & conflabitur tempus Mathematicum à meridie inceptum. Et si ex tali additione plures quàm 24. horæ existant, iterum memineris abijciendas esse ex aggregato horas 24. dierumque numerum vnione augendum. Econtrà verò, si tempus à meridie supputatum in tempus ab occasu fluens conuertendum sit, ab horis astronomicis aufer arcum temporis semidiurni, & quotiescunque subtractio fieri nequiuerit, horas 24. assume, numerumque dierum vnitate minue, & restabit tempus ab occasu numeratum. Ad extremum tempus ab ortu numeratum in dictum tempus nostrum Astronomicum commutabis, si ipsi arcum seminocturnum vnà cum integris 12. horis adijcias, abiectis rursus 24. horis, si opus sit, numeroq; dierum vnitate adaucto. At vice versa si illæ horæ astronomicæ in horas ab ortu numeratas traducendæ sint, seminocturnum temporis arcum vnà cum integris

12. horis

12.horis ab illis aufer,accommodatis iterum, si res ita postulauerit,24.horis,numeroque dierum vnitate diminuto,& remanebit tempus ab occasu supputatũ. Quod ad causam taliũ temporis commutationum attinet,ea in promptu est ijs qui intelligunt,eos qui à meridie motus auspicantur,plus temporis retrò complecti, quàm qui vel ab occasu,vel à media nocte, vel denique ab ortu principium capiunt. Ipsa verò seu vulgi, seu ciuilia tempora,cùm iuxta hæc præcepta in tempus astronomicum meridiei accommodatum traducta fuerint, nulla ampliùs correctione,quantùm ad figuram cœli construendam attinet, indigebunt.Nam ad tempus æquatum quod ciuili tempori cõsentit,figura cœli conformatur.Quòd si tempus astronomicum ex tabulis motuũ aut Ephemeridibus depromptum sit,id quod vsu venire solet,cũ ascendẽs alicuius Eclipsis,aut alteriùs luminarium vel reliquarũ stellarũ copulationis scire cupimus : tunc pro vera thematis cõstitutione addenda est ei,vel ab eodem diminuẽda dierũ naturaliũ προσθαφαίρεσις,seu vt vocãt, æquatio. Similiter ratiõe meridianorũ eidẽ adijciendũ est, vel ab eodem demendũ tẽpus in tabula regionũ repertũ, prout exposcũt notæ A vel M ibidẽ assignatæ. Atq; hactenùs de vero tẽpore constituendo,quod primò in constructione figuræ cœlestis obseruandum est.Secundum præceptum est,vt ad hoc ipsum tempus astronomicũ ex motuum vel Ephemeridũ tabulis, verũ locum Solis eliciamus: vbi etiam ad meridianorũ differentiam respicendũ erit,si tuus & Ephemeridũ loca,longitudine notatu digna dissideant.Ea verò,vt infrà clariùs dicetur,addenda est tempori,ad quod locum Solis excerpere statuisti: si locus tuus loco tabularum seu Ephemeridum fuerit occidẽtalior, aut ab eodem subtrahenda,si sit orientalior. Veluti in nostro exemplo, quoniã locus Vallidoleticus longitudo est p.8. scr.20. loco Vlmensi,ad quem Ephemerides Stoffleri accõmodatæ sunt, cuius longitudo est par.33.scr.0.occidentalior est part.24. sc.40.hoc est, hora 1.scr.38$\frac{2}{3}$. idcircò hæc differẽtia ad horas 3.sc.47.addenda est, vt proueniant horę 5.scr.25$\frac{2}{3}$. Quòd si scrupulosiùs negotiũ persequi libeat, ratione æquationis dierum adhuc scr.9$\frac{2}{3}$. sunt addenda,vt fiant horæ 5. scr.35$\frac{1}{3}$.quod est tẽpus ad locũ Solis, imò verò ad loca omnium stellarum ex Ephemeridibus depro-

menda omnibus modis aptatum. Porrò locum Solis verũ cum deprehenderimus, mox eidem arcum æquinoctialis congruentem ex tabulis ascensionum rectarum excerpemus, idq; sufficiet si Sol præcisè in meridiano fuerit, id est, si diebus in meridiem cõpletis nullæ horæ, nec vlla scru. tẽporis adhęserint. Verùm si Sol à meridie aliquod tẽpus emensus est, tunc ascensioni rectæ loci Solis adijciendus est arcus ęquinoctialis, quem horę horarumq; scrupula pomeridiana in gradus ęquinoctialis graduumq; scrupula conuersa conficiunt, vt numerus graduum & scrupulorum ex huiusmodi additione proueniens, medij cœli seu cuspidis decimæ domus ascensionẽ rectã ostẽdat. Cęterùm horæ horarumq; scrupula per 15. gradus multiplicata in tẽpora ęquinoctialis transeunt. Singulis enim horis æqualibus vbiuis locorum 15. gradus ęquinoctialis peroriuntur. Id autẽ de physica multiplicatione intelligendum est. Quòd si vulgarem supputãdi rationem sequi malis, horas quidem per 15. gradus multiplica, scrupula verò horarum prima per 4. partiaris, vt gradus ęquinoctialis tali tempori congruentes prodeant: siquidẽ, vt dictũ est, vni horę tẽporis ex æquinoctali 15. tẽpora, & ob id quatuor tẽporis scrupulis primis vnus gradus æquinoctialis correspondet. Veluti in nostro exemplo, cùm tẽpus horarũ 3. scrupulorumq; 47. in gradus æquinoctialis trãsmutare debeamus, ducemus horas 3. in 15. & fient par. 45. scru. verò 47. partiemur per 4. & prodibunt part. 11. scr. 45. quæ composita cum partibus 45. producunt partes 56. scr. 45. qui est arcus ęquinoctialis horis 3. & temporis scrupulis 47. correspondẽs. Tertiò reliquorũ quinq; domiciliorũ orientalium, quæ decimæ domui ad quartam vsque succedunt, ascensionẽ obliquam colliges, si part. 30. ascensioni medij cœli quinquies ordine adijcias. Veluti si ascensioni M C, adijcias partes 30. congeries talis erit ascensio obliqua domus vndecimæ. Huic iterum si addas partes 30. ascensionem obliquã domus duodecimæ colliges, & sic deinceps continua additione partium 30. ascensiones obliquæ cuspidũ sequẽtium eliciendæ sunt. Quartò loca Eclipticæ, quæ his ascensionibus respondent, ex tabulis ascensionũ, quarũ peculiares singulis penè locis deseruiunt, per nonũ problema Monteregij eliciendа sunt. Sed decimę domus cuspis perpetuò ex tabulis ascen-

sionum

ſionũ rectarũ ſumit,nã meridionalis circulus vice recti horizõtis fungit. Cardini verò exorientis cœli ſeruit tabula cõdita ad latitudinẽ loci propoſiti. Deniq; tabulas cuſpidibus reliquarũ domorũ eliciẽdis inſeruiẽtes, indicat rationalis domorũ tabella,circa finẽ tabularũ Monteregij poſita,in cuius area duo numeri diſtincti ſunt,quorũ prior eleuationẽ poli, ſupra circulũ poſitionis vndecimę & tertię domus,poſterior eandẽ ſupra circulũ poſitionis duodecimę & ſecundę cõmonſtrat.Quęre ergo numerũ eleuatiõis poli, ſeu quod idẽ eſt, numerũ latitudinis dati loci in ſiniſtro tabellę rationalis latere, & è regione in area deprehendes numeros,qui monẽt,ex quib⁹ tabulis & ad quã latitudinẽ cõditis principia reſtantiũ domorũ deprometda ſint.Exempli gratia,loci geniturę,qua in exẽplari expoſitione vtimur, latitudo eſt partiũ 41.idcirco vndecimę &tertię cuſpidi ſeruiet tabula aſcenſionũ ad obliquarũ latitudinẽ partiũ 23.& ſc.29. cõpoſita. Duodecimæ verò & ſecũdę aptanda erit alia tabula facta ad latitudinẽ partiũ 36.ſc.58. Sed cùm tabulę aſcẽſionũ obliquarum ad integros gradus ſaltem ſint conditę,idcirco pro partib⁹ 23.& ſcrup.29.ſimpliciter part.23.vel 24.& pro partibus 36.ſcr. 58.ſimpliciter integras partes 37.propter vicinitatẽ numerorũ, ad vſus facilitatem ſine manifeſto errore aſſumemus. Quòd ſi omnia diligenter exequi,atque ad vnguem elaborare velimus, finem noni problematis tabularũ Monteregij euoluẽtes cognoſcemus,quid facto opus ſit ſupputatori,calculum ſuum ad poli altitudinem non pręciſè in gradus,ſed in graduũ ſc. deſinẽtem accommodanti. Sed hęc diligentia nõ niſi ad exactè conſtituẽdam partem horoſcopantem neceſſaria eſt,cùm decima domus nullum planè exaltati verticis numerũ annexũ habere conſueuerit, & reliquis cuſpidibus extra cardines poſitis ſupputatio οἰ πλάθ{ facta abundè ſatisfaciat.Cognitis autem initiis ſex domorum orientalium, principia reliquarũ ſex domorũ occidentalium nõ ampliùs latebunt,ſiquidem vnaquęq; domus orientalis ſuam comparem in parte occidentali ex diametro reſpicit. Quapropter ſi in oppoſita domicilia oppoſitorũ ſignorum ſimiles partes & ſcrupula deſcripſerimus,integrũ cœli thema perficiemus.Verũ hęc omnia vt exemplo planiora fiant,ad tempus geniturę aſſumptę,nempe ad diem 21.Maii, horã tertiam pome

ridianam, ſcrupulum 47. anni 1527. labentis figurã cœli in latitudine regionis partium 41. conſtituamus. Primò ex his quę dicta ſunt manifeſtum eſt, tempus politicũ à nobis definitũ nulla egere reductione: ſiquidem prętеr dies 21. Maii completos, horas 3. ſc. 47. à meridie numerat, atque ob id planè cum tempore aſtronomico quod quęritur, conuenit. His ita ſe habentibus, proximũ eſt vt locum Solis dicto tempori congruentẽ ex tabulis motuum aut Ephemeridibus, eiuſdemq; loci Solis aſcenſionẽ rectã ex tabulis aſcenſionũ rectarũ depromamus: quo facto, deprehendemus Solem habere p. 8. ſc. 53. 2ª 38. ♊, eiuſq; aſcenſionem rectam eſſe part. 67. ſc. 10. Huic iam adiiciemus arcum ęquatoris, qui horis 3. ſc. 47. à meridie elapſis correſpondet, nempe p. 56. ſc. 45. quo facto producemus aſcenſionẽ rectã medii cœli ſeu decimæ domus par. 123. ſcr. 55. ferè. Huic continenter quinq; vicibus gradus 30. adiicientes, reliquorũ quinq; orientaliũ domiciliorũ aſcenſiones obliquas deprehendemus ſic:

Aſcenſio	Grad.	Scrup.	Poli ἔαρμα.	Partes Eclipticæ 1. 39.
Medii cœli	123	55	0	
	30			♌
Vndecimæ	153	55	24	
	30			
Duodecimę	183	55	37	
	30			
Primæ	213	55	41	
	30			
Secundæ	243	55	37	
	30			
Tertiæ	273	55	24	

Iam quod reliquum eſt, partes eclipticæ his aſcenſionibus domorum correſpondẽtes ex certis latitudinũ tabulis, quę ſingulis ſeruiũt, depromere debemus. Ac primò aſcenſionẽ rectã decimę domus, habentẽ part. 123. ſcr. 55. in aream tabulæ aſcenſionum rectarũ mittentes, deprehendemus ipſi in ſiniſtro tabulæ latere correſpondere grad. 1. ſc. 39. Leonis ferè, aſſumpta parte proportionali, id quod ſemper fieri debet, quotieſcunq; numerus aſcenſionis in area tabulę ad vnguem reperitur. Similiter aſcenſionem obliquam primę domus habentẽ par. 213. ſc. 55 in

tabulam

tabulam aſcenſionum obliquarũ ad ſitum natalicij loci, hoc eſt, ad latitudinem part.41. conditam mittentes, deprehendemus ei correſpondere part.26.ſc.44.Libræ, quæ in horizonte orientali ſeu in cuſpide primæ domus ſcribẽda ſunt. Porrò ſuprà monuimus, in hoc exemplo aſcenſionibus vndecimæ & tertiæ domus ſine errore patente ſeruire tabulam ad latitudinem par.24 conditam. In ea itaq; aſcenſioni obliquæ vndecimæ, quę eſt partium 153.ſcr.55.inuenies correſpondere part.6.ſc.17.Virginis. Et aſcenſioni obliquæ domus tertiæ, quæ eſt partium 273.ſcru.55.in eadem tabula correſpondent part.23.ſc.26.Sagittarij. Ad extremum cùm aſcenſionibus obliquis ſecundæ & duodecimę domus ſeruiat tabula aſcẽſionum obliquarum ad latitudinem partium 37.cõdita, inuenio in ea primò aſcenſioni obliquæ domus duodecimæ, quæ eſt partiũ 183.ſc.55.correſpondere par.3.ſc.13.Libræ. Et deniq; aſcenſioni obliquæ domus ſecũdæ, quæ eſt part.243.ſc.55.correſpondent in eadem tabula part.21.ſcr.55.Scorpij. Habes iã ſupputata principia ſex domorũ orientalium à medio cœli originem trahẽtium, quibus è regione in ſignorum oppoſitorum partibus conſimilibus initia reliquarũ ſex domorum occidentalium ſtatuenda ſunt. Veluti in noſtro exemplo cùm in culmen cœli gradus 1. ſcrup.39. Leonis incidant, erit principium quartæ domus ſtatuendum in gradu 1.ſc.39.Aquarij. Et cùm in cuſpide primę domus deprehenderimus part.26.ſc.44.Libræ, ſeptima domus, quę eſt oppoſita horoſcopo, inchoanda erit à grad.26.ſc.44.Arietis: ſimiliterq; initia reliquarum quatuor domorum, hoc eſt, quintæ, ſextæ, octauæ & nonæ ex diametro vndecimæ, duodecimæ, ſecundę & tertię ſtatuenda ſunt, ſicut patet in ſequenti thematis cœli deſcriptione, cui etiam ſortem & loca longitudinum omnium errantium ſiderum inſeruimus. Ea verò quemadmodum ex Ephemeridibus ad meridianum cuiuſuis ciuitatis depromenda ſint, paulò pòſt dicemus. Exactiorem circulum tabularum, etſi hic veluti in primis ſupputationum rudimentis meritò diſſimulare debebamus: tamen eum quoque, ſiquidem ad exactas ſtellarum epochas conſtituendas planè eſt neceſſarius, breuiſsimè perſtringemus.



Deuiatio Planetarum ab Ecliptica.

			grad.	ſcrup.
				19 40
♄	M	D	2	$4\frac{1}{3}$.
	M			26 40
♃	S	A	0	$28\frac{1}{3}$
	D			52 161 46
♂	M	A	0	$25\frac{1}{2}$
♀	S	A	0	59
☿	S	D	1	46
☽	S	A	4	$23\frac{2}{3}$

DE

De erigenda figura cœlesti ex tabulis directionum Monteregij iuxta modum æqualem, à qua iudicia Arabum pendere dictũ est.

Habeas per pręcedentẽ doctrinã ascensionẽ rectã medij cœli, atq; eidẽ iunge p.90. & cõplebis ascensionẽ obliquã cardinis exoriẽtis, cui ex tabula tui climatis gradũ eclipticæ correspondentẽ, sicut dictũ est, excerpe, atq; eũdem cuspidi primę domus asigna. Secundæ verò domui adscribe similem gradum signi sequentis, & sic deinceps nullo signo omisso donec figura compleatur, procedas. Sed per ascensionẽ rectam medij cœli ex tabula ascensionũ rectarũ locus Eclipticæ correspondens excerpẽdus est, qui in fastigio figuræ designatus cor cœli vocat. Idẽ thema cœli atq; ad eundẽ locũ extructũ iuxta modũ ęqualem.

123.54.



DE CONSTRVCTIONE FIGVRAE COEleſtis iuxta modum rationalem Monteregij ex tabulis æquationis duodecim domorum.

PRIMO videndum eſt, vt ſi tempus propoſitum ciuileſsit, in aſtronomicum tempus modo paulò antè expoſito transformetur.

Secundò ad meridiem diei completi locus Solis ex tabulis motuum vel Ephemeride excerpendus eſt.

Tertiò dictũ locũ, ſeu potiùs gradũ Solis completũ in tabula domorum cœli ad eleuatiõem tui loci, vel ad proximè minorẽ maioremúe tuo loco latitudinem condita, ſub titulo decimæ domus inquire. Quo facto deprehendes ſitum cœli, quæq; ſigniferi partes ſint in ſingularum domorum oriẽtalium initijs tempore meridiei. Quocircà ſi tempus tuum præciſè in meridiem congruit, ſtatim initia dictarum ſex domorũ verſus dextram ſe offerent, nec quicquam amplius ex tabula inueſtigandum reſtabit. Verùm ſi diei ad meridiẽ completæ horę vel horarum ſcrupula adhæſerint, tum in eodem loco tabulæ tempus ad latus ſiniſtrum poſitum deſcribe, cui ſemper pro ſcrupulis graduum 15. Solis gradibus adhærentibus, ſingula horarum ſcrupula (nam 15. ſcrupula ęquatoris exoriuntur ſpatio temporis vnius ſcrupuli) adijcias.

Quartò tempori ex tabula deſcripto iungas tempus tuum in horis & ſcrupulis, ad quod cœli domos fabricare conſtituiſti: id diligenter obſeruans, vt pro ſingulis ſex adiectis horis, ſemper ſingula temporis ſcrupula inſuper adijcias æquationis dierum gratia: nam vna cœli reuolutio horis 24. ſcrup. 4. ferè conficitur. Obſeruabis etiam regulam calculi Aſtronomici, quæ monet, quandocunque ex huiuſmodi horarum compoſitione emerſerit tempus, quod 24. horas excedat, eaſdem 24. horas ex tota congerie eſſe remouendas, & omnino abijciendas, & reliquum ſeruandum.

Quintò has horas & ſcrupula, quæ ex coitu duorum temporum exiſtunt, aut poſt remotionem 24. horarum reſtant, quære in tabula domorum ad latitudinem regionis tuæ condita in margi-

margine eius ſiniſtro, nam è regione verſus dextram offerent ſe initia ſeu cuſpides ſex domiciliorum cœli, nempe decimæ, vndecimæ, duodecimę, primæ, ſecũdæ & tertiæ domorum. Hoc autem modo hemiſphęrio orientali deſcripto, ſex ſtationes occidentales ex oppoſitis ſignis cognoſcuntur. In propoſito exemplo locus Solis eſt part.8.ſcru.54.♊, qui in hoc negotio pro nono gradu completo tutò æſtimatur. Quæro ergo hunc nonum gradum ♊ in tabula ad latitudinem part.42.condita (nam viciniorem Ephemerides vulgatę non habent) ſub titulo decimæ domus, & reperio ad ſiniſtram partem tabulæ tempus à meridie elapſum correſpondens, nempe horas 4.ſc.29. quæ iuncta noſtro tempori pomeridiano, hoc eſt, horis 3.ſc.47. efficiunt horas 8.ſcru.16. qui numerus temporis in ſiniſtra parte tabulæ nõ ad vnguem, ſed proximè maior reperitur, hoc eſt, horæ 8.ſc.17. è cuius regione hemiſphærium orientale deſcriptum occurrit, nempe cuſpis domus decimæ p.2.♌, vndecimæ p.7.♍, duodecimæ p.7.♎, primæ p.27.♎, ſecundæ p.22.♏, tertiæ p.24.♐. Reliquę domus ſex occidentales ex oppoſitis ſignis, vt dixi, cognoſcuntur.

SEQVITVR MODVS ERIGENDI FIGVram cœli ex ſententia autoris.

Ad datum tempus inuenias primo aſcenſionem medij cœli, quæ vt diximus, conflatur ex aſcenſione recta loci Solis & gradibus æquinoctialis, quos tempus à meridie elapſum generat. Deinde huic aſcenſioni rectæ coniunge circuli quadrantem, id eſt, part. 90. & prodibit aſcenſio obliqua aſcendentis, cui partem eclipticæ correſpondentem ex tabula ad latitudinem tui loci condita depromas, atque mox eiuſdem iam iam inuentæ partis eclipticæ arcum tam ſemidiurnum, quàm ſeminocturnum ſupputa, ſupputatique vtriuſque arcus partem tertiam capias. Iam verò vt cuſpides ſex domorum orientalium conſtituas, primò aſcenſioni rectę medij cœli ter ordine adiungas trientem arcus ſemidiurni, vt aſcenſiones rectæ vndecimæ, duodecimæ & primæ domorum prodeant. Deinde aſcenſioni rectæ primæ domus bis adde ordine trientem arcus ſeminocturni, & conflabis aſcenſiones rectas domus ſecundæ & tertiæ. Ad ex-

tremum cùm de parte horoſcopante ex pręcedentibus conſtet, reſtat vt reliquarum quinque domorum, quibus omnibus tabula aſcenſionum rectarum ſeruit, partes congruentes excerpamus. His deprehenſis centra domorum oriẽtalium in promptu habebimus, atque reliquas ſex occidentales per puncta oppoſita ſicut priùs conſtituemus. Veluti in noſtro exemplo, aſcenſio medij cœli eſt part. 123. ſcrup. 55. cui ſi adijciamus circuli quadrantem, id eſt, part. 90. deprehendemus aſcenſionem obliquam aſcendentis part. 213. ſcr. 55. cui in tabula ad latitudinem part. 41. condita correſpondent part. 26. ſcru. 44. Libræ. Huius partis horoſcopantis arcus ſemidiurnus eſt part. 80. ſcru. 52. & eiuſdem tertia portio part. 26. ſc. 57. ferè. Et arcus ſeminocturnus part. 99. ſc. 8. eiuſdemque portio tertia part. 33. ſcru. 3. ferè. His ita ſe habentibus, ſi aſcenſioni rectæ medij cœli ter ordine adijcias part. 26. ſcru. 47. quæ eſt portio tertia arcus ſemidiurni partis horoſcopantis, produces aſcenſionem rectam vndecimæ, duodecimæ & primæ domorum. Ac vndecimę quidem part. 150. ſcru. 42. Duodecimæ verò part. 178. ſc. 29. & denique primæ part. 205. ſcru. 16. Iam ſi triens arcus ſeminocturni, continens part. 33. ſcru. 3. bis ordine adijciatur ad aſcenſionem rectã primæ, prodibit aſcenſio recta ſecundæ & tertiæ. Ac ſecundæ quidem part. 238. ſcru. 19. tertiæ verò part. 271. ſc. 22. Cęterùm in tabula aſcenſionum rectarum aſcenſioni rectę ſtationis vndecimę correſpondent part. 28. ſc. 45. ♏: Duodecimę vero part. 28. ſc. 40. ♐: ſecundæ p. 0. ſc. 30. ♑: tertiæ denique p. 1. ſeru. 14. ♒. Partes Eclipticæ culminantes & horoſcopantes nunquam mutantur, ſed in omnibus modis, hoc eſt, Monteregii, Arabum, autoris, & Campani ſemper reperiuntur & manent eædem. Modum conſtituendi figuras cœli ex ſententia Campani & Gazuli propterea quòd ſit erroneus, hic omitto. Potuiſſem ſimili ex cauſa omittere modum autoris, niſi ob expoſitionem textus adijciendus fuiſſet. Solam enim opinionem Monteregii hic probamus, quæ & Ptolemęi eſt, aut certè ad ipſius ſententiam quàm proximè accedit. Si quis autem eſt, qui Campani quoque de duodecim domibus ſpeculationem ad numeros reuocare cupiat, problema 16. Monteregii adeat.

FIGV

FIGVRA AVTORIS.

123.55.

213.55.

De motibus ☉ & ☽ & quinq; ſtellarum errantium cum ☊ & ☋ Draconis, ad quamcunq; diei horam inueniendis, atque in figuram cœli imponendis.

Integra figura cœli conſtat primò ex deſcriptione 12. domorũ, nẽpe 4. cardinũ, 4. ſuccedentiũ, & 4. cadentiũ. Secũdò ex inſcriptione verorũ locorũ ſeptẽ ſiderũ errantiũ. Itẽ capitis & caudæ Draconis. Tertiò notatione ſtellarũ fixarũ primę & ſecũdæ magnitudinis, quarũ nõ eſt magna latitudo ab ecliptica. Quartò & vltimò ex fortunarũ & reliquarũ partiũ inſcriptiõe. Atq; hactenus dictũ eſt, quomodo ad quodcunq; momẽtum temporis fi-

gura cœli de ſententia tum Monteregii, tum aliorum Aſtrologorum formanda ſit, vt oculis ſubiiciatur, quæ ſigna ſint ſupra terram, & quæ infra terram lateant, & quæ partes dodecatemoriorum in ſingularum domorum cuſpides incidant: reſtat ergo vt reliqua figuræ cœleſtis membra breuiter perficiamus.

Suprà dictum eſt, omnes motus in vſitatis ephemeridibus ſcriptos, ad meridiem diei, cuius numero adherent, eſſe ſupputatos. Cùm autem ſingulis dierum momentis ob continuam ſphærarum motionem iidem motus varientur, neceſſe eſt tradere modum, quo cuiuslibet planetæ motus ad quoduis momentum temporis ex ephemeri ſupputari debeat. Cape ergo motus planetarum, qui è regione propoſiti tui diei aſsignantur, eoſque ordine extra ſcribe, quibus mox eorundem planetarum motus diei immediatè ſequentis ſupernè impone, & minores à maioribus ſubtrahe, nam ſuperatio ſeu numerorum differentia motus planetarum diurnos monſtrabit, ſicut patet in ſequenti exemplo geniturę propoſitę.

	☉ ♊	☽	♄ ♈	♃ ♊	♂ ♏	♀ ♊	☿ ♋	☊ ♐
	gr. ſc.	g. ſc.	gr. ſc.	gr. ſc.	gr. ſc.	gr. ſc.	gr. ſc.	gr. ſc.
22.Maii	9 46	9 10 ♐	28 23	27 29	29 1	27 50	4 21	25 22
21.Maii	8 44	25 6 ♏	28 16	27 16	29 21	26 38	3 12	25 25
ſupe.ſeu mo.diu.	0 57	14 4	0 7	0 13	0 20 ℞	1 12	1 9	0 3 ℞

Poſt hæc procedendum eſt iuxta regulam proportionũ hoc modo: In primo loco ſtatuantur horæ 24. in quas diſtribuitur integer dies naturalis. In ſecundo loco colloca differentias motuum ſeu motus diurnos. Tertium locum occupent horę à meridie elapſę vnà cum ſcrupulis, quorum motus quęrendus proponitur. Numerus quartus, qui ex progreſſu regulę proportionum elicitur, addẽdus eſt ad motum tui diei completi, ſi planeta fuerit directus, id eſt, cùm motus eius in ephemeri ſcriptus creſcit. Quòd ſi fuerit retrocedens, hoc eſt, ſi motus eius in ephemeri ſcriptus minuitur, ab eodem ſubtrahendus eſt, vt motus tempori propoſito cõgruens prodeat. Hic obſeruandũ eſt, Solẽ & Lunã reliquis erronibus eſſe velociores, & ob id nunq̃ retrocedere. Itẽ caput Draconis ſemper in antecedẽtia progredi,

nun-

nunquam in cõsequentia. His omnibus ita obseruatis ad diem 21. Maii completum, horas 3. scru. 47. colliges loca planetarum longitudinis vera ex ephemeridibus Stoffleri supputata, vt sequitur.

☉	part.	8.	sc.	58.	Geminorum.
☽	part.	27.	sc.	19.	Aquarii.
♄	part.	28.	sc.	17.	Arietis.
♃	part.	27.	sc.	18.	Geminorum.
♂	part.	29.	sc.	18.	Scorpii.
♀	part.	26.	sc.	49.	Geminorum.
☿	part.	3.	sc.	23.	Cancri.
☊	part.	25.	sc.	25.	Sagittarii.

Attamen hi motus in hunc modũ collecti duplici de causa adhuc emendandi sunt. Vna est meridianorum distantia, altera æquatio dierum. Sed vtraque sicut ad verum motum Lunæ perscrutándnm est necessaria, ita in colligendis reliquorum Planetarum motibus ob eorum lentam progressionem securè negligitur: præsertim verò tunc, cùm motus stellarum excerpimus ex ephemeridibus, non ad Prutenicũ, sed Alphonsinum calculum accommodatis, & ob id stellarum loca non ad vnguem, sed ὀλιγαλήθῃ nobis ostendentibus. Quapropter relictis sex planetis, cursum Lunę sic corrigere debes. Primò in tabulis regionũ, quales ephemeridibus passim addunt, sub charactere ☾ è regione cuiusuis loci annotata sunt graduũ scrupula, quib' ad tẽpus propositũ ex ephemeri desumptus motus Lunæ ratiõe meridianorũ seu situs loci augẽdus est minuẽdusúe, prout literę A & M ijsdẽ scrupulis adiectæ admonent. Tabula prouinciarũ oppidorũq; insigniorũ, q̃ est prępositа ephemeridib' Stoffleri, nõ habet insertũ locũ nostri exẽpli. Quocirca respiciendũ nobis est ad locũ Hispaniæ, cuius longitudo cum longitudine Vallidoleti conuenit, aut saltem non multum discrepat: qualis est longitudo Cordubæ vrbis, è cuius regione sub charactere ☾ occurrũt sc. 42. quæ vero motui Lunæ adijcienda sunt, quòd meridianus per Cordubam descriptus meridiano Vlmensi, ad quem ephemerides Stofflerus cõdidit, tanto sit occidẽtalior. Ad extremũ scrupula, quæ ratione æquationis dierũ ab eodẽ motu semper auferenda sunt, indicabit angulus communis sequentis tabel-

læ, si in margine eius sinistro ad diem propositum locum Solis, in capite verò tabellæ signum in quo Sol versatur capias, qua ratione in nostro exemplo decem indicantur scrupula, quibus à motu Lunæ sublatis, & illis quæ nobis diuersitas meridianorum peperit eidem adiectis, efficitur motus Lunæ omnibus modis correctus part. 27. scrup. 51. Aquarij.

Sequitur tabella motus Lunæ.

G	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
0	4	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0
2	4	9	10	8	6	8	13	16	14	8	1	0
4	5	9	10	8	6	8	13	16	14	7	1	0
6	5	9	10	7	6	9	13	16	14	7	1	1
8	5	10	10	7	6	9	14	16	13	6	1	1
10	6	10	10	7	6	9	14	16	13	6	0	1
12	6	10	10	7	6	9	14	16	13	5	0	1
14	6	10	10	7	6	10	15	16	12	5	0	1
16	7	10	10	6	6	10	15	16	12	4	0	2
18	7	10	9	6	6	10	15	16	11	4	0	2
20	7	10	9	6	7	11	15	16	11	3	0	2
22	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3
24	8	10	9	6	7	11	16	16	10	3	0	3
26	8	10	9	6	7	12	16	15	9	2	0	3
28	8	10	8	6	7	12	16	15	9	2	0	4
30	9	10	8	6	8	13	16	15	8	2	0	4

DE MOTIBVS STELLARVM EX TABVLIS Prutenicis exactè supputandis.

In Epochis Christi sumitur initium à media nocte diei præcedentis Calendas Ianuarij, quod est recentius seu posterius initio eorum, qui motus à meridiei eiusdem diei præcedentis Calendas Ianuarias auspicantur integris duodecim horis. Vnde manifestum est, à tempore astronomico à meridie deriuato, de quo suprà satis multa diximus, ante omnia duodecim integras horas

horas esse subducendas, vt tempus à media nocte inchoatum remaneat. Vt in nostro exemplo anni 1527. labentis proponuntur dies 21. ad meridiem completi, cum horis 3. scr. 47. à meridie emensis. Quapropter si hinc duodecim horas auferas, facies reliquum tempus à media nocte inchoatum completos dies Maij 20. horas 15. sc. 47. 1ª. Et hoc est primũ in hac nostra supputatione consideratione dignũ. Secundò, tẽpus hoc corrigendũ est per differentiã meridianorũ, hoc est, traducendũ est ad meridianum loci, sub quo motus computant. Id efficies si differẽtiam longitudinis seu meridianorum in tempus commutatam subtraxeris à tempore proposito, cùm loci tui meridianus fuerit orientalior meridiano tabularum, aut eandem eidem coniungas, cùm fuerit occidentalior, eò quòd loca orientalia plures numerent horas, & ob id subtrahendas: occidentalia verò pauciores, & ob id addendas, vt tempus ad meridianum tabularũ pręparatũ existat. Veluti in nostro exẽplo Montis Regij Borusiæ, ad cuius meridianũ tabulæ Prutenicæ sunt conditæ, lõgitudo est par. 46. 45. 1ª. Vallidoleti verò long. part. 8. scrup. 20. Differentia ergo meridianorũ est part. 38. 25. 1ª, quæ conuersa in tempus faciunt horas duas, scrup. 33 $\frac{2}{3}$. tempori proposito addenda, eò quòd Vallidoletum Hispanię vrbs tanto sit Regio monte Borusiæ occidentalior. Quòd si tabula regionum cõpendij gratia vti, atque immediatè ad datum meridianum alium quàm est meridianus tabularũ, loca stellarum supputare velis, id quod hic agimus, quære tuum locum in catalogo locorum, vel ei propiorem, & differentiam temporis adscriptam adde tempori tuo, si adfuerit litera S, vel subtrahe si A adsit, ita vt in nostro hoc negotio contrarium ipsis notis facias. Nostri exempli locus in catalogo prutenico annotatus non est, sed ei loca viciniora, vt sunt Toletum, Corduba, Compostellum, è quorum regione reperitur prior propemodum differentia tẽporis cum litera S indicante, talem differentiam nostro tempori pro horis ad meridianum Regij montis coaptandis esse adijciendam, contrà quàm notæ reuera significant. Nam in Catalogo locorum insignium loca tabularũ orientaliora habent præfixam notam additionis A, occidentaliora verò notam S. Sunt enim hæ notæ destinatę propriè ad tales supputationes, vt idem

motus

Vide præceptũ Prutenicum primum & secundum

motus ad meridianum tabularum supputatus diuersis horis meridiani alterius congruat.

Tertio per locum Solis, quem ephemerides tibi semper facilè exhibebunt, προοθαφαίρεσις seu æquatio dierum instituatur. Veluti in nostro exemplo, quia ephemerides ostenderunt locum Solis in p.9. Geminorũ ferè, Idcirco ex priore Canone ęquatioris dierum naturalium colligitur προοθαφαίρεσις dierũ scrup.$9\frac{1}{2}$.designata titulo S subtractationem indicante. Nam hi tituli A & S locum habent tunc, cùm apparens tempus commutatur in æqualitatem, sed contrarium his titulis faciendum est: cùm ęquale tempus vicissim commutandum est in apparens. Proinde tempus nostri exempli tam ratione meridianorum q̃ ratione ęquationis dierum correctum est, vt sequitur. Anni cõpleti 1526. Menses completi 4. dies 20. horę 18. scrup. $11\frac{1}{6}$.

Ad extremum tempus Iulianum reductum, & ijs modis, quos diximus, astronomicę æqualitati conformatum, accommodandum est Abaco Alphonsino ex tabula congruenti, quę extat folio 7. & sequenti. Nam ratio Alphonsinorum, in qua ob colligẽdos ęquales stellarum motus, tempus Iulianũ ad dierũ sexagenas, & scrupula redigitur, breuior est, & cęteris, vt videtur, aptior. Huius autẽ partis pleniorem instructionẽ petere debes ex tertio pręcepto Prutenico, ad cuius tenorem nostri exempli diagramma solummodo hic describere maluimus, quàm verbosa narratione rem non satis conuenienti in loco obscurare.

		Sexag.	3.	2.	1.	Dies	sc. 1.	2.	3.
Anni	1500		2.	32.	11.	15.			
	26			2.	38.	16.			
Menses anni									
Communis	4.				2.	0.			
Dies	20.					20.			
Horę	18.						45.		
sc. 1.	11.							27.	30.
gr. 2.	10								25.
Summa	2.		34.	51.	51.		45.	27.	55.

Tempus igitur aptum calculo Alphonsino erit 2. sexagenæ tertiæ, 34. sexagenæ secundæ, 51. sexagonæ primæ, dies 51. 45. prima, 27. secunda, 55. tertia. In hunc modum dato tempore ad

vsum

vsum calculi æqualium motuum accommodato, Alphonsinam formam colligendi medios motus stellarum tenere debes. Eam verò hic non describo, cum dilucidè & exemplis sit demonstrata in octauo præcepto Prutenico. Sequitur

ἐπιλογισμὸς τῆς ἰσημερίας προκοπῆς, id est, verę præcessionis æquinoctij supputatio.

Alphonsus deriuat suas supputationes ab intersectione verna, quam omninò mutari notius iam est, quàm vt verbosiùs hic probari debeat. Hinc est cernere causam, ob quam Copernicus & Erasmus puncta æquinoctiorum, sicut nodum Lunæ Anabibazonta & Catabibazonta in præcedentia agi statuunt, & imaginantur duo æquinoctia, medium videlicet & verum: illud quidem quod regulariter, hoc verò quod ἀνομάλως à capite Arietis stellati retrocedat. Est igitur præcessio æquinoctiorum arcus Eclipticæ interceptus inter duos circulos magnos, quorum vterque quidem ducitur per polos Zodiaci, sed alter per primã stellam Arietis stellati, alter verò per punctum ęquinoctii seu veri seu medii ducitur. Differentia autem inter medium & apparens æquinoctium vocatur προσθαφαίρεσις æquinoctiorum, quæ maxima est 71. scrupulorum primorum, 22 $\frac{1}{2}$ scru. secund. vt videre est in Canone Prostaphæreseon octauæ sphæræ. Cùm itaque puncta ęquinoctiorum non sint fixa, rectiùs motus exordiuntur à capite Arietis stellati, principio videlicet certo & in octaua sphęra fixo. Deinde verò pręcessionem ęquinoctiorum ad motus stellarum inuentos addunt, vt vera ipsarum loca ab æquinoctio verno colligant. Vnde perspicuum est, ante omnẽ errantium stellarum supputationem necessarium esse, vt priùs inueniamus, quot partibus ęquinoctium apparens à prima stella Arietis in pręcedentia recesserit. Calculi autem forma est talis: Ad datum tempus rectè pręparatum collige medii æquinoctii verni motum ęqualem, seu æqualem pręcessionem addendo eam cum sua Epocha. Nam in colligendis motibus æqualibus semper Epochę Christi Dei, vel Alexandri, vel Cęsaris, aut alterius initii, à quo motus ęquales deriuantur, pręmittendæ sunt. Deinde eodem labore excerpe simplicem ęquinoctiorum ἀνομαλίαν, qua duplata mox ex cõuenienti Canone Pro-

ſtaphęreſin ęquinoctiorum collige, eandemque ſi opus ſit per partem proportionalem corrige. Et ſi Anomalia duplex ſemicirculo, hoc eſt, partibus 180. minor fuerit, tunc Proſtaphęreſis ab ęquali motu pręceſsionis ſubtrahatur, ſi maior, eadem Proſtaphęreſis cum ęquali motu pręceſsionis ęquinoctiorum coniũgatur, vt in aggregato reſiduoúe vera & apparens ęquinoctiorum pręceſsio ad datum tempus exeat. Regula ergo Anomalię ęquinoctiorum additionis vel ſubtractionis conſentit cum regula additionis & ſubtractionis Anomaliæ Solaris. Iuxta hęc ſupputatio noſtri exempli erit talis, vt ſequitur:

	Sexag.	1ę.	P.	1ª.	2ª.
Simplex Aequinoctiorum pręceſsio.		0.	26.	50.	37.
Anomalia ęquinoctiorum ſimplex.		2.	46.	48.	3.
Anomalia duplicata.		5.	33.	36.	6.
Proſtaphęreſis correcta.		0.	0.	31.	44.

Ea verò cùm Anomalia duplex ſemicirculum excedat, ſimplici ęquinoctiorum pręceſsioni iungenda eſt, quo facto, prodit vera ęquinoctiorum pręceſsio ſex.°. Part. 27.22 1ª, 21 2ª.

ἐπιλογισμὸς τῆς ἡλιακῆς φορφορίας, id eſt, ſupputatio veri ſeu apparentis motus Solaris.

Duos modos ſupputandi verum motum Solis tradidit Eraſmus in ſuis tabulis. In altero vtitur motu Solis ſimplici, qui ęqualiter deriuatur à primo puncto Arietis ſtellati: In altero verò aſſumit motum Solis ab æquinoctio medio deriuatum, quẽ vocat motum Solis compoſitum, eò quòd ſimplici motui tantum adiiciat, quanta eſt ęqualis ęquinoctiorum pręceſsio. Verùm nos alterum duntaxat modum in quo ęquales motus à prima Arietis ſtella fluunt, eò quòd cum ſequentium ſiderum calculo communis ſit, hic breuiter perſtringemus. Eſt autem modus calculi talis.

PRIMO habeas in promptu hęc quatuor.

1. Veram ęquinoctiorum pręceſsionem.
2. Anomaliam ęquinoctiorum ſimplicem, quorum vtrunque ex pręcedenti pręceſsionis ęquinoctiorum ſupputatione aſſumitur.

3. Aequa-

3. Aequalem motum Solis.
4. motum Anomaliæ annuę Solis, qui ab Apogeo medio dependet. } additis vtrobique suis constitutis Epochis.

SECVNDO per anomaliam æquinoctiorum simplicem ex canone Prostaphæreseon Solis duo depromantur, nempe centri Prostaphæresis, & scrupula proportionalia. Est autem hæc centri Prostaphæresis, seu vt vulgò loquuntur, argumenti ęquatio nihil aliud, quàm differentia inter medium & verum Apogeũ, quæ vt ante semicirculum annuæ anomalię Solis additur, ita post semicirculum eidem adimitur, ad habendam veram & correctam Solis Anomaliam.

TERTIO per ęquatam anomaliam vno eodemque introitu in tabulam Prostaphæreseon Solis inquirantur hæc duo, nempe ęquatio seu Prostaphęresis orbis & excessus sequens, cuius quidem pars scrupulis proportionalibus paulò antè reseruatis congruens semper Prostaphæresi orbis adiicienda est, vt absoluta seu correcta æquatio prodeat.

Deniq; si ęquata Anomalia Solis semicirculo fuerit { Minor / Maior } { tunc æquatio orbis correcta } { subtrahitur / adijcitur } { ęquali motui Solis, }

vt verus locus Solis à capite Arietis stellati exeat. Cui tandem si adiiciatur vera ęquinoctii verni pręcessio, abiecto integro cyclo si opus sit, prodibit locus verus Solis ab æquinoctio apparente in signis, partibus & scrupulis. Vt in assumpto nostro exemplo.

	Sexag.	P.	1a	2a	3a	4a
Vera æquinoctiorum pręcessio	0	27	22	21		
Anomalia ęquinoctiorũ simplex	2	46	48	3	5	13
Aequalis motus ☉ simplex	0	40	39	27	21	52
Anomalia ☉ annua	5	28	58	7	16	53
Prostaphæresis centri add.	0	0	55	25	33	48
Scrupula proportionalia	0	0	0	54	35	36
Anomalia ☉ coęquata	5	30	53	32	50	41

Aequatio orbis prima add.	0	0	52	21	38	49
Excessus sequens	0	0	14	55	0	41
Pars proportionalis de excessu addenda	0	0	0	13	34	21
Aequatio orbis coequata add.	0	0	52	34	13	10
Vnde ver⁹ locus ☉ ab ♈ capite	0	41	32	1	34	2
Et verus locus ab æquinoctio apparente	1	8	54	22	34	2

Incidit ergo Sol ad tempus genituræ propositę in p.8. 54 1ª, 22 2ª Geminorum, qui motus à motu Stoffleri ephemeridum penè 5. scrupulis primis dissidet.

ψηφοφορία τῆς σεληνιακῆς κινήσεως, id est, calculus motus Lunaris.

Primo assumuntur ex precedentibus hęc duo.
- 1. Vera equinoctii precessio.
- 2. Motus ☉ æqualis simplex.

Deinde ex tabulis conuenientibus alia duo excerpuntur.
- 1. Lunę à ☉ elongatio.
- 2. Anomalia Lunæ, seu vt vocant, argumentum medium.

His constitutis, statim longitudo Lunæ à Sole duplatur, atque per id duplum, hoc est, per centri epicycli ab Apogeo distantiam inquiruntur duo
- 1. Secundi epicycli, seu vt vulgo vocant, centri Prostaphęresis A vel S.
- 2. Scrupula proportionalia.

Et si elongatio duplata, hoc est, si cẽtrum Lunæ fuerit semicirculo.
- Minus — tunc Prostaphęresis secũdi epicycli — additur — anomaliæ Lunari,
- Maius — adimitur

vt vera

vt vera Anomalia Lunę prodeat. Nam vt in Theoria Lunæ dicitur, quando centrum Lunę est minus sex signis communibus, tunc argumentum verum maius est medio, & econtrà.

His ita se habentibus, per Anomaliam Lunæ equatā quęruntur duo { 1. Aequatio primi epicycli. 2. Excessus sequens, cuius pars minutis proportionalibus congruens semper ęquationi primi epicycli additur, vt vera eiusdem ęquatio prodeat.

Ad extremū si Anomalia Lunę ęquata fuerit semicirculo { Minor / Maior } tunc ęquatio epicycli primi { adimitur / adijcitur } medio motui lōgitudinis, vt vera Lunę distātia à medio loco ☉ exeat.

Nam cùm ☽ in superiore parte epicycli contra successionem signorum procedat, efficitur, vt cùm argumentum verum sex signis communibus minus est, linea medij motus lineam veri motus pręcedat, & econtrà.

Porro explorata iam vera distantia Lunę à ☉, adijciendus est ei motus ☉ simplex à prima stella Arietis: quo facto, vera Lunę à prima stella Arietis distantia prosiliet. Huic si denique adiicias veram ęquinoctii verni pręcessionem, prodibit Lunę ab ęquinoctio verno vera distantia in signis signorumq; partibus.

Sequitur ad datum tempus διάγραμμα τοῦ τῆς σελληνιακῆς κινήματος.

	Sexag.	P.	1ª	2ª
Vera ęquinoctii pręcessio.	0	27	22	21
Motus ☉ simplex ęqualis	0	40	39	27
Lunę à ☉ elongatio	4	15	8	30
Anomalia Lunę	3	29	2	45
Elongatio à ☉ duplata	2	30	17	0
Prostaphęresis duplati add.	0	5	8	36
Scrup. proportionalia			46	42
Anomalia Lunę coęquata	3	34	11	21

Prostaphęresis eius add.	0	2	58	53
Excessus sequens	0	1	50	6
Pars sc. proportionalib. cõgruẽs.	0	1	43	2
Prostaphęresis primi epicycli absoluta add.	0	4	41	55
Vera ☽ à ☉ elongatio	4	19	50	25
Et verus locus ☽ à capite ♈	5	0	29	50
Deniq; verus locus ☽ ab ęquino.	5	27	52	13

Habet itaque Luna ad datum tempus iuxta hanc supputationem part. 27. sc. 52 1a, Aquarij.

DE VERIS LOCIS LIMITVM NODORUMQ; ☾ inueniendis.

Quid sint nodi & limites Lunæ suprà abundè dictũ est. Forma autem calculi in præcepto Prutenico 26. tradita, quam nũc ostendere debemus, hæc est. Ad datum tempus inuenies hęc quatuor. 1° Aequalem motum simplicem Solis. 2° Aequalem motum simplicem Lunæ à Sole. 3° Veram æquinoctiorum præcessionem. Atque hæc tria ex præcedentibus licet assumere. 4° Aequalem motum latitudinis Lunæ, qui ad propositum tẽpus deprehenditur sexag. 5. part. 27. scrup. 38. 1a, 42. 2a. His ita deprehensis, conijce in vnam summam motum ☉ simplicem cum elongatione Lunæ à Sole, & prodibit Lunæ à prima stella Arietis ęqualis longitudo sexag. 4. part. 55. scrup. 47. 1a. 57. 2a. Hinc subtrahe æqualem motũ latitudinis Lunæ, vt reliquam facias borei limitis à capite Arietis stellati distantiam sexag. 5. part. 28. scr. 9. 1a. 15. 2a. Hinc rursus abijcias circuli quadrãtem, hoc est, part. 90, vt ☊ distantia à principio Arietis stellati prodeat sexag. 3. part. 58. scr. 9. 1a. 15. 2a. Ad extremum si vtriq; harum distantiarum adiunxeris veram ęquinoctii pręcessionem, habebis vtriusq; ab apparenti æquinoctio distantiam, nodi quidem Lunam euehentis sexag. 4. part. 25. sc. 31. 1a. 36. 2a. Borei limitis verò sexage. 5. part. 55. scru. 31. 1a. 36. 2a. Est ergo caput Draconis Lunæ in part. $25\frac{1}{2}$ ferè Sagittarij: Boreus limes verò in par. $25\frac{1}{2}$ Piscium. Cæterùm cauda & limes australis in locis ex diametro oppositis semper reperiuntur.

SEQVI-

SEQVITVR SVMMA 28. ET 29. PRAECEpti Prutenici, de inueniendo vero motu latitudinis Lunæ à boreo limite, & hoc deprehenso, quomodo vlteriùs vera latitudo Lunæ exploranda sit.

Primò ad assumptum tempus inuenias æqualem motum latitudinis Lunæ. Deinde habeas primi epicycli Lunę prostaphæresim absolutam, quam sicut in calculo Lunæ pręceptum est, auferes à motu latitudinis, si coæquata anomalia Lunæ minor semicirculo fuerit, vel eidem adiungas, si semicirculum excesserit. Hoc enim pacto verum motum latitudinis Lunæ conficies, quem dictæ tabulæ ad imitationem Ptolemæi & Copernici nõ à nodo euehente, vt fit in Alphonsino Abaco, sed à boreo limite deducunt. Itaque si huic latitudinis Lunæ vero motui quadrantem circuli adijceres, produceres eum arcum, quem Alphonsini nominant argumentum latitudinis Lunę, verùm à capite Draconis, vt vocant, per cõsequentia signa deductum, quo sanè minimè indiget calculus Prutenicus, quo per veri motus latitudinis Lunæ à boreo limite arcum, veram Lunę ab ecliptica latitudinem venari docemur. Exemplum: Ad datum tempus nostrum medius latitudinis Lunæ motus inuentus est sexag. 5. part. 27. scrup. 38. 1ª. 42. 2ª. Et Prostaphęresis primi epicycli absoluta par. 4. scru. 42. 1ª 55. 2ª addẽda, eò quòd coęquata anomalia semicirculo sit maior. Verus igitur motus latitudinis seu borei limitis est sexag. 5. part. 32. scr. 20. 1ª 37. 2ª, cuius adminiculo veram Lunę ab Ecliptica latitudinem supputamus hoc, qui sequitur modo. Quando verus motus latitudinis vel nihil est, vel integer semicirculus, tunc latitudo Lunę maxima, nempe part. 5. existit, borealis quidem, quando nihil est motus ille latitudinis Lunę verus: australis verò, quando idem ille motus semicirculum complet. Sed vbi dodranti exequatur, Luna omninò expers est latitudinis, tenetq; nodum euehẽtem, vnde paulatim in Aquilonem assurgit. Quando verò quadranti exęquatur, tunc Luna similiter caret latitudine, tenetq; nodum κατα-βιβάζοντα, vnde à plano Solari paulatim in Austrum declinat. Extra hęc loca motus latitudinis Lunę cùm reperitur, tũc Canon

non latitudinis Lunę integer, qui extat folij 135. columna secunda, tam quantitatem quàm qualitatē latitudinis Lunę tibi facilè ostendet. Veluti in nostro exemplo, cùm verus motus latitudinis sit sexa. 5. par. 32. scrup. 20. 1ª 37. 2ª, hoc est, dodecatemoriorum 11. part. 2. scr. 20. 1ª 37. 2ª. Idcirco huic numero dodecatemoriorum & partium in dicto Canone congruit latitudo Lune borealis ascendens part. 4. scrup. 25. 1ª. 39. 2ª.

Ἐπιλογισμὸς τῆς ψηφοφορείας τῶν τε πλανωμένων ♄♃♂♀ & ☿, hoc est, Expositio calculi veri motus quinque stellarum errantium.

Ante omnia sint in promptu hæc quatuor. 1° Vera æquinoctiorum præcessio. 2° Simplex æqualis motus ☉: Hæc duo ex præcedentibus assumuntur. 3° Planetę πρόλαξις, id est, commutatio, seu vt Alphonsini vocant, argumentum Planetæ medium, hoc est, ille arcus epicycli, qui ab Apogeo medio ad planetam vsque per consequentia signa extenditur. 4° Apogeon Planetæ in secunda significatione, vt vulgo loquuntur, quod ab Arietis prima stella numeratur. Quapropter si huic adderes æquinoctij verni præcessionem, Apogeon ab æquinoctio verno ad datum tēpus innotesceret. Cæterùm Veneris Apogeon semper vnum eundemq; locum sub sphæra fixa obtinet, distatque à prima stella Arietis sexag. 0. part. 48. scrup. 21. 1ª ferè iuxta Copernicum.

Hæc quatuor plenam quinque errantium stellarum supputationem nobis suppeditant. Nam cùm tam motus Anomaliæ commutationis, quàm longitudinis certa ratione atque harmonia cum motu Solis consentiat, non est necessarium, vt præter motum Solis simplicem, vterq; Anomaliæ & longitudinis motus Planetæ æqualis laboriosè ex tabulis quæratur, cùm vnus ex his sufficiat. Nam motus Anomaliæ à medio motu Solis subtractus, relinquit Planetæ motum æqualem in longitudinem, & id in tribus superioribus. Veneris autem & Mercurij motus simplices perpetuò cum motu Solis simplici consentiunt: sunt enim τοῦ ἡλίου ξυνόδρομοι καὶ ἰσόδρομοι ἢ ὁμόδρομοι, quemadmodum in elementis & Hypothesibus motuum hæc copiosè explicantur,

plicantur. His itaq; quatuor constitutis, aufer æqualem commutationis planetæ motum ab æquali Solis motu simplici, vt æqualis longitudinis planetæ motus à capite Arietis stellati prodeat, idque tantùm in tribus superioribus. Nam ♀ & ☿, vt modò dicebamus, æqualem motum longitudinis semper eundem seu communem cum Sole obtinent. Hinc vero à motu longitudinis iam deprehenso, mox aufer Apogeon planetę in secunda significatione, & remanebit Anomalia Eccentri, seu vt vulgò vocant, centrum medium.

Deinde per Anomaliam Eccentri quæruntur duo
- 1. Prostaphæresis seu æquatio Eccentri, hoc est, arcus inter lineam medij & veri motus epicycli iacens. Hæc profecto nulla est centro epicycli Apogeum vel Perigeum lustrãte, maxima verò per longitudines medias eunte.
- 2. Scrupula proportionalia.

Et si Anomalia Eccentri semicirculo fuerit
- Minor — æquatio Eccẽtri — aufert — tam medio motui longitudinis, quàm Anomalię Eccentri, vt vtrũque coæquetur, quemadmodũ ipsi quoq; tituli adscripti huic ordini Prostaphęresęon per se indicãt
- Maior — æquatio Eccẽtri — adijcit

Contrarium autem faciendum est pro habenda vera Anomalia commutationis. Alternatim enim pariter sese excedunt & exceduntur, cùm arcus æquationis Anomaliæ Eccentri & commutationis epicycli inter se sint proportionales & similes, atq; ob id ex tabulis deprompto vno habeatur & reliquus.

Postea per cõmutationẽ planetæ ęquatam ex tabulis Prostaphæreseon quæruntur duo
- 1. Prostaphæresis seu æquatio orbis.
- 2. Excessus sequens, cuius pars scrupulis proportionalibus congruens æquationi orbis semper adijcienda est, vt parallaxis seu ęquatio orbis absoluta exeat.

Et si Anomaliæ cõmutatio fuerit semicirculo. { Minor / Maior } tunc Prostaphęresin orbis absolutam { adde / subtrahe } motui epicycli in longitudinẽ coequato,

vt verus locus sideris à cornu Arietis prodeat. Huic si adijcias veram æquinoctiorum præcessionem, verus locus planetæ ab apparenti æquinoctio prosiliet.

Sequitur ad datum tempus διάγραμμα τῆς ἀνωφορίας ♄.

	Sexag.	P.	1ª	2ª
Vera æquinoctij pręcessio.	0	27	22	21
Solis simplex æqualis	0	40	39	27
Parallaxis seu Anomalia orbis.	0	39	46	33
Apogeon	4	0	33	51
Aequalis motus centri epicycli	0	0	52	54
Anomalia eccentri	2	0	19	3
Prostaph.anomal. eccen.subt.	0	5	46	49
Sc.proportionalia	0	0	41	5
Anomalia Eccentri æquata	1	54	32	14
Motus centri epicycli verus	5	55	6	5
Anomalia orbis coęquata	0	45	33	22
Prostaphęresis orbis prima add.	0	3	55	58
Excessus sequens	0	0	26	13
Pars sc.proportionalib.cõgruens	0	0	17	57
Prostaphæresis orbis absolu.add.	0	4	13	55
Ergo verus locus ♄ à capite ♈	5	59	20	0
Et verus eiusdẽ ab ęquino.app.	0	26	42	20

Incidit ergo ♄ in Arietis part.26.sc.42 1ª,21 2ª.

ἀνωφορία ♃.

	Sexag.	P.	1ª	2ª
Anomalia orbis	5	42	24	43
Apogeon	2	38	31	27
Aequalis motus centri epicycli	0	58	14	44
Anomalia eccentri	4	19	43	17

Prosta-

Prostaphæresis anoma.ecc.add.	0	5	11	10
Sc.proportionalia	0	0	31	19
Motus verus centri epicycli	1	3	25	54
Anomalia eccentri æquata	4	24	54	27
Anomalia orbis coęquata	5	37	13	33
Prostaphæresis eius subt.	0	3	27	24
Excessus sequens	0	0	16	45
Pars eius sc.proport.congruens	0	0	8	44
Prostaphęresis orbis absol.sub.	0	3	36	8
Vnde distantia ♃ à capite ♈	0	59	49	46
Et distantia eiusdem à sectione verna	1	27	12	7

Incidit ergo ♃ iuxta hãc supputationem in II part. 27.sc.12 1ª.

ψηφοφορία ♂.

	Sexag.	P.	1ª	2ª
Anomalia orbis	2	52	20	39
Apogeon	1	59	57	16
Martis motus æqualis	3	48	18	48
Anomalia eccentri	1	48	21	32
Prostaphæresis anoma.ecc.sub.	0	10	49	6
Scrup.proportionalia			29	56
Anomalia eccentri æquata	1	37	32	26
Verus motus centri epicycli	3	37	29	42
Anomalia orbis coæquata	3	3	9	45
Parallaxis orbis subt.	0	4	43	42
Excessus sequens	0	3	35	31
Pars sc.propor. congruens add.	0	1	47	31
Parallaxis orbis absoluta subt.	0	6	31	13
Distantia ♂ à capite ♈	3	30	58	29
Et distantia eiusdem ab æquinoctio vero	3	58	20	50

Incidit ergo ♂ iuxta hanc supputationem in Scorpij part.28. scrup.21 1ª ferè.

ψηφοφορία Veneris.

	Sexag.	P.	1ª.	2ª.
Commutatio	0	43	6	13
Simplex æqualis	0	40	39	27

Apogeon	0	48	21	0
Anomalia eccentri	5	52	18	27
Prostaphæresis anoma.ecc.add.	0	0	15	53
Scrupula proportionalia			0	10
Anomalia eccentri coæquata	5	52	34	20
Motus epicycli verus	0	40	55	20
Anomalia orbis ęquata	0	42	50	20
Parallaxis orbis add.	0	17	36	4
Excessus sequens			18	34
Pars scrup. proport. congruens				3
Parallaxis orbis absoluta add.	0	17	36	7
Distantia ♀ à capite ♈	0	58	31	27
Distantia eiusdē ab æquinoctio	1	25	53	48

Tenet ergo ♀ part.25.sc.53 1ª.48 2ª Geminorum.

Φοφορία Mercurij.

	Sexag.	P.	1ª	2ª
Commutatio.	2	6	27	13
Simplex æqualis	0	40	39	27
ἀπόγειον	3	31	7	21
Anomalia eccentri	3	9	32	6
Prostaphæresis ano. eccen.add.	0	0	32	51
Sc.proportionalia			52	48
Motus epicycli verus	0	41	12	18
Anomalia eccentri coæquata	3	10	4	57
Anomalia orbis coęquata	2	5	54	22
Parallaxis orbis add.	0	18	6	26
Excessus sequens	0	5	8	14
Pars scrup. proport. congruens	0	4	31	14
Parallaxis orbis absoluta.	0	22	37	40
Distantia ☿ à capite ♈	1	3	49	58
Distantia eiusdem ab ęquinoct.	1	31	12	19

Habet ergo ☿ part.1. scrup.12 1ª ferè Cancri, qui motus plus quàm integris duabus partibus à calculo ephemeridum ex Alphonsinis tabulis deriuatarum discrepat. Anomaliæ eccentri coæquationem, motus stellarum in longitudinem supputantes omittere poteramus. Verùm nos huius quoque coæquationem vbique ideo adiecimus, quòd per coęquatam Anomaliam eccentri

centri & absolutam anomaliam commutationis præter multa alia alibi explicanda, latitudines quoque quinque stellarum errantium iuxta præceptum 81. & 82. Prutenicum supputandæ sint. Est itaque in nostro exemplo latitudo ad hunc modum supputata. Saturni meridionalis & ab apogeo eccentri descendentis part.2.sc.4 1a,20 2a ferè. Iouis meridionalis ascendentis part.0.sc.28 1a,27 2a. Martis meridionalis descendentis part.0. sc.52 1a,17 2a. Veneris septentrionalis ascendentis, p.0.sc.59 1a, 14 2a. Mercurii septentrionalis descendentis part.1.scr. 46 1a.

Loca denique vera fixarum tam longitudinis quàm latitudinis sic venabere: E canonica ipsarum descriptione excerpenda est stellæ longitudo à capite Arietis stellati, ac mox deinde huic longitudini adijcienda est ęquinoctij verni pręcessio vera, vt longitudo stellæ ab apparenti æquinoctio in partibus exeat. Has partes si per 30. secemus, facilè deprehendemus, in quo dodecatemorio & in qua parte eiusdem stella versetur. Exempli gratia, sit inuenienda cœli pars, in qua ad datum genituræ tempus hæret λαμπαδίας, palilicium Romanis dicta. Longitudo eius à capite Arietis in Asterismo Tauri annotatur part.36. Latitudo verò australis p.5.sc.10 1a, quæ in fixis nunquã mutatur, & ob id nulla vlteriore correctione indiget. Sed ęquinoctij vera pręcessio suprà inuenta est part.27.scru.22 1a,21 2a. Idcirco hęc coniuncta cum longitudine stellæ efficit part.63.scru.22 1a, 21 2a, quæ per 30. sectę produnt duo signa cum par.3. scru.22 1a, 21 2a. Incidit ergo Palilicium in p.3.sc.22 1a,21 2a Geminorum. Item βασιλίσκος, id est, regulus habet longitudinem à capite ♈ p.115.sc.50 1a, cum latitudine boreali p.0.sc.10 1a. Addita verò æquinoctij præcessione vera ad stellæ longitudinem, produces eiusdem ab apparenti ęquinoctio remotionem part.143. sc.12 1a,21 2a, quæ sectæ per 30. faciunt dodecatemoria 4. relictis p.23.sc.12 1a, 21 2a. Incidit ergo Regulus ad datum tempus in p. 23.sc.12 1a,21 2a Leonis. Similiter cęterarum fixarum vera longitudinis loca supputari possunt. Ad extremum cum loca stellarum exactè supputata themati cœli inseris, perpende quę cœli stationes complectantur dodecatemoria, in quibus stellæ versantur. Nam singulæ stellæ describendę sunt in domibus, quarum cuspides partes dodecatemoriorum in quibus hęrēt, com-

plectuntur, obseruata tamen graduum serie & multitudine. Veluti in nostro exemplo locus Solis est p. 8. sc. 54 1a Geminorũ. Id dodecatemorion cùm inueniatur in domo octaua & nona, & pars eius octona seu potius nouena sequens cuspidem octauæ & antecedens cuspidem nonę, incidat in domum octauam, idcirco locum Solis quoque in octauam domum inserere debemus. Et eadem ratione reliquæ stellæ stationibus cœli reliquis in quas incidunt, sunt inserendę, prout videre est in figuris suprà descriptis. Alij subtiliùs hæc persequuntur, habita ratione non saltem stellarum longitudinis, sed & latitudinis. Hoc quoque modo stellę latitudine aliqua præditę si in partibus signorum in medio vel circa medium alicuius domus existentibus reperiantur, non aliter ac si latitudine carerent, in easdem domos rectè collocabuntur. Quòd si planeta habeat effatu dignã latitudinem, & præterea prope cuspidem alicuius domus fuerit, fieri posse ostendunt artifices, vt aliàs in domum sequentem, aliàs in præcedentem propter ipsius ad latera discessum incidat. Sed huius rei exactam dijudicationem petere debent qui volent, ex problemate tabularum 21. Monteregij. Mihi hęc cura superflua, & quòd magis est, à sententia Ptolemæi aliena esse videtur. Nam Ptolemęus cùm latitudines planetarum in directionibus neglexerit, consentaneum est, eum multo magis posthabuisse easdem in distributione stellarum per domos figurę cœli, præsertim cùm vim stellis tribuat, vt infrà latiùs patebit, non ex loco latitudinis, sed ex partibus Eclipticę, quę definiuntur per lineas, per centra stellarum, & per vtrunque polum Eclipticæ transeuntes. Veluti Palilicium habet vim circa medietatem quartæ partis Geminorum, non quòd orbis radiorum eius eò vsque se extendat, sed quia linea per centrum stellæ & polos Zodiaci ducta per dictum punctum Eclipticæ transeat. Atque hæc de constitutione figuræ cœlestis hic dixisse sufficiat. Nam de sorte & alijs partibus inueniendis infrà in differentia quinta dicetur.

I *Quarta autẽ pars quæ est ab ascendente vsq; ad medium cœli, quæ est domus duodecima, vndecima & decima, dicitur quarta pars orientalis, masculina & ad-*

ueniens,

ueniens: significat initium vitæ: & vocatur puerilis, sanguinea, vernalis. Et pars alia quæ est à medio cœli vsque ad gradum occidentalis signi, id est, septimæ, qui est super circulum hemisphærij occidentalis, quæ est domus nona, octaua & septima, est meridiana, fœminea, recedens: significat mediam ætatem: & vocatur profectio iuuentutis, æstiualis, cholerica. Tertia quoque pars, quæ est ab occidente vsq; ad gradum quartæ domus, qui est super circulum meridiei sub terra, quæ est domus sexta, quinta & quarta, est occidentalis, masculina, adueniens: significat finem vitæ: & vocatur autumnalis, melancholica, & est senilis: & est mediocris ætatis. Quarta pars, quæ est à quarta domo vsque ad ascendens, quæ domus est tertia, secunda, atque ascendens, est septentrionalis, fœminina, recedens. [redacted] :Et vocatur hæc pars senilis, defectiua, flegmatica, hyemalis.*

*hoc est, senii primi nondũ deficientis.

2 *Et illæ duæ partes, quæ sunt à medio cœli vsque ad ascendens, & ab ascendente vsque ad quartam domum, faciunt medietatem, quæ vocatur medietas ascendens. Reliquæ partes, quæ sunt à quarta domo vsque ad septimam, & inde ad medium cœli, constituunt medietatem descendentem vocatam.*

3 *Et quicquid fuerit super terram ex circulo, id est,*

pars

pars circuli ſuperior, dicitur dextra: & quæ ſub terra latet, id eſt, pars inferior, dicitur ſiniſtra.

4 *Et aſcendẽs & quarta & ſeptima & decima alamed, id eſt, quas nos angulos vocamᵒ, vt pulchriùs ſonet. Et ſecunda domus, octaua & quinta & vndecima, ſuccedentes angulis vocantur. Tertia autem & ſexta, nona & duodecima cadentes ab angulis dicuntur.*

5 *Cùm ergo Planeta in angulis vel eius ſuccedentibus fuerit, dicitur proficere: & ſi fuerit in cadentibus ab angulis, dicitur deficere.*

6 *Et vnaquæq; iſtarum domorum ſignificat aliquid de eſſe hominum.*

Quarta autẽ pars, &c.

1 Hoc eſt alterum membrum diſtributionis cœli fortuitæ. Poſtquam enim breuiter attigit cœli partitionem in partes inſtabiles, iam earundem partium cum ſubiectis rebus ζωοικείωσιν ſeu familiaritatem deſcribere intendit. Ac orditur hoc negotium à cœli quadrantibus, qui horizonte & meridionali circulo diſtinguuntur, atque eoſdem, vt ſuprà in expoſitione partiũ cœli ſtabiliũ fecit, tẽporibus anni, plagis mundi, ſexui, ætatibus & quatuor humoribus comparat. Sicut autem diurnus ſeu ipſius æquinoctialis motus, qui harum inſtabilium partium effector eſt & commutator aſsiduus, motui alteri, ſtellis per ſigniferum diſcurrentibus proprio aduerſatur: ita quoque numeratio ſeu ſeries ſeu ordo quartarum cœli inſtabilium ſtabilibus opponitur, inq; aduerſam partem mundi protẽditur. Etenim quadrantes ſtabiles, de quibus ſuprà diximus, quos duo circuli per polos ſigniferi & puncta cardinalia tranſeuntes faciunt, numerantur per ſigna conſequentia: hi verò quos meridionalis & finiens complectuntur, per præcedentia. Hinc efficitur, vt quadrãs qui eſt ab ortu ad meridiem, primus ſit: qui inter horizonta occidentalem & cœli medium ponitur, ſecundus: qui inter occaſum, & noctem mediam, tertius: denique qui imo cœli & finiente orientali concluditur, quartus. Quod ad

τὰ τῆς ὡρῶν τεταρτημόρια.

τὸν ὁρίζοντα δ' τὸ πρὸς κοιλίαν.

ſexum

ſexum quartarum attinet,concordat hic autor cum Ptolemęo, vterque enim quadrantem primum & tertium maſculinum,ſecundum & quartum fœmininum facit. Verba autē Ptolemæi de hac re ſunt hæc: καὶ εἴτε λέγουσι τοὺς ἀστέρας θηλύνεσθαι ἢ ἀρρενοῦσθαι πρὸς τοὺς πρὸς τὸν ὁρίζοντα σχηματισμοὺς, εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἀπὸ ἀνατολῆς μέχρι μεσουρανήματος ἢ καὶ ἀπὸ δύσεως μέχρι πάλιν τοῦ ἀνειλημμένου μεσουρανήματος σχηματισμοῖς, ὡς ἀπηλιωτικοὺς ἀρρενοῦσθαι: ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ τεταρτημορίοις, ὡς δυτικοὺς θηλύνεσθαι, hoc eſt, Stellas præterea maſculeſcere & effœminari aiunt pro eo atq; erga horizontis figurationes ſeſe habuerint. Maſculæ enim ſunt veluti orientales in quadrante ab ortu ad medium cœli,& ab occaſu ad imum medium cœli: In reliquis verò duobus quadrantibus fœmineæ ſunt tanquàm occidentales. Hinc manifeſtū eſt,artifices velle iuxta mundi ad meridionalem circulum aſcenſum vel ab eodem deſcenſum mutari energiam agendi & ſexum Planetarum. Primò enim ab horoſcopo ad medium cœli vſque ſemper altiùs ſubeunt, mox deinde à meridiano cœli faſtigio vergentes ad occaſum deſcendunt:& rurſus ab occaſu imum meridianum accedentes aſcendunt, & denique hinc donec ad ortiuum horizonta peruadant,deſcendunt.Hac ratione autor quoque primum & tertium quadrantes aduenientes, reliquos verò duos recedentes nominauit. Hanc viam veram eſſe clarè nobis oſtendit opus Lunæ,quæ ad vtrumuis meridianum ſcandens magno impetu marinarum aquārum affluxus ciet: & econtrariò à meridiano ad occidentalem vel orientalem horizonta delabens,eaſdem remittit atque refluxus efficit. His ita ſe habentibus, perſpicuus eſt vulgatus error, duos cōtinuos quadrantes orientalem medietatem conſtituentes,maſculos, reliquos verò duos quòd in occidentali medietate ponantur, fœmineos nominantium. Nam medietas mundi ortiuo horizonte diſtincta,nominatur medietas aſcendens,& huic oppoſita deſcendens,reſpectu ſolius puncti verticalis, & non ratione vtriuſque meridiani,ſuperioris videlicet & ſubterranei, quod hic potiſsimùm ſpectamus. Vtilis eſt huius rei noticia cùm ad cognoſcendum robur ſtellarum, tum verò ad dijudicandos maſculorum & fœmineorum fœtuū ſignificatores. Primus quadrans orientalis, ſecundus meridionalis,

tertius occidentalis, quartus borealis etiam à Ptolemæo dicitur. Ac de orientali & occidentali plaga nullum est dubium. Sed cur imum cœli perpetuò latens septentrioni perpetuò apparenti, & vice versa, medium cœli perpetuò apparens plagæ meridionali perpetuò latenti tribuitur? Id fit propter similitudinem qualitatum. Nam vt medius dies extremi caloris est initium, ita à parte australi & à zona torrida summus calor procedit. Et medium noctis initium est maximi frigoris, cuius causa etiam boreas existit. Cæterùm autor eosdem hos quadrantes ad tempora anni, ætates & humores comparans Ptolemæum relinquit, & communem vulgatamque de hac re opinionem sequitur. Nam primam partem mundi inter orientalem horizonta & medium cœli positam veri, secundam æstati, tertiam autumno, quartam hyemi assimilat. At Ptolemæus contrà primũ quadrantem siccum, secundum calidum, tertium humidum, quartum frigidum facit. Sanè in secundo & quarto quadrante fermè cõueniunt, in primo verò & tertio discrepant. Vult enim Ptolemeus partem ortiuam non instar veris humidam, sed potius siccam, & partem oppositam quæ ab occasu ad cœli imum protenditur, non instar autumni siccam, sed potius humidam existere, vt totus dies siccus, totaq; nox humida constituatur. Verba eius hæc sunt: ὁμοίως δὲ καὶ τὴν δ' τοῦ δείξοντος τόπων τῶν δ' γωνιῶν, ἀφ' ὧν καὶ οἱ καθ' ὅλα μέρη πνέοντοι ἄνεμοι τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, ὁ μὲν πρὸς τὰς ἀναβολὰς αὐτός τε τὸ πλέον ἔχει ἐν τῷ ἔαρι, διὰ τὸ κατ' αὐτὸν γινομένου τοῦ ☉, τὰ ἀπὸ τῆς νυκτὸς ὑγροβόντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι ξηραίνεσθαι, οἱ δ' ἀπ' αὐτοῦ πνέοντοι ἄνεμοι, ὃς κοινότερον ἀπηλιώτας καλοῦσιν ἄνυδροί τε εἰσὶν καὶ ξηραντικοί. ὁ δὲ πρὸς μεσημβρίαν τόπος, αὐτός τέ ἐστι θερμότατος διά τε τὸ πυρῶδες τὴν τοῦ ☉ μεσουρανήσεων, καὶ διὰ τὸ ταύτας κατὰ τὸν τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης ἔγκλισιν, πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον ἀποκλίνειν: οἵτε ἀπ' αὐτοῦ πνέοντοι ἄνεμοι ὃς κοινῶς νότος καλοῦμεν, θερμοί τέ εἰσι καὶ μανωτικοί. ὁ δὲ πρὸς ταῖς δυσμαῖς τόπος, αὐτός τέ ἐστιν ὑγρός, διὰ τὸ κατ' αὐτὸν γινομένου τοῦ ἡλίου, τὰ ἀπὸ τῆς ἡμέρας αὐαποβέντα τότε πρῶτον ἄρχεσθαι διυγραίνεσθαι: οἵτε ἀπ' αὐτοῦ φερόμενοι ἄνεμοι, ὃς κοινότερον ζέφυρος καλοῦμεν, νεαροί τέ εἰσι καὶ ὑγραντικοί. ὁ δὲ πρὸς ταῖς ἀρκτοῖς τόπος, αὐτός τέ ἐστι ψυχρότατος, διὰ τὸ κατὰ τὸν τῆς

Lib. 1. cap. περὶ τῶν τῶν ὡρῶν τῶν δ' γωνιῶν διωρίσεως, id est, De anni cẽporibus & quatuor angulorum natura.

τῶν τὴν ἡμετέρας οἰκουμένης ἑξηκλισιν τὰς τῆς ὀρθότητος αἰτίας τῶν τῶν ☉ μεσουρανήσεων πλέον αὐτῶν διεσάναι, ὥσπερ τῶν ☉ ἀνάμεσουρανήσεων: οἵτε ἀπ' αὐτῶν πνέοντες ἄνεμοι οἱ καλούμενοι κοινῶς βορέαι ψυχροί τε εἰσι καὶ πυκνωτικοί, hoc eſt: Ad eundē modum diſtribuuntur etiam quatuor finientis anguli, ex quibus venti totas illas partes occupantes naſcuntur. Ac orientalis quidem ariditatis plurimum habet: quòd cùm ibi Sol eſt, tum per noctē excitata humiditas deſiccari incipiat. Et hinc ſpirantes venti, quos communiter ſubſolanos vocāt, aridi ſunt & auram deſiccantes. At plaga meridionalis calidiſsima eſt, & propter Solis in cœli medio flammationes, & quòd Solis illæ culminationes in noſtrarum regionum ſitu ad auſtrum maximè inclinent. Venti quoque hinc ſpirantes, quos nothos ferè vocamus, calidi ſunt & rarifici. Cæterùm locus occidentalis humidus eſt, quòd Sole eum perluſtrante, humiditas per diem exhauſta tum primùm diffundi incipiat. Venti quoque hinc erumpentes, quos fauonios nominant, teneri ſunt & madidi. Verùm locus ſeptentrionalis frigidus eſt, propterea quòd pro ſitu noſtræ terræ à Solis culminationibus calorem efficientibus longiſsimè abſit, perinde atque Sol, dum ſubterraneum meridionalem conſcendit, à nobis abeſt longiſsimè. Et venti qui inde ſpirant, communi appellatione aquilones dicti, frigidi ſunt & congelatores. Ex his omnibus manifeſta eſſe poteſt & Arabum & Ptolemæi de quartarum mūdi natura tam traditio quàm ἀκολουθία, hoc eſt, quatenus illi inter ſe conſentiant vel diſſentiant. Sed quomodo hæc diuerſitas opinionum concilianda ſit, aut ſi omnino conciliari nequeat, quomodo altera ſententia reiecta, reliqua naturæ conſentientibus rationibus approbanda & defendenda ſit, non ita clarum neq; in promptu: imò verò difficilimum eſſe videtur. Neq; enim veriſimile eſt, Ptolemæum in his ſubitò mutabilibus cœli partibus, quæ meridionali & finiente circulis diſtinguuntur, abſq; graui aliqua cauſa receſsiſſe ab vſitato & à natura recepto ordine, quem fideliter obſeruauit non tantū in quatuor anni temporū quadrātibus, verū etiā in aliarū ſtellarū ad Solē cōfigurationib'. Sicut em̄ ver calidū & humidū: eſtatē calidam & ſiccam: autumnum, ſiccū & frigidum: hyemem frigidam & humidam fecit: eodem modo poſtea ſtellas à prima

emersione Solis ad quadrãgularem vsq; cũ Sole cõfigurationẽ instar veris humidas: à prima quadra ad oppositionẽ, vt æstatẽ, calidas: ab oppositiõe ad quadrã secundã, vt autumnũ siccas: & deniq; hinc ad occultationẽ vsq; frigidas esse tradidit. Hic naturalis ordo planè requirere videt, vt ad eundẽ modũ quatuor mundi angulorum primus, humidus & calidus: secundus, calidus & siccus: tertius, siccus & frigidus: quartus denique, frigidus & humidus esse credatur. Sed Ptolemæus hanc legem non tantùm negligit, sed & omninò inuertit. Nam orientem, qui iuxta hanc rationem debebat esse humidus, facit siccum, & occidentem ex traditione consueta siccum dicit esse humidum. Econtrariò Arabes non solùm consuetum ordinem hic obseruare, sed etiam autoritate naturæ peritissimorum hominum suam sententiam posse cõfirmare videntur. Nam Hippocrates, καὶ πᾶς ὁ σὺν τῷ χόρῳ τῶν ἀστραπιαδῶν, diei quadrantem primum, qui orientali horizonte & finiente continetur, veri & humori sanguineo: secundum, æstati & bili: tertium, autumno & humori melancholico: quartum, hyemi & pituitæ comparat. Ad hæc inter alia multa, quæ Ptolemæo obijci possunt, hoc quoque est grauissimum, quòd his partibus diei vnam solam qualitatem præficit, & quidem taliter, vt vbiuis seriem qualitatum numerare incipias, semper conijciaris in ordinem actionibus naturalibus repugnãtem, nempè à calido ad siccum, à sicco ad humidum, ab humido ad frigidum, à frigido ad siccum: qui processus absurdè contra legem actionum naturalium instituitur. Videmus enim materiam ordinato calore primò dissolui & parum calefieri: inde incalescere & exiccari, & denique desiccatam frigefieri. Sic senum corpora non propter frigus siccescunt, sed propter humiditatem desiccatam frigent. Et pueri nõ quia calidi sunt, euadũt humidi, sed quia sunt humidi, ideo fiunt calidi. Hæc singula impauidum lectorem ita turbare possunt, vt semper dubitet, Ptolemæóne an verò Arabibus magis credendum sit. Pontanus quoque in copiosa huius loci expositione nihil præter nudam verborum expositionem in mediũ attulit. Et Hali hic nihil obseruatione dignum annotauit, nisi quod ex verbis Ptolemæi colligit, qualitates plagæ australis ratione inhabitantium commutari in qualitates partis septentrionalis

trionalis. Multum, inquit, bene dixit Ptolemæus, cùm dixit respectu nostrarum morarum: Quia si posuerimus, quòd aliqua populatio sit in parte meridiei, erit septentrio illis qui morantur ibi de modo qui nobis est meridies. Quia nobis est meridies respectu nostrarum morarum calidus & comburens, quia Sol est toto anno in directo partis illius, & facit multas reuerberationes radiorum. Solum Cardanum in hoc loco rẽ ipsam spectasse reperio. Ptolemæi verborum, inquit, est sensus, tale tempus, talisq; pars cœli, talisq; ventus, qui ab oriente vsque ad meridiem ortum habet, siccus est qualitate & actione, non substantia, nec aliam illi copulat qualitatem. Ratio est, quia in his quæ sunt breuis temporis, actiones considerare oportet, quæ vehementes sunt, hæ verò pariunt qualitates non substantias. Substantia enim concoctione indiget, concoctio tempore, tempus autem breue est & perexiguum: Ideo planetæ & fixę in partibus diei atque cœli qualitates mutant, non substantias. Non igitur inconuenit actionem ex sicca transire in calidam, vel ex calida in humidam. Sed dubitabit hic fortasse aliquis, quomodo primæ qualitates, quatenus sunt substantię, distinguẽdæ sint à primis qualitatibus, quæ sunt accidentia & impressiones, hoc est, quomodo calidum exempli gratia modò ad qualitatem, modò verò ad corpus seu substantiam transferatur. Respondeo, nomina qualitatum nonnunquam πρανύμως seu denominatiuè ad totum corpus ab inhęrentibus qualitatibus transferri. Nam calidum secundum substantiam dicimus corpus subiectũ subinde, atque per vices contrarias qualitates, hoc est, caliditatem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem recipiens. Hinc multũ vel paucum calidum cùm nominamus, ad quantitatem substantiæ respicimus. Exempli gratia, si sint duo æqualia labra, sed aquę & vini liquore inęqualiter temperato repleta: tunc alterum labrum plus vini & plus caloris, alterũ verò plus aquę & minus caloris comprehendere rectè diceremus. Nam vinum τῇ δυνάμει est calidum. Simile est, si duo labra magnitudine quidem inęqualia, sed tamen liquore ęqualiter temperato repleta supponantur. Verùm enimuerò, cùm non ad substantię seu subiecti copiam, sed solam qualitatem respiciẽtes, illi quidem dicimus plus calidi inesse, huic verò minus, aliter intelligendum est.

Verbi gratia, si duo sint labra magnitudine ęqualia, sed inęqualiter calefacto liquore repleta, tunc alterum, calidius videlicet, plus caloris continere diceremus, frigidius verò minus. Et manifesta est hic κατάχρησις in verbo plus, siquidem propriè & melius magis vel minus, vehementius vel debilius, & similes voces qualitatibus accommodantur: paucum verò & multum in sola substantię quantitate rectè obseruatur. Similiter manifestum est, tam substantias quàm qualitates alterationibus esse obnoxias. Nam vt de qualitatibus primò dicamus, olei substantia iam calorem ex assiduitate motus vel aliundè infusum recipit: iam verò rursus ob quietem vel aliter pulsa qualitate caloris friget. Eadem hęc substantia cùm ex vapore aëreo vnctuoso atque benè concocto constet, si igni subijciatur, flammam tranquillam alit. Quòd si quantitatem substantię integram conseruare studens, per continuam adiectionem aquosarum partium, partes olei calore absumptas instaures, substantia illa semper fiet deterior, & flamma propter accedẽtem impuram & crudam materiam strepitum multiplicabit, & tandem cruditate partes concoctas vnicente extinguetur. Hæc actio naturalis in nostris quoque corporibus cernitur. Substantia vitalem calorem sustinens, ab exordio purissima existit, constat enim ex semine aëreo & menstruo aquoso benè concocto, & ob id paucissimam omnino terrenã substantiam participat. Cùm aut partes vitali calore depastas continenter instaurari necessum sit, imò verò ipsam subiectã substantiã amplificari oporteat, & partes illę per nutritionis organa quotidie cõfectę atq; corporibus, vt deperditi fiat instauratio adiectæ, sint impuriores & magis terrestres, perspicuũ est, substantiã seu subiectũ vitalis illius & innati caloris continenter attenuari, donec tãdem plane terrestre factum & deficcatum, flammæ vitali alimentum neget, ipsumq; corpus morti obnoxium faciat. Vnde rectè Hippocrates enunciauit, pueros calore innato esse calidiores ijs qui in iuuentæ vigore consistunt, aut ad seniũ prolapsi sunt. Lycus ergo vocẽ calidi ad qualitatem transferens falso calumniabatur Hippocratẽ, ætati consistenti vehementiorem calorem quàm ætati puerili inesse ostendere contendens. Nam id quoq; hic non negauit Hippocrates, qui nõ ad qualitatem, sed ad substantiã caloris respexit, atque

Aphorismo 14. li. primo.

atq; puerorũ corpora nõ acutiorẽ caloris qualitatẽ, sed maiorẽ copiã substãtiæ innatæ, atq; ad vitalẽ calorẽ sustinẽdũ aptę possidere voluit. Nã vt modò dicebamus, qui in cõsistẽti ętate sunt, habent magis terrestre corpus, & licet valdè vehemẽter caleãt, substantiã tamẽ caloris innati habẽt paucissimã, alioqui febrili æstu correptos diceremus plurimũ habere calorẽ innatũ, cùm nõ modò plus, sed ne priori quidẽ habeãt ęqualẽ. Sicut autẽ in nostris, ita etiam in cœlestibus corporibus tã substantiarũ quã qualitatũ has alterationes cogitare & intelligere debemus. Ac substãtię quidẽ corporũ cœlestiũ sicut ex multitudine, dẽsitate & puritate luminis constant, ita eadẽ luminis differẽtia variantur. Qualitates aũt proficiscũtur aut à robore debilitateq; substãtiarũ, aut à qualitate cõsimili: veluti calor à multo calido aut à caliditate proficiscitur: frigus verò à paruo calore vel frigiditate. Sed dicat aliquis, quomodo calor frigiditatẽ pariet? Qui Aristotelis de rerũ natura doctrinã mordicùs retinere studuerunt, nunquã ex his ambagibus eluctari potuisse optimè credo Cardano, qui ob eã causam choro Aristoteleorũ relicto qualitatũ naturã aliter prodidit: Duæ sunt, inquit, qualitates tãtùm: vna agens cœlestisq;, & vocatur calor, siquidẽ in stellis præter calorẽ nil existit, cui opponitur frigiditas, quę nil aliud est quã caloris priuatio. Altera qualitas, nẽpe humiditas, nõ in cœlo, sed in globo elementorum est. Nam humidũ & siccum subiectorũ corporum τὰ πάθη sunt. Humiditati autẽ siccitas tanquã priuatio opponitur. Ergo calidum corpus est, quod ex copioso lumine cõpactum est: frigidum verò vbi parum de lumine & calore existit. Et elementorũ corpus humidũ est, quod vapore benè cõcocto abundat: & siccũ, quod substantia illa humida destituitur. Omne autẽ astrũ suo lumine in subiecta materia caliditatẽ & tenuitatem, seu humiditatẽ efficit, sic vt cogites & intelligas, frigidum & siccũ in astrorum actionibus non esse calidi & sicci qualitates contrarias, sed nomina mẽsuræ calidi & humidi. Exempli gratia, Sol copioso, denso & claro suo lumine insigniter calefacit aërẽ. Iã si cũ lumine ☉ lumen ♄ fortiter cõmisceat, nõ amplius aër nobis incalescere, sed potiꝰ infrigidari videbit, perinde vt aqua feruẽs aquę tepidę fortiter admixta intẽsionẽ caloris remittit. Ex his intelligere potes, naturę nõ repugnare,

vt à

vt à paruo calore oriatur frigus. Sed humiditas à multo humido aut ab humida qualitate prouenit. Et ſiccitas denique à pauco humido in ſubſtantia vel à qualitate ſicca deriuatur. Ex his quę dicta ſunt, intelligi poteſt, quomodo ſubſtantia ſtellarum, cognata temperatura ſignorum, in quibus diutiùs hærent, confortetur, diluatur craſi contraria: & quomodo eædem ſtellæ in mundi angulis, quos ob celerem mundi cõuerſionem aſsiduò mutant, non ſubſtantiam alterare, ſed ſolam qualitatẽ aliquam intendere queant aut remittere. Hinc ſequitur, vnam eandemque ſtellam, vno eodemque tempore diuerſo reſpectu rectè poſſe dici humidam & ſiccam. Huius rei ponit Cardanus exemplum tale. Taurus eſt ſignum temperatiſsimum, plurimum habens calidi & humidi, quia eſt ſignũ vernale & mediũ: planeta tamen in eo exiſtens dicetur ſiccus, ſi in parte cœli orientali reperiatur, ſed tamen ſiccus ſecundum qualitatem, id eſt, natus ſub tali planeta, licet habeat plurimum de calore naturali & humido vitali, quod ſubſtantia ipſi idẽ eſt: illud tamen humidum erit ſiccius & non ita purum neq; tam feruens ſecundum qualitatẽ, vt eſſet humidum illius qui natus eſſet Tauro occidente. Econtrariò natus ſub planeta in Libra occidente, humidum habet purius & ſincerius ſecundum qualitatem, non erit tamen ita denſum neque multum, imò vt ita dicam, aqueum. Atque ad hunc modum dignoſcendas eſſe vires planetarum à ſignorum anguloruṁque familiaritate, indicat Ptolemęus his verbis, quibus caput de generali conſtitutione ſignorum, & quatuor angulorum natura claudit: χρησίμη δὲ ἡ τούτων διάληψις, πρὸς τὸ τὰς συγκράσεις πάντα τρόπον ἑκάστοτε διακρίνειν. οὐκ ἀνόητον γὰρ, εἴτε καὶ πρὸς τὰς ζωώτας κατασάσεις ἤτοι τῶν ὡρῶν, ἢ τῶν ἡλικιῶν, ἢ τῶν γωνιῶν τρέπεται πῶς τὸ ποιητικὸν τῶν ἀστέρων δυνάμεως. καὶ οἱ μὲν ταῖς οἰκείαις κατασάσεσιν, ἀκρατωτέρην ἔχουσι τὴν ποιότητα, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἰσχυροτέραν, οἷον ἐν ταῖς θέρμαις οἱ θερμαντικοὶ τῶν φύσιν, καὶ ἐν ταῖς ὑγραῖς οἱ ὑγραντικοὶ, ἐν δὲ ταῖς ἐναντίαις, κεκραμένην καὶ ἀσθενεστέραν, ὡς ἐν ταῖς ψυχραῖς οἱ θερμαντικοὶ, καὶ ἐν ταῖς ξηραῖς οἱ ὑγραντικοὶ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις δὲ ὡσαύτως κατὰ τὸ ἀνάλογον καὶ διὰ τὴν μίξεως συγκεκραμένην ποιότητα. hoc eſt, Vtilis eſt harum rerum noticia ad dijudicandas

candas commiſtiones, quę ſingulis temporibus multifariàm variantur. Facilè enim eſt intelligere, quòd de talibus conſtitutionibus quatuor anni temporum, ætatum, aut angulorum, ipſa etiam efficientia ſtellarum variet. Et quidem in conſtitutionibus congruentibus qualitatem purioré maioremq; efficaciam capiũt, vt in calidis calidificæ, & in humidis humidificæ: in alienis verò admiſtione diuerſitatis debilitantur, vt in frigidis calidificæ, & aridis humidificæ, & aliæ in alijs ſimiliter pro proportione & qualitatum commiſtione. Porro autor in ætatum cum quadrantibus ζωοποιεῶσι ſeu familiaritate magis opiniones quaſdam recitare, quàm doctrinã conſtituere videtur. Nam cùm nonnulli tradant vniuerſam vitam hominis tribus prioribus quadrantibus contineri, ita vt primus quadrans primæ ætati, ſecundus mediæ, tertius ſini & vltimæ parti vitæ, [redacted]: nõnulli verò eandem vitæ periodum quatuor ſpacijs diſtinctam eodem ordine quadrantibus accommodent: vtramq; opinionem hic miſcere ſeu inſinuare videtur. Sed harum opinionum neutra conſentit doctrinæ Ptolemæi, qui etſi non tantũ integra conuerſione mundi, ſed & ſingulorum planetarum reuolutione vniuerſum vitæ ſtatum contineri ſtatuat: vitam tamen hominis totam ratione quartarum, nec in trientes nec quadrantes, ſed ſaltem in ſemiſſes diſtinguere videtur, ita vt quadrantes duo orientales, & hi tam ad Solem quàm ad horoſcopum comparati, dimidium ætatis, & reliqui duo quadrantes occidentales reliquam ætatis medietatem conſequantur. Verbi gratia, in Luna duæ quartæ à nouilunio & plenilunio dimidiũ ætatis, reliquæ verò quartæ his oppoſitæ reliquam ætatis medietatem ſignificant. Similiter iudicandum eſt de tribus ſuperioribus. Venus verò & Mercurius etſi ad Solis oppoſitionem nunquam veniant, totam tamen vitam vna periodo in paruo circulo, quem epicyclum vocãt, metiuntur. Nam coniunctio eorum cum Sole, quæ fit dum planeta eſt retrogradus, vicem gerit oppoſitiõis trium ſuperiorum. Sed vera eorum cum Sole ſynodus in parte epicycli ſuperiore vbi ſunt velociſsimi, contingit. In hanc ſententiam pluribus in locis ſcripſit Ptolemæus, & Apoteleſmatico tertio ſtatim in initio ante tractatum de parentibus ex ſitu ſignificatorum in qua-

drantibus matutinis vel vespertinis tempora euentuum conijcere docet, his verbis: πρὸς δὲ τὸν καθόλου χρόνον τοῦ ἀποτελέσματος, πότερον ἕωοι εἰσὶν ἢ ἑσπέριοι πρὸς δὲ τὸν ☉ καὶ τὸν ὡροσκόπον. ἐπὶ μὲν τοῦ πρωϊνοῦ τὰ μὲν προηγούμενα ἑκατέρου αὐτῶν τεταρτημορίου καὶ τὰ διάμετρα τούτοις ἕωα γίνεται, τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἑπόμενα, ἑσπέρια, id est, Ad cognoscendum decreti tempus consideretur, an sint matutini aut vespertini ad Solem & horoscopum comparati. Nam quadrantes qui Solem aut horoscopum præcedũt, & his è regione oppositi, matutini sunt. Reliqua loca & sequentia sunt vespertina. Ex his verbis colligimus, τὸ ἀπηλιωτικὸν, & τὸ δυτικὸν, hoc est, orientale & occidentale in planetis aliud esse apud Ptolemuęm, quàm τὸ ἑῶον καὶ ἑσπέριον, id est, matutinum & vespertinum. Orientales ἀπηλιωτικοὶ planetę propriè dicuntur à coniunctione Solis ad oppositionem eiusdem. Occidentales verò δυτικοὶ ab oppositione planetarum cum Sole ad eiusdem coniunctionem. Sed ἕωοι, id est, matutini dicuntur à ☌ vel ☍ ad radium □ cum Sole: ἑσπέριοι verò aut λιβυκοὶ, id est, vespertini à quadratura cum Sole ad ☌ vel ☍ eiusdem. Quapropter à loco ☉ ad 90. partes ante, & ab eiusdem Solis opposito ad totidem partes ante, dicuntur iuxta hunc modum planetæ ἕωοι, hoc est, matutini: in reliquis verò duabus quartis ἑσπέριοι seu λιβυκοὶ, id est, vespertini. Hunc ad modum quando planetæ à ☉ vel ☾ ἕωοι sint aut ἑσπέριοι ex descriptione signorum, quam tibi hic πινακικῶς adiecimus, facilè erit colligere. Verbi gratia, si Sol sit in part. 12. scrup. 30. ♈, tunc planetę à p. 12. sc. 30. ♑ ad part. 12. scrup. 30. ♈, & à parte 12. scrup. 30. ♋ ad part. 12. scrup. 30. ♎ in quadrantibus à Sole matutinis esse dicentur: in reliquis autẽ vespertini. Idem est, quòd planetæ aliquando à ☌ vel ☍ ad stationes matutini, à stationibus autem ad ☌ vel ☍ vespertni dicuntur.

Matu-

Matut. ♑		Vespert. ♎
♈		
Vespert. ♋		Matut.
	♒	
♉		♏
	♌	
	♓	
♊		♐
	♍	
	♈	
♋		♑
	♎	
	♉	
♌		♒
	♏	
	♊	
♍		♓
	♐	

Matut. ♋		Vespert.
♎		♈
Vespert. ♑		Matut.
	♌	
♏		♉
	♒	
	♍	
♐		♊
	♓	
	♎	
♑		♋
	♈	
	♏	
♒		♌
	♉	
	♐	
♓		♍
	♊	

2 De medietate ascendente & descendente paulò antè dictum est. Et illę duę partes &c.

3 Illius verò partitionis, iuxta quam hemisphærium supra terram eminens dextrum, alterum verò sub terra latens sinistrum esse dicitur, etsi Ptolemæus mentionem non fecerit, ab ipsius tamen mente aliena non est. Nam cùm Ptolemęus omnia validiora nobilioraque dextra, & imbecilliora ignobilioraque sinistra esse velit, vnde & Sol omnibus dextris, & Luna omnibus sinistris præesse dicitur: & præterea partibus quæ supra terram sunt, vim maximam, partibus verò infra terram latentibus minimam tribuat: perspicuum est etiam de sententia Ptolemęi medietatem mundi extantem rectè dici dextram, latentem verò sinistram. Et quicqd fuerit &c.

4 Quæ sint domus angulares, quę succedentes, & quæ cadentes, suprà abundè declaratum est. Et ascendens &c.

5 Quod dicit, planetas in angulis vel succedentibus positos proficere, & in cadentibus deficere, comparationem stellarum ad car- Cùm ergo planeta &c.

ad cardines mundi indicat, & pertinet hæc admonitio ad declarandas poteſtates Planetarum fortuitas, quas pro vario ſitu in figura cœli mutant, intendunt aut remittunt.

Et vnaquę que iſtarũ &c.

6 Denique quando dicit, quamlibet iſtarum domorum ſignificare aliquid de eſſe hominum, duodecim cœleſtium ſtationũ cum rebus inferioribus ζωοποιέωσιν ſeu familiaritatem in ſequenti capite exponendam intelligit.

DE DOMIBVS ET SIGNIFICATIONIBUS EARUM.



[illegible] domus significat inimicos, secundus labores, tertius [illegible] Hæc sunt quæ significat XII domus.

Vires domorum seu duodecim cœli stationum tribus, ijsque diuersis modis hic considerabimus. Primò enim loca cœli per se tanto maius habent robur, quanto ampliore & puriore lumine illustrantur. Qua de causa primum locum obtinet domus decima, secundum prima, tertium septima, quartum vndecima, quintum nona, neque de his est dubiũ. Sextum obtinet duodecima, quia ascendit, septimum octaua, octauum secunda, quia est in crepusculo matutino. Exempli gratia, Coloniæ vbi polus septentrionalis attollitur part. 51. posito initio Arietis in ascendente, cadit in cuspidem domus secundæ pars 24. Tauri, & vltra duas horas oritur part. 29. eiusdem Tauri. Id verò cùm sit tẽpus crepusculi matutini, patet quòd pars secundæ domus, quæ est à 24. parte Tauri ad part. 29. eiusdem Tauri, contineatur in matutino crepusculo. Stellæ ergo in secunda domo repertæ vires acquirunt cùm ob secundæ domus in luce crepusculina situm, tum verò & in primis, quia secunda domus est in trigona radiatione domus decimæ, quæ τῇ δυνάμει cor cœli existens, maximas habet vires. Idcirco Ptolemæus quoque ei magnam vim tribuit, quamuis in sua regione propter nimis paruã poli eleuationẽ admodũ exigua eius pars matutino crepusculo contineatur. Nonum locũ obtinet sexta, quia est in trigona radiatione decimæ, & vbiq; gentium vespertino crepusculo clauditur. Reliquę domus omnes, quæ sunt infra terram & à fine secundæ ad principium sextæ, continentur lumine, & ob id viribus per se carent. Hic verò si aliquis quærat, quare quintæ omnis vis adimatur, cùm non minùs quàm secunda partem crepusculi complecti videatur. Huic respondendũ est, domũ quintam cùm decimæ sit inconiuncta, nulloq; schemate consocietur, & crepusculum illud, vtpote vespertinum & in tenebras desinens sit longè debilius, & denique pars, quæ contermina est sextæ, non sit initium quintæ, sed potius finis, ob debilitatem tantam meritò negligi. Quia tamen dicit Cardanus, est in lumine posita, habet aliquid virium, sed quæ consideratione non

sint

ſint dignæ, niſi apud borealiores. Secundò conſideramus non lumen domibus proprium, ſed vires quas ſtellæ in ſingulis ſtationibus conſequuntur, de quibus ſcripſit Ptolemæus in fine Apoteleſmatici quarti. Vult autem eo in loco, ſicut ſuprà annotauimus, dijudicari poteſtatem atq; qualitatem ſtellarum ex his quatuor. Primò ὅτι τὴν ἰδίας τῆς αὐτῆς ἀστέρων φυσικῆς ἰδιοτροπίας, hoc eſt, ex propria cuiuſq; ſtellæ & inſita natura. Secundò ὅτι τὴν ἰδιοτροπίας τῆς παρεχόντων δωδεκατημορίων, id eſt, ex inſita natura dodecatemoriorum in quibus verſantur. Tertiò ὅτι τῆς φυσικῆς ἰδιοτροπίας τῆς πρὸς τὸν ☉ σχηματισμῶν, hoc eſt, ex configuratione ad ☉, an videlicet ſint orientales vel occidentales, item an ſint veloces vel tardi curſu, quod quidem accidens nos ſemper ad proprios ipſorum orbes quàm ad Solem retulimus. Quarto ὅτι τὴν φυσικῆς ἰδιοτροπίας τῆς πρὸς τὰς γωνίας σχηματισμῶν, hoc eſt, ex natura configurationum ad angulos. De tribus prioribus modis poteſtatum alibi dicetur. Solus autem quartus modus ad præſentis loci declarationem facit, & de eo iudicandum præcepit Ptolemæus his verbis: ὁποῖόν ἕκαστον τῶν ἀστέρων ὅτι τοῦ πῶς ἔχειν πρὸς τὸν ὁρίζοντα σκεπτέον. μεσουρανοῦντος μὲν γὰρ ἢ ἐπιφερόμενοι τόπῳ μεσουρανήματι μάλιστα εἰσὶ δυναμικοί, δεύτερον δ', ὅταν περὶ αὐτοῦ τὸν ὁρίζοντα ὦσι ἢ ἐπαναφέρονται, καὶ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ τοῦ ἀναβλήματος: ἥττον δὲ ὅταν ὑπὸ γῆν μεσουρανῶσιν ἢ ἄλλως συσχηματίζωνται τόπῳ ἀνατέλλοντι τόπῳ. μὴ ὄντων δὲ ἔχοντος, ἀδυνάμοι παντελῶς τυγχάνουσι. hoc eſt, Habitudines ſeu vires vniuſcuiuſque ſtellarum ex poſitu ſuo, ſeu potius reſpectu erga finitorem, ad hunc modum exquirendæ ſunt. Nam in medio cœlo, aut in ſuccedenti illi loco, maximè ſunt potentes. Secundum ſtatum potentiæ habent in finitore orientali & loco illi ſuccedente. Verùm tamẽ plus poſſunt in finitore, minùs verò in imo cœlo, aut aliter finitori orientali configurato loco. Sed extra hæc omnia reperti, imbecilles & prorſus infirmi habẽtur. Quæ verba Cardanus ita exponit. Primum locum obtinet cor cœli, inde vndecima ſeu prima & ſuccedens ſeu ſecunda, inde ſeptima, poſt octaua. Videtur autem, inquit, tribuere vires imo cœli & quinto loco & nono. Mihi verò id non ſolùm videtur, ſed & pro certo ſtatuo, ſiquidem

id ipsum verba sonant. Loca verò ab orientali horizonte exclusa intelligit locum duodecimum, sextum & tertium quoq;, propterea quòd sit infra terram & cadens. Sunt etiam ab ascendente exclusa locus duodecimus & octauus: sed isti per se vt dictũ est, propter copiam luminis vim habent, etiamsi ascẽdenti non configurentur. Imò verò octauus potestate semper nonum superat, prętęr quam in vitę causa, in qua apud Ptolemęum, vt suo loco videbimus, nonus pręcedit octauum, quòd in trigona radiatione ascendentis sit & sublimis, & Sol ibi existens maximos calores efficiat. Post hos ordinat Cardanus locum sextum, inde quartum, qui etsi nullam vim habeat per se, vt suprà dictum est: planetæ tamen ibi constituti, cùm omnes cardines radijs validissimis illuminent, magnas adipiscuntur vires. Ex his intelligi potest, locum quartum cùm omni luce destituatur, per se quidem esse imbecilliorem duodecimo vel sexto, sed esse robustiorẽ ijsdem si ad planetas fiat collatio, &c. Tertiò considerantur loca cœli, prout familiaritate & συμπαθείᾳ quadam coniunguntur cum rebus inferioribus. Nam quemadmodum in essentiali signiferi seu potius totius cœli substantiali distributione dodecatemorion Arietis Germaniæ, Leonem Italiæ, &c. & Saturnum splenì, Venerem genitalibus, Mercurium linguæ, &c. peculiariter conciliari diximus: Ita in hac fortuita quoque signiferi partitione certa loca certis rebus inferioribus familiaritate quadam peculiari consentire dicimus. Exempli gratia, vitæ fauent tantùm loca lumine illustria, vt infrà videbitur, nempe locus decimus, primus, septimus, vndecimus & nonus. Nam etiamsi locus duodecimus & octauus sint in lumine & vitæ significent, non tamen tantam vim planetæ ibi constituto communicare possunt, vt vitam geniti moderari queãt, multò minùs herclè id ipsum locus secundus præstare poterit, cùm tamen in alias causas præcipuam vim & potestatem exerceat: [illegible]

[redacted]. Cæterùm in harum rerum ad domicilia cœli accommodatione, Autor & reliqui Arabes per omnia Ptolemæo non conſentiunt, ſed in pleriſq; diſſentiunt. Exempli gratia, [redacted] Arabes de rebus patris principaliter conijciunt ex domo quarta & domino eius. Huic deinde adiiciunt in diurna genitura conſiderationem Solis, in nocturna verò conſiderationem Saturni, & præter hæc planetam vel planetas in quarta domo poſitos. [redacted]



Ex his exemplis de tribus magnis rebus inter Ptolemæum & Arabes perſpicua eſt diſſenſio. Primò in ſtructura & diſtributione cœli. Illi enim ſigniferum in duodecim partes æquales dirimentes, modum æqualem ſequuntur. Econtrariò Ptolemæus non ſigniferum, ſed æquinoctialem in dodecatemoria æqualia ſecat, atque reſpectu ſigniferi planè inæqualia domicilia efficit, vt ſuprà copiosè eſt expoſitum. Secũdò patet quòd Arabes pro habendo loco Sortis in genituris quidem diurnis à Sole ad Lunam, in nocturnis verò à ☽ ad ☉ diſtantiam ab aſcendente eijciant, contrà quàm facit Ptolemæus, qui vniuerſaliter tam in genituris diurnis quàm nocturnis diſtantiam à ☉ ad ☽ capiendam, atque ab aſcendente parte numerandam eſſe præcipit, vt finis numerationis Sortis locum oſtendat. In ſuperiore

riore itaque exemplo cùm ſit genitura nocturna locus ſortis ex ſententia Arabum, annotatus eſt ad quintam partem Tauri, cùm iuxta ſupputationem Ptolemęi ad principium Aquarij incidat. Tertiò apparet ex collatione præceptorum Arabes ſumere effectuum indicia ex cauſis leuioribus: Ptolemæum verò à cauſis potentioribus ac validiſsimis. Veluti hic vbi de nutritionis periculo quæritur, Ptolemæus præcipuas cauſas vitæ, nempe luminarium cardinantium à maleficis ſtellis afflictionē ſpectat. Arabes contrà, non tam luminaria ipſa, quàm luminaris conditionarij atque aſcendentis triangulatorum habitudinem ad angulos perpendunt. Similiter reliquorum effectuum omnium tantùm potiores atque potentiores cauſas omiſsis coniecturis leuioribus Ptolemæum ſpectaſſe reperiemus. Illas verò otioſas quæſtiones & inanes ſortes non tantum omittit, verùm etiam non rarò grauiter reprehendit. Ex his quæ de prima domo diximus, de reliquarum domorum autoris narrationem facile eſt iudicare & intelligere. Non enim aliter quàm primæ domus reliquarum quoque domorum triangulatores atque eorundem [illegible] cata iudicantur. [illegible]

DE COLORIBVS DVODECIM domorum.

Et ſignificant etiam duodecim domus colores: & hi ſunt. Nam domus aſcendens vel prima & ſeptima ſunt albæ: II. *&* XII. *virides:* III. *&* XI. *croceæ:* IIII. *&* X. *rubeæ:* V *&* IX. *mellitæ, id eſt, habent mellis colorem:* VI. *&* VIII. *nigræ ſunt.*

DE GAVDIIS PLANETARVM in domibus.

Et vnuſquiſque planeta habet in vnaquaq; iſtarum

domorum

[illegible]

In pręsenti capite tradit modum inueniendi planetas rerum dominatores, hoc est, omnem maioremúe cęteris potestatem decernendi alicuius rei euentus habentes. Hinc vocabula quędã exponenda sunt. Differunt dominus hospitatorq; , & dominator seu gubernator loci, quamuis idem planeta simul & dominator & dominus & etiam hospitator esse inueniatur. Dominus signi gręcè κύριος, & nonnunq̃ etiam οἰκοδεσπότης dicitur, atque qui in eodem signo domicilium habet. Veluti signi Arietis dominus est ♂, & Tauri domina est ♀, & Geminorum dominus est ☿, &c. Quapropter si in cardinem exorientem incidat signum Arietis, dominus domus primę erit ♂, secundę ♀, tertię ☿, quartę ☾ &c. siquidem oriente Ariete signum Tauri in locum secundum, & ♊ in locum tertium, & ♋ in locũ quartum iuxta distributionem cœli ęqualem Arabibus approbatã, incidet. Firmicus dominum signi hospitatorem, nonnunquàm etiam dominatorem vocat. Quo pacto quando hospitator interlunij nominatur, dominus loci in quo ☌ ☉ & ☾ facta est, intelligitur. Dicitur etiam & magis propriè planeta alterius planetę hospitator & tanquàm paterfamilias, cùm illum in domum suam recipiens eius curam patrociniumq; hospitij iure suscipit. Veluti si ♀ in ♍ sit constituta, Mercurium Veneris hospitatorem, quòd ♍ Mercurij domus sit, dicimus. Sic si Sol sit in Ariete, tunc Solis patrocinium iure hospitii Mars perinde vt paterfamilias propria in domo accipit. Sed dominator seu gubernator dispositorque loci Arabicè Almutes, & gręcè planeta ἐπικρατήτωρ, quòd in signo signiúe gradu epicratesin, id est, dominatum potioresq; prerogatiuas inter alias planetas obtineat, dicitur. Verbi gratia, in genitura diurna ascendit par. 6. ♎, Venus ibidem habet potestates quinque ratione sui domicilij.

cilij: Saturnus verò, quia ratione suę exaltationis quatuor habet ibidem potestates, & ratione trianguli tres: denique ratione finium duas, in summa nouem potestates colligit, atque hac prerogatiua non tantum Venerem, sed & omnes reliquos planetas superat. Est igitur cardinis exorientis in hoc exemplo πάρος seu οἰκοδεσπότης Venus, & ἐπικρατήτωρ Saturnus, qui idem autori dominator rei erit precipuus, si gradus iste in quo planeta ἐπικράτησιν obtinet, ad domum quę significat rem de qua queritur, pertineat, presertim si insuper eandem quoque epicratesin in locis alijs eandem rem significantibus obtineat. Quicunque enim planeta in locis alicuius rei omnium significatorum maiorem numerum dignitatum simul collectarum obtinuerit, is dominator rei principalis & Almutes significatorum ab Arabibus dicitur. Participem autem in significatione autor facit illum planetam, qui naturam rei de qua agitur, continet. [illegible]

[redacted] Verùm pleriq; dominatorẽ, ſeu vt Arabes vocant, Almutes colligunt, nõ tantũ ex dominio in loca ſigniferi, familiaritate cõiuncta generi queſtiõis, verũ etiã his adiungunt dominia locorũ, in quibus cõſignificatores verſant. In his locis omnib' numero ſuffragiorũ reliquos planetas ſuperãtes vocãt ſignificatorũ alicuius rei Almutes.

[redacted]

DE POTESTATIBVS ACCIDENTALIbus planetarum.

Ex poteſtatibus quoq; planetarũ accidẽtalibus eſt Albaiz .i. ſimilitudo . Et hoc cũ fuerit planeta diurnus in die ſupra terrã, & in nocte ſub terra: & planeta nocturnus in nocte ſuper terram , & in die ſub terra, et cũ hoc ſi fuerit maſculinus planeta in ſigno maſculino, et planeta fœmininus in ſigno fœminino, dicitur eſſe in ſua ſimilitudine.i. in ſuo Albaiz. Et erit fortitudo eius vt viri fortitudo in loco eius profectus [redacted]

Caput vltimum Autoris, quod inſcribitur: De poteſtatibus planetarum accidentalibus, non eſt principium narrationis de viribus ſtellarum aduenticijs, cùm ea quoque de ſtellarum in

statiōibus cœli vario positu q̃ dicta sunt, ad potestatis planetarū accidentales recte referantur: sed est potiùs huiusmodi narrationis continuatio, id quod verba ipsa quoque sonant. Ex potestatibus quoque, inquit, planetarum accidentalibus est Haiz, quasi dicat, ad alias potestates stellarum accidentales suprà dictas, refertur etiam illa stellarum proprietas quę tempori consentit. Nam stella tempori consentiens Arabibus Haiz dicitur. Exempli gratia: Duo loca quorum alter est Solis, alter Saturni, dicuntur patri familiares, seu patris significatores. Si itaque sit diurna genitura, ὁ τῆς αἱρέσεως πατρικὸς τόπος, id est, locus tempori congruens, seu Haiz, erit Sol: si verò nocturua, Saturnus. Dicit planetam trifariam in suo Haiz, seu in sua similitudine reperiri. Primò ratione sexus signorum, dum videlicet planeta masculinus fuerit in signo masculino, & fœmineus in signo fœminino. Secundò ratione quartarum fœmininarū vel masculinarum. Tertiò iuxta temperaturarum temporis & stellarū consentientiam. Sed quòd in nocte planetæ diurni situm sub terra pręfert positu eiusdem supra terram: & quòd in die planetæ nocturni sitū sub terra præfert positu eiusdē supra terrā, omni ratione caret, & repugnat verissimæ sententiæ Ptolemæi, qui vniuersaliter stellas, tam diurnas quàm nocturnas supra terrā collocatas semper efficaciores esse voluit, ita vt etiam stellæ diurnæ nocturno tempore supra terram constitutæ maiorem vim accipiant, quàm si eodem tempore per inferius hęmisphærium ferantur. Vnumquodque enim sidus gaudet suo simili, quantum scilicet attinet ad naturam ipsi congruentem, vt nocturnæ stellæ noctis, diurnæ diei constitutione rectiùs temperantur. Itaque diurnus de die melior erit quàm de nocte, & nocturnus cōueniētiorem temperaturā consequit de nocte quàm de die. Talis autem temperaturarū συμπάθεια vel augmentatio ex mora stellæ supra vel infra terrā exoriri non potest. Omnes enim loco supra terrā semper gaudēt, atq; in eo fiunt meliores & validiores. Imò nec illud, quòd dicit, masculinos planetas in signis & quartis masculinis: fœmininos verò in signis & quartis fœmininis robur assumere, veritati cōsentaneū est, cū omnes tā ratione Solis q̃ mūdi & signorū locis masculinis debilitētur efficianturq; fortiores. Finis Differentiæ primæ.

DIFFE-

DIFFERENTIA SECVNDA IN NATVRA PLANETARVM SEPTEM, ET quid sit illis proprium, & quid significent de esse rerum.

ET quia auxiliante Deo iam peregimus, quod proposuimus tractare de circulo signorum, & eius accidentibus: prosequamur nunc intentionem septem planetarum, & naturas eorum, esse quoque eorum, & quid significent.

In vniuersa Astrologica tractatione, aut spacia partesq; cœli, aut stellas contemplandas proponit autor. Ac spacia cœli variè distinguuntur. Primò per longitudinem, vt in dodecatemoria & partes 360. &c. Deinde per latitudinem & declinationem in latera mundi, quorum alterum ratione Eclipticæ, alterum ratione ęquinoctialis examinatur. Posteà est quædam differentia spaciorum cœli ratione eius substantiæ. Hinc aliæ partes cœli alijs partibus existunt fœliciores, lucidiores, fumosiores, frigidiores, ficciores, humidiores, aridiores, fœcundiores, &c. Ad extremum ad reuolutionem mundi quotidianam singulæ cœli partes modò horoscopum, modò medium cœli, modò occasum, modò imum medium cœli sortiuntur, atque ratione varij situs in mundo suos quoque effectus variant. Atque hæc omnia in prima differentia breuiter & πινακικῶς, vt decebat, in Isagoga exposuit. Sequitur secunda differentia, in qua vt ordo exigit, tractationem de vi, efficacia & significatis stellarum instituit. Sunt autem duplices stellæ: Fixæ & errantes. Stellæ errantes, quæ suos quosdam peculiares motus eosque diuersos, non communes cum cæteris habent, præter duo lumina in tanta multitudine quæ numerum excedit, omnibus ætatibus tantùm quinque notatæ sunt, nempe ♄, ♃, ♂, ♀ & ☿. Et nominantur vsitatè Greco vocabulo Planetę, à πλανέω, id est, erro seu vagor, non quidem quòd incerto cursu vagentur & errent, sed propter dissimilitudinem & varietatem eorum motus. Iam enim occultantur, iamq; rursum prodeunt, modò recedunt à

Sole, modò accedunt eundem. Nunc ipsum antecedunt, nunc sequuntur, aliquando tardiùs, aliquando ocyùs ferri, aliquando ne moueri quidem, sed omnino stare videntur. Reliquę stellæ omnes vocantur ἀπλανεῖς, id est, inerrantes seu fixæ cœloq; inhærentes: sic ab antiquitate dictæ, non quòd omnino proprio motu destituantur, sed quòd vni octauo orbi inhærentes, cum illo tardissimo motu, hoc est, centenis annis vix gradu vno ab occasu in ortum transeant, atque sic simul vectæ eãdem perpetuò distantiam inter se custodiant, eandemque ad Eclipticam Solis habitudinem constanter tueantur, nunquàm in suo orbe loca, interualla, μορφώσεις magnitudinesque suas permutantes, quod errantium proprium est, quæ nunc in hac cœli parte, nunc in alia consistũt, modò has, modò illas stellas accedunt. In Apogeis minutæ & obscuræ, in Perigeis grandiores & fulgentiores conspiciuntur. Atque hæc est præcipua meantium fixarumque stellarum differentia. Nam planetæ diuersis temporibus diuersas inter se distantias, & ad Eclipticam Solis modò borealem, modò australem acquirunt habitudinem. Differunt tamen etiam radio: Nam planetæ non scintillant sicut fixæ, præter Martem: qui ob lumen obscurius & rubeum veluti flamma scintillare videtur. Quod ad distantiam à nobis attinet, fixæ superiores sunt errantibus, id quod oculi etiam diiudicant, præsertim quando errantes Perigea suarum a♃idum percurrunt. Denique fixę eandem semper custodiunt magnitudinem. Erraticarum verò magnitudo accessu ad terram, & recessu ab eadem variatur. Exempli gratia: Venus in Apogeo habet diametrum apparentem scrupulorum primorum 7. In Perigeo verò scrup. 10. Sic Sol in summa a♃ide scru. 31. in ima scrup. 33. occupat. Luna in a♃ide summa scrup. 31. in ima verò 35. ostendit. Similiter ♄ ♃ & ♂ diametri apparentes minuuntur in Apogeis, & augentur in Perigeis scrupulo cœli vno. Etsi autem fixarum singulæ eandem amplitudinem semper retinent, non tamen omnes parem magnitudinem sortitæ sunt, sed sex ordinum magnitudinis discernuntur differentia. Primę magnitudinis sunt stellæ, quę habent diametrum apparentem scru. 8. Tales inter fixas numerauit antiquitas 15. vt Palilicium, basiliscę, spica Virginis, capella, fidicula, Sirius, Procyon, fomahant, & reli-

& reliquæ. Inter errantes verò ♃ & ♀. Stellæ ſecundæ magnitudinis habent diametrum apparentem ſcrup.6.ſuntque tales in cœlo 45.& ex errantibus ♄ & ♂. Stellæ tertiæ magnitudinis recenſentur in cœlo 208. & diameter apparens ipſarum eſt ſcrup.4.Quartæ magnitudinis ſtellarum diameter apparens eſt ſcrup.3.quarum in cœlo numerus eſt 474. & ex errantibus Mercurius. Quintæ magnitudinis ſtellę numerantur 216.& habent diametrum apparentem ſcrup.2.Sextæ denique magnitudinis ſtellarum numerus eſt 50. quarum diameter apparens vnum ſcrupulum cœli occupat. His omnibus adijciendæ ſunt obſcuræ 9.nebuloſę 5. Sunt ergo in vniuerſum ſtellæ quæ in cœlo ab artificibus ex innumera multitudine obſeruant 1029. quarum quinque cum duobus luminaribus planetas: reliquas verò 1022. fixas cœloque inhærentes nominant. Sanè fixarum maior potiorque pars 48. animalium rerumque circumſcribitur formis, quas Græci, ſicut anteà dictum eſt, modò ἀστερισμοὺς, modò μορφώματα, modò σχήματα, modò ζῴδια nominant. Reliquæ verò, quæ imaginibus illis non continentur, ſed ipſis adiacent, ἀμόρφωτοι ἀστέρες, id eſt, informes ſtellæ appellantur. Porro fixarum etſi ſit maxima efficacia, atque in omnibus iudicijs neceſſariò obſeruandæ ſint, autor tamen ipſas ſilentio prętériuit. Quapropter non grauabimur hoc loco repetere & planiùs exponere 48. illas cœleſtes μορφώσεις, ſuprà verſibus propoſitas. Inter recitandum verò adijciemus quoque obiter propria nomina, naturas, loca, latitudinesque: tum earum ſtellarũ quæ in his aſteriſmis continentur, tum verò quæ eiſdem adiacent, ſed inſigniorum earumq; duntaxat, quæ propter inſignes effectus maximè obſeruantur, quęque in libris Poëtarum aliorumque bonorum autorum nuſquàm non occurrunt. Exordiemur autem cum Ptolemæo à potentiſsimis, quæ in ſigniferum incidunt, ac deinde à borea ad auſtrum progrediemur.

DVODECIM STELLARVM SIdera ſigniferum intexentia.

In aſteriſmo Arietis prima eius ſtella & ſequens in cornu, ſunt magnitudinis tertiæ, de natura ♄ & ♂. Prima diſtat hodie ab interſectione verna partibus 27.cum triente, cum latitudine boreali. I. ARIES.

boreali p.7.20 1ª. Alterius verò longitudo est p.28. cum besse, cũ latitudine boreali par.8 $\frac{1}{3}$. Duæ item stellę in Arietis rictu sunt magnitudinis quintæ de natura ☿ & parum ♄, quarum borealioris longitudo est p.31. cum besse, habens latitudinem bor. p.7 $\frac{2}{3}$. Australioris verò longitudo est p.23 $\frac{1}{6}$ cum latitud.bor. p.6. Quæ in pede posteriore collocãtur, sunt ♂: in cauda verò, Venereæ.

II. Taurus. Asterismus Tauri insignibus constat stellis. Ac illæ quidem 4. quę sunt ἐπὶ τῆς ἀποτομῆς, hoc est, in sectione seu abscisione Tauri, omnes sunt magnitudinis quartę, ὁμοίαν δὲ ἔχουσι κρᾶσιν τῷ τῆς ♀, καὶ κρέμα τοῦ ♄, hoc est, sunt de natura Veneris & parum Saturni, id est, sunt frigidæ & humidæ. Harum maximè borealis distat hodie ab intersectione verna p.47. pręcisè, cum latitudine australi partium 6. Altera post ipsam habet longitudinem p.46.40 1ª. cũ latitud.austra.p. 7.15 1ª. Tertiæ longitudo est p.45. latitudo australis p.8.30 1ª. Quartæ longitudo est p.45. 10 1ª. cum latitudine australi p.9.15 1ª. In Tauri dorso, quæ à Babylonijs dicuntur Atarage, Gręcè πλειάδες ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quòd ortu suo nauigationis tempus ostendant: Latinè dicuntur Vergiliæ, quòd extremo vere cùm æstas incipit, exoriantur. Vocantur etiam Athlantides, quòd septem Athlantis sint filiæ, inter quas Maia est Mercurij mater, & non rarò pro omnibus sumitur. Virgilius in Georgicis de satione tritici:

Multi ante occasum Maiæ cepere, sed illos
Expectata seges vanis elusit aristis.

Huius sideris sex stellæ videntur, septima verò quòd vna ex filiis Athlantis se mortali miscuerit, sensu vix percipitur, vt monent versiculi Germanici Cęsaris in interpretatione Arati:

Septem traduntur numero, sed carpitur vna
Deficiente oculo distinguere corpora parua.

Harum præcedens habet longitudinẽ p.52.50 1ª. cum latitudine boreali p.4.30 1ª. Medię verò lõgitudo est p.53.10 1ª. latitudo bor.p.4.40.1ª. Sed sequens & vltima habet longitudinem p.54.20 1ª. cum latitudine boreali p.5.20 1ª. Omnes verò sunt magnitudinis quintæ, & beneficę stellę: siquidem vt tradit Ptolemęus, naturam ☽ & ♃ sequuntur, hoc est, sunt humidissimæ & calidiores Luna, Ioue verò frigidiores.

Sed iam reliquas quoque ſideris ſtellas percurramus. Stellę circa Pleiades ſunt de natura ♄ & parum ☿. In facie ſeu capite Tauri collocatur alius manipulus ſtellarum, quas latini veteres ſucculas dixerunt, ὗς enim idem quod ſus valet. Sed Greci nominarunt ὑάδας ἀπὸ τοῦ ὕειν, quòd non ſine pluuia exoriantur. Harum vna ingens & rutilans in ipſo oculo Tauri lucens, Chaldaicè Aldebaran, Græcè λαμπαδίας, Latinè Palilicium nominatur, eſtque de natura ♂ & primę magnitudinis. Pertinet ad dodecatemorij Geminorum partem tertiam cum triente. Latitudo eius auſtralis eſt p. 5. 10. 1ª. In ſummis denique cornibus ſunt ſtellæ Martię.

Gemini Caſtor & Pollux eſſe putantur. Quidam Apollinem & Herculem eſſe volunt. Itaque ſtella clara in capite Gemini pręceden- III: Gemini.

præcedentis, Apollinis seu Castoris stella dicitur, & habet longitudinem par. 104. id est, pertinet ad Cancrini dodecatemorij partem 14. Latitudinem verò par. 9. cum semisse, estq; magnitudinis secundæ de natura ☿. Altera in capite Gemini sequentis resplendés stella, Herculis, item Pollucis nominatur. Habet longitudinem p. 107. 10. 1ª cum latitud. bore. par. 6. 15. 1ª, estq; magnitudinis secundæ & de natura ♂. Verba Ptolemæi de his stellis hæc sunt: τὴν δὲ ταῖς κεφαλαῖς δύο λαμπρῶν, ὁ μὲν δὲ τῇ προηγουμένῃ ἐχέκρασιν ὁμοίαν τῇ τοῦ ☿, καλεῖται δὲ καὶ ἀπόλλων, ὁ δὲ τῇ ἑπομένῃ τοῦ τοῦ ♂, καλεῖται δὲ καὶ ἡρακλέους. τὴν δὲ λοιπῶν, οἱ μὲν πρὸς τὴν ποδῶν τοῦ ὁμοίας κεκοινωνήκασι ποιότητος, τῷ τε τοῦ ☿, καὶ ἑρμᾶ τοῦ τοῦ ♀. οἱ δὲ πρὸς τοῦ μηρούς λαμπροὶ, τοῦ ♄.

IIII. Cancer. φάτνη

In pectore Cancri reperitur νεφελοειδὴς συστροφή, καλουμένη δὲ φάτνη, id est, nebulosus globus, qui præsepe vocatur. Hic erat olim in dodecatemorio Cancri, sed hodie media eius processit ad finem primæ partis Leonini dodecatemorij. Habet latitudinem borealem part. 0. scrup. 40. Estq; nebulosa de natura ♂ & ☽. Sequentium duarum & vtrinque positarum, quæ asini vocantur, borealis habet longitudinem partium 121. præcisè, vt præsepe, cum latitudine bor. par. 2. 40. 1ª. Sed asinus australis habet longitudinem part. 122. cum latitudine australi decem scrupulorum tantùm, vterque est magnitudinis quartæ de natura ♂ & ☉. Stellæ in Cancri oculis sunt ☿ & nonnihil ♂. Quę verò in brachijs seu chelis existunt, Saturni & Mercurij naturam referunt.

ὄνοι

βόρειος

νότιος

V. Leo.

In Leonis capite sunt duæ stellæ magnitudinis tertię de natura ♃ & parum ♂, sed borealior habet longitudinem p. 135. cum latitudine bor. p. 12. Australis verò habet longitudinem p. 134. 50. 1ª. id est, incidit in p. 14. 50. 1ª. ♌, cum lat. bor. p. 9. 30. 1ª. τρεῖς δὲ τοῦ ῥαχέλω, id est, Tres in ceruice sunt Saturninæ & nonnihil ☿. Harum prima habet longitu. p. 140. 50. 1ª, cum latitud. borea. p. 11. magnitudinis tertiæ. Media est magnitudinis secundę, & habet longitu. p. 142. 50. 1ª. cum lat. bore. p. 8. 30. 1ª. Tertia habet longitudinem par. 141. 20. 1ª. cum lat. borea. p. 4. 30. 1ª. estq; magnitudinis tertiæ. In medio Leonini Asterismi reperio lucidam stellam magnitudinis primę de natura ♂ & ♃, quam

quam vulgò cor Leonis & Regulum, latini Regiam, gręci βασιλισκὸν vocant, estq; in Leonis dodecatemorij parte 23.10 1ª, cum latitudine boreali decem scrupulorum tantùm. Hæc omnium quę in cœlo hærent, efficacissima esse creditur, quòd prope Eclipticam existens, Solis lumine maximè adiuuetur. [redacted] ὁι δὲ [redacted] τῇ ὀσφύϊ, καὶ ὁ ἐπὶ τῆς ὑρᾶς λαμπρὸς, τῷ τοῦ ♄, καὶ τῷ τῆς ♀. ὁι δὲ ἐν τοῖς μηροῖς, τῷ τῆς ♀, καὶ ἑρμαῖα τῷ τοῦ ☿, id est, quæ sunt in ilio, cum illa quæ in cauda refulget, ♄ sunt & ♀. Quæ verò in femore, Venereę sunt & nonnihil Mercuriales. Cęterùm illa quę in extremo caudæ splendet, est primæ magnitudinis, & habet longitudinem p. 165. 10 1ª. id est, est in dodecatemorij Virginis parte 15. 10 1ª. cum latitudine boreali p. 11. 50 1ª.

βασιλισκὸς.

Ex informibus circa Leonem inter extrema eius & vrsæ diligenter notandæ sunt nebulosæ inuolutionis, quam vocant Berenices crines. His enim Luna congrediens oculos natorum mirè affligere consueuit, sicut scripsit Ptolemæus lib. 3. Apotelesmatum, capite περὶ σινῶν καὶ παθῶν σωματικῶν. Situs aût ipsarum hoc nostro æuo est huiusmodi: Luminosa, quæ maximè ad boream spectat, habet longitudinem part. 165. 30 1ª. cum latitudine boreali parte 30. Obscurarum pręcedentis longitudo est p. 161. 10 1ª. cum latitudine boreali p. 25. Sequentis verò in figura folij hederæ lõgitudo est p. 169. 10 1ª. cum latitudine boreali p. 25. 30 1ª.

πλοκάμου συρρο-φή. Trica.

Sidus Virginis alatum in globis stelliferis depingitur. Stellæ itaque quæ sunt in Virginis capite, & vna in extremitate alæ australis, imitantur naturam Mercurij & nonnihil ♂. Reliquæ eiusdem alæ splendidę, & quę sunt in cingulo, sequuntur naturam Mercurij & parum ♀. Altera ala borealis duabus celebribus stellis est insignis. Primò enim reperitur in ea stella lucida tertiæ magnitudinis, quæ à nostris vindemiator, à gręcis προτρυγητὴρ, Chaldaicè Almucedie Alaraph dicitur. Longitudo eius est p. 182. 50 1ª. Latitudo verò bor. p. 15. 10 1ª. peinde altera eiusdem alæ primę magnitudinis, quam nostri spicam Virgi-

VI. Virgo.

προτρυγητὴρ.

nis, Greci σάχυρ, Chaldęi Alzimon Alazel vocant, habet longitudinem p.197.20 1ª. id est, pertinet ad partē 17.20 1ª. dodecatemorij Libręę, cum latitudine australi p.2. Naturam verò habet ♀ & nonnihil ♂. Stellę denique quę in extremo pedum atque in fimbria vestis consistunt, idem quod ♀, & nonnihil quod ♂ operantur.

VII. Ζυγός Chelarum asterismus 8. figuratur stellis, quarum duę sunt magnitudinis secundę, quatuor quartę, duę quintę. Natura verò earum à Ptolemęo descripta est his verbis: τῶν δὲ χηλῶν τοῦ ♎ οἱ μὲν αἱ ἀκρᾶις αὐταῖς ὡσαύτως διατιθέασι τῷ τοῦ ♄ καὶ τῷ τοῦ ♀. οἱ δὲ αἱ μέσαις τοῦ τοῦ κρόνου, καὶ κρέμα τῷ τοῦ ♂.

VIII. Scorpius In Scorpij fronte lucentes tres sunt magnitudinis tertię, & de natura ♂ & parum ♄. Eius quæ est borealis, longitudo est p.237. id est, est in parte 27. dodecatemorij Scorpionis cū latitudine bor. p.1.20 1ª. Medię longitudo est p.236.20 1ª. cū latitudine austrina p.1.40 1ª. Australioris longitudo est itidē p.236.20 1ª cum latitudine aust. p.5. Tres lucidę in corpore sunt de natura ♂ & nonnihil ♃. Sed pręcedens earum est magnitudinis tertię, & habet longitudinem par.241.20 1ª cum latitudine aust. p.3.45 1ª. Media illa lucida ac rutilans, à recentioribus cor Scorpij, Gręcè ἀντάρης dicta, est magnitudinis secundę, incidit in partem 3. scrup. 20. Sagittarij, cum latitudine meridionali p.4. Sequens trium est magnitudinis tertię, & habet longitud. p.245.10 1ª cum latitudine australi par.5.½. Earum quę sunt in spondylis, pleręque sunt magnitudinis tertię, imitantur naturam ♄ & parum ♀. Quę est in primo spondylo incidit in p.9.10 1ª Sagittarij, cum latitudine australi par.11. Quæ in septimo spondylo atque aculeo proxima existit, reperitur in p.19.40 1ª Sagittarij, cum latitudine austrina par.15 ⅙. Duarum in aculeo antecedens est magnitudinis quartę, & habet longitu. p.257 ⅔. cum latitudine aust. p.13 ½. Sequens verò magnitudinis tertię est, & habet longitudinem p.258 ⅙. cum latitudine aust. p.13 ⅓. Idem possunt, quod ☿ & ♂. ἡ δὲ λεγομένη νεφελοειδὴς συρροφή, id est, Gyrus nebulosus circa Scorpiū, est de natura ♂ & ☽, & pertinet ad Sagittarij partem 21.50 1ª. cum latitudine australi par.13 ¼.

ἀντάρης.

IX. Sagittariª Cuspis sagittę Martius est & Lunaris. Circa arcum & eam nerui

nerui partem quę manu prehenditur, sitę sunt stellę Iouiæ & Martiales. In facie συστροφή, id est, nebulosa duplex, idem potest quod ☉ & ♂, pertinet ad p.3.40 1ª. Capricorni, cum latitudine boreali p.0.45 1ª. Quę in fascia & dorso sunt, sequũtur naturam ♃ & parum ☿. Pedes sunt ♃ & ♄. Terebellum, id est, ὁ τῶν ὀρῶν τετράπλευρον, ὃν ἡ ♀, καὶ ἡ ἐρέμα ὃν τοῦ ♄.

Capricorni cornua sunt de natura ♀ & parum ♂. Oris stellę Saturnię sunt, & simul aliquo modo naturam ♀ sapiunt. Pedes venterque Martia sunt & parum ☿. Cauda denique ♄ & ♃ naturam sequitur. X. Capricornus.

Stellæ in Aquarij humeris, itemque veste & manu sinistra, ♄ & ☿ naturam referunt. Femora plus ☿ quàm ♃ imitantur. Quę in effuso latice hęrent, sunt Saturnię & aliqua ex parte Iouię. XI. Aquarius

Vltimum asterismum signiferi figurant duo Pisces, vnus νότιος, alter βόρειος, qui filo quodam colligantur, quod alij linum, alii lineolam, alii ligamentum vocant. Stellę itaque in capite Piscis australis sunt de natura ☿ & nonnihil ♄. In corpore sitę Iouię sunt & ☿. In cauda & filo australi ♄ & parum ☿ referunt. Eę verò quæ sunt in corpore & spina Piscis septentrionalis, Martiæ sunt & nonnihil etiam Venereæ. Quæ sunt in filo septentrionali, naturam ♄ & ♃ imitantur. Illa denique in nodo splendida, naturam ♂ & nonnihil ☿ habet. XII. Pisces.

SEQVVNTVR ASTERISMI RELIQVORUM signorum extra signiferum positorum. ET primò 21. effigies Borealis.

Vrsa minor seu Cynosura, quã Phœnices in mari obseruant, quòd propior polo sit, minusq; moueatur. Huius extremam in cauda stellam, quòd proxima axi sit, polum appellant: abest tamen à vero mundi vertice quatuor penè partibus. Stellæ huius vrsæ lucidæ ♄ qualitatem habent, & aliquantulum ♀. I. Cynosura

Vrsa maior seu Helice, quam Græci, quòd stellas habeat insigniores, in mari obseruant. Qua de causa apud Homerum ἑλικῶπιδες ἀχαιοί appellantur. Stellæ huius vrsæ ♂ similitudinem referunt, ἡ δὲ τοῦ πλοκάμου αὐτῆς τῆ συστροφὴ τῆ II. Helice.

☾ καὶ ☿ ♀. id est, Sub cauda huius coma Berenices habet temperaturam ☽ & ♀. Quapropter hæ stellæ quasi coma humidissimæ sunt, & suffocationes [illegible] pituita nunciant. Vtraque vrsa septẽ principalibus stellis, quas septentriones vocant, intexitur. Vulgus & poëtæ plaustra ab equorum rotarumque forma nominat. Homerus Iliad. 6. ἀρκτὸν δ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι, id est, vrsam, quam & plaustrum cognomento vocant.

III. Draco. Lucidæ stellæ Draconis, qui duabus vrsis instar fluminis sinuoso inflexu inuoluitur, sunt de natura ♄ & ♂ & ♃.

IIII. Cepheus. Cepheus Casiopię maritus, quod sidus Babilonij Ficares, & nonnulli inter nostros succensum, & dominum flammę nominarunt, continet stellas ♃ & ♄.

V. Bootes. Bootes, id est, bubulcus, sidus est, quod Helicen siue vrsam maiorem sequitur, aliàs Arctophylax & custos Erimanthides vrsę. Ouid. 3. Fastorum:

Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes.

Stellę Arctoę ęgrè occidunt, Austrinę ęgrè oriuntur, idcirco Bootes propter diuturnã morã tardus & piger à Poëtis subinde nominatur. Sic Homerus in Odyssea, ὀψὲ δύοντα βοώτην nominauit. Lucanus lib. 3. Pharſ. eundem velocem appellauit, sed id ad situm partiũ terrę meridionalium referendum est, vbi Bootes non tam diu in hemisphærio superiore commoratur, sicut in locis borealibus: verba eius hęc sunt:

Tunc furor extremos mouit Romanus Oretas
Germanosq; Duces, quorum deflexus in austrum,
Aether non totam, mergi tamen aspicit arcton,
Lucet & exigua velox ibi nocte Bootes.

Stellę Bootæ ☿ & ♄ qualitates habent, præterquàm quòd rutilans ac fulgens primæque magnitudinis stella inter Bootæ pedes sita, quam Chaldęi Azemer Aramer, nostri Arcturum, hoc est, caudam vrsę vocant, qualitates ♄ & ♃ retinet. Incidit in p. 18. 40 1ª ♎, cùm latitudine sept. p. 31 ½.

VI. Corona Ariadnes. Coronam borealem Ariadnes à Bacho inter sidera relatam ferunt, vnde & Gnosia dicitur: Chaldæi Malfelcare nominant. Continet stellas eadem quę ♀ & ☿ agentes. Vna reliquis splendidior, alijs Hercules, alijs Theseus, alijs Thamyris dicitur: Estque

que magnitudinis secundæ, habens longitudinem p.215.20 1ª, cum latitudine bor.p.44.36 1ª.

VII. Geniculator stellas Mercurio similes continet.

ὁι κατὰ γόνυ σ' γόνασι.

Lyra, quod sidus varijs nominibus obscuratur: nominant enim Chelin, Fidiculam, Tympanum, Falconem, Vulturem cadentem, & Chaldęi Asange, habet stellas de natura ♀ & ☿.

VIII. Fidicula.

Auis, olor seu gallina, Græcè κύκνος vel ὄρνις, habet stellas itidem de natura ♀ & ☿. Nonnulli ex nostris vocant hoc sidus ciconiam.

IX. Auis.

ὁι κατὰ τὴν καστιέπφαν ἀστέρες, ἔχει τὸν ♄ ☉ ἔχει τὸν ♀, id est, Cassiopea continet stellas de natura ♄ & ♀

X. Cassiopea.

Perseus habet stellas de natura ♄ & ♃. Ille verò Gyrus in capulo ensis Martius est & Mercurialis. Est in sinistra manu Persei, & capite Medusæ stella lucens digna obseruatione, secundæ magnitudinis de natura ♄ & ♃, in parte dodecatemorij Taurini $20\frac{1}{3}$. cum latitudine boreali p.13. quæ à Babylonijs caput Algol, à græcis γοργόνιον, à nostris Gorgonis seu Medusæ caput, & propter infœlicitatem perniciemq; suam κακοδαίμων dicitur. [redacted]

XI. Perseus.

γοργόνιον

[redacted]. Denique græcus textus quoque nõ Solem, sed martem nominat. ὅτε τύχοι ὁ ἄρης μετὰ τὴν κεφαλὴν τὴν γοργόνης, μὴ ἐφορώμενος ὑπὸ ἀγαθοποιοῦ, μήτε ὁ ἀγαθὸς ὑπαρχέτω τῷ ἡ. Δεξιμερεῖ δὲ ὁ κύκλος τοῦ αἰρετικοῦ φωτὸς τὸν ♂,

πτερυγωνίζει, ἀφ' κεφαλιωθήσεται ὁ γεννηθείς: εἰδὲ μεσουρανεῖ ὁ φωστήρ, φωσθήσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ, εἰ δὲ δυσαφὴς γένοιτο ἀφ' τῶν ΠΗΤΩΝ Χ, κοπήσονται αἱ χεῖρες αὐτοῦ ©ὁ ὀδόντες.

XII. Auriga. Capella.

Hemochus seu Auriga, aliàs Erichtonius: In huius læuo humero lucida primęque magnitudinis stella αἴξ, id est, capella dicitur, aliàs apud autores capra Oleuia ab Oleuo Arcadiæ vrbe, vbi ipsam nutritam arbitrantur. Ouid.

Nascitur Oleuiæ signum pluuiale capellæ.

Refertur autem ad Cancri dodecatemorij partem 15 $\frac{2}{3}$ cum lat. bor. p. 22 $\frac{1}{2}$. Et in vola eiusdem dextræ manus sunt duæ stellæ magnitudinis quartæ, quæ ἔριφοι, id est, Hœdi vocantur, quorũ antecedens est in Geminorum dodecatemorij parte 12 $\frac{5}{6}$. Sequens verò in par. 13 $\frac{1}{3}$. eiusdem. Latitudo verò boreal. vtriusque est part. 18. Hœdorum in autoribus frequens est mentio. Theocritus in Hodoiporia: ἔστω ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς μιτυλαίναν χ' ὥραν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ κύματα, χ' ὡείων ὅτ' ἐπ' ὠκεανῷ ὀδόας ἴαχῃ. Optat amico fœlicem in Mitylænen nauigationem etiam in signo infœlice & turbulentissimo, quando videlicet Notus infestat mare sub occasum cosmicum Orionis & ortum Achronicum Hœdorum, qui cum principio Tauri Alexandriæ exoriuntur. Quare in octobri ☉ in ♏ vesperi descendente è regione Hœdi emergunt Achronicè: Ideoq; ἑσπέριοι, id est, vesperi apparentes poëta nominat. Cæterùm quòd ad temperaturam lucidorum stellarum huius sideris attinet, ea est ♂ & ☿.

ἔριφοι Hœdi

XIII. Serpentarius.

Ophiuchus, ὀφιοῦχος serpentarius, habet stellas de natura ♄ participe ☿.

XIIII. Serpens.

Ipse verò serpens ophiuchi habet stellas, idem quod ♄ & ♂ facientes.

XV. Sagitta ὀϊστός

Sagitta Herculis habet stellas imitantes naturam ♂ participe ☿.

XVI. Aquila ἀετός.

Aquila, seu vt recentiores vocauerunt, vultur volans, habet stellas martias & Iouias.

XVII. Delphin.

Delphinus ♄ & ♂. Huic accommodant fabulam seu historiam Arionis Poëtæ Lyrici.

Equise-

Equisectio, seu equus primus, προτομή, equuleus, quas habet lucidas stellas, sunt de natura ♂ & ☿. XVIII. Equisectio.

Pegasus, equus alatus, seu equus secundus, seu maior, eandem habet naturam. Hunc Ouid. è sanguine qui ob exciso Medusæ capite defluxit, genitum esse in Fastis refert: XIX. Pegasus.

Creditur hic cæsæ grauidæ ceruice Medusæ
Sanguine respersis prosiluisse comis.

Eundem & volucrem fuisse, & tandem inter sidera relatum scribit.

Andromeda Cephei & Cessiopeæ filia, Veneris constat stellis. Nonnulli cathenatam nominarunt: cuius liberator Perseus in sinistra manu caput Gorgonis, in dextra ἅρπην habet. XX. Andromeda.

Triangulus denique habet stellas, quæ idem quod ☿ operantur. XXI. δέλτωτον

XV. Asterismi Australes.

Cetus infestus Andromedæ, quem quidam marinum Leonem, quidam vrsum, quidam denique Piscem & Balenam vocant, ex Saturninis componitur stellis. I. κῆτος.

Oriona veteres latini Lingulam vocant, & quidam fortissimum nominant. Huius stellæ in humeris locatæ ♂ & ☿ similes. Cæterùm rubescens, quæ in dextro humero refulget, est magnitudinis primæ, & pertinet ad Geminorum partem 22 $\frac{2}{3}$. cum latitudine austr. p. 17. Illa verò quæ est in humero sinistro, est magnitudinis secundæ, ac pertinet ad Geminorum partem 11. cum latitudine aust. par. 17 $\frac{1}{2}$. Reliquæ huius sideris lucidæ ♃ & ♄ imitantur. II. Orion.

In baltheo autem seu cingulo Orionis tres insignes stellę secundæ magnitudinis fulgent: quarum præcedentis longitudo est par. 76. cum latitudiue aust. p. 24 $\frac{1}{6}$. Mediæ longitudo est par. 78. cum latitudine aust. par. 24 $\frac{5}{6}$. Sequentis denique ad rectam lineam longitudo est p. 80. cum latitudine aust. par. 25 $\frac{1}{2}$. In sinistro denique pede fulget clara stella magnitudinis primæ, habens longitudinem p. 69 $\frac{5}{6}$. cum latitudine aust. p. 31 $\frac{1}{2}$. Cingulũ Orionis.

ποταμὸς Eridanus seu fluuius, aliàs Nilus nominatus, habet in extremitate sua fulgidam primæque magnitudinis stellam, estque de natura ♃, & incidit in dodecatemorij Arietis par. 20. III. Eridanus vel Nilus.

par.20 $\frac{5}{6}$. cum latitudine auſtrali par.53 $\frac{1}{2}$. Cæteræ ſunt Saturninæ.

IIII. Lepus. Lepus ſub pedibus Orionis ſtellas habet Mercuriales.

V. Canis. Canis maior Venereas habet omnes, pręter ingentem maximamque ſtellam quę in ore eius lucet, & Canicula, item σφριὸς dici conſueuit, quę Iouia eſt & aliquantulum etiam Martis habet. Longitudo eius eſt par.98 $\frac{1}{3}$. cũ latitudine auſtrali p. 39. Hæc matutino in exortu in ſpeculo etiam in medio die, impoſitis aquis contra Solem cernitur, Solisque calorem mirè adauget.

VI. Procyon. Procyon canis minor ſeu Antecanis dicitur, quòd ante Sirium exoriatur. Lucida ipſius ſtella primę eſt magnitudinis de natura ☿, nec non etiam aliquantulum Martis habet, & habet longitud. par.109 $\frac{5}{6}$. cum latitudine auſtrali p.16 $\frac{1}{6}$.

VII. Argo. Canobus. Lucidæ τῆς ἀργοῦς, quam & nauem Iaſonjs & arcam Nohæ vocant, ſunt de natura ♄ & ♃. Porro ſtella primę magnitudinis in ſummo Argus gubernaculo κάνωβος dicitur, ſed nobis non exoritur, habet enim latitudinem auſtralem p.75.

VIII. Hydra ὕδρος. Hydræ ſeu ſerpentis lucidę ſtellę ſunt Saturninę atque à parte Venereę. Quidam ex recentioribus hoc ſidus magnanimum vocarunt.

IX. Crater. Crater vas ſeu vrna habet ſtellas Venereas & à parte ☿.

X. Coruus. Coruus Martias & Saturninas.

XI. Cẽtaurus. Centaurus, Chiron, qui & θηρίον ſeu beſtiam deferens vocatur. Stellę in humana corporis parte collocatę ♀ & ☿ efficaciam habent. Splendidę verò in equina ♃ & ♀.

XII. Beſtia. τὸ θηρίον, id eſt, beſtia, ſeu lupus, ſeu belua quam Centaurus gerit, à nonnullis etiam Leopardus nominata, lucidas habet ſtellas, naturam ♄ & aliquantulum etiam Martis ſapientes.

XIII. Thuribulum. τὸ θυμιατήριον, id eſt, ara ſeu thuribulum ſtellas habet Venereas, & aliquantulum etiam Saturninas.

XIIII. Corona auſtrina. Lucidę ſtellę αἱ τοῦ νοτίου στεφάνου, id eſt, in auſtrina corona, ♄ & ☿ qualitatem imitantur. Vocatur etiam hoc ſidus ὀρακίου & rota Ixionis.

XV. Piſcis auſtrinus. Piſcis auſtrinus, marinus ſeu magnus, qui ideo in cœlum translatus eſſe dicitur, quòd olim Venerem in fuga Gygantis exceperit, habet in ore ſtellam lucidam primę magnitudinis de

natura

natura ♃ participe ☿. lõgit. eius est p. 327 ⅔. lat. verò aust. p. 23.

Hactenus de stellis fixis: Iam vires planetarũ aperiendæ sunt. Sed priùs recitanda atque examinãda est hæsitatio, quæ hic exoritur. Dubitari enim meritò potest, an stellæ quæ maleficarum & beneficarum compositas qualitates habere dicuntur, vtrasq; simul quamuis contrarias retineant, an verò vna qualitate abolita, alteram sequantur. Veluti Basiliscus vires ♄ & ♂ habere dicitur. [illegible] Non absurda mihi videtur responsio, si dicamus, sidera hæc refundere qualitates illius planetæ, cum quo copulantur, hoc est, corpore vel aspectu coniunguntur. Quo quidem in negotio semper is erit præferendus, qui præsens in asterismo repertus fuerit, aut eundem propiùs viderit. Quòd si sideri neuter cognatorum, sed tertius aliquis peregrinus iungatur, sidus illius planetæ naturam defendere videtur, cui aspiciens amicus fuerit, eique natura conuenerit. Vt si nec ♂ nec ♄, sed tamen ☉, qui Martis qualitate propter calorem abundat, basiliscum videat, is obruta natura Iouia tantùm Martis qualitates retinere non immeritò videbitur. Sed alia est sententia Cardani, qui communitas planetarum naturas in sideribus [illegible] ait, eo quòd Ptolemæus etiam planetarum vires [illegible] similibus augeantur, ex contrariis autem qualitatibus, aut vtraque tollatur, si videlicet pares sint aut excellentior per remissiorem debilitetur, si quali[illegible] viribus impares [illegible]. Iuxta hunc modum stellæ in cauda vrsæ maioris de natura ♀ & ☽ humidissimæ erunt, quòd vterque istorum planetarum sit humidissimus: in calore verò mediocres, calidiores minimum Luna, & Venere frigidiores. Eodem modo [illegible] & [illegible] vtroque enim planeta sicus est. In calore verò quasi temperatæ, sed [illegible] ad frigus, quia ♄ frigus Martis calore maius est. Erunt autem iracundi propter ☉, & tenaces iracundiæ propter ♄, & in illa iracundia feroces, audaces, & denique ea deferuescente timidi propter ♄. Ad extremum illud quoque [illegible] debemus, quòd stellæ [illegible] autem [illegible]

quædam verò longiùs ad aquilonem ab Ecliptica re[illegible]sserunt, non in omni climate pari modo cum Sole aut alia parte Ecliptica exoriantur aut occidant. Verbi gratia, Curua linea ab intersectione verna ad vtrosque polos mundi extensa, etsi in sphæra recta, in qua vterq; polorum horizonta contingit, vno momento tota ascēdit, nobis tamē septētrionalibus vniuersa simul nō attollitur, sed vbi pars septentrionalis sese extulerit, australis ad huc depressa latebit. Quapropter Sole aut alio sidere in intersectione verna, hoc est, in prima parte ♈ exoriente, non exorietur cum eo stella fixa in eadem linea ad austrum posita, sed aliquot pòst gradibus. Econtrariò stella ad septentriones sita, citiùs exorta Solem antecedet, & neque simul cum Sole exorietur nec occidet. Ne itaque tibi positus stellarum imponat, diligenter per sphæram solidam, aut per tabulas Monteregij prouidendum est. In Ephemeridum quoque libris ad nonnullas eleuationes poli ordinatę sunt ad hunc vsum tabulæ, quæ ostēdunt, quæ insigniores stellæ cum quibus partibus Ecliptica oriantur, occidant, culminentque. Sequitur textus de vi, potestate atque significatione septem meantium siderum.

♄ 1 [redacted] 2 [redacted]

[redacted]

3 [redacted]

[redacted]

si fora

11 Signat quoque in-
dumenta nigra. Et alij quidam dicerent, quod Saturnus signat interiora aurium, pulmones & stomachum. Et habet ex colaribus nigredinem. & de saporibus salsos & acetosos & ex aliis subtilia, ex noctibus denique, eis, quæ præcedit quarta feria. 12 Et quatuor orbis eius est nouem graduum. 13 Et anni stellarum eius sunt XX. maximus vero CCCLXXIX. minimus LVII. medij XLIII. priores denique XXXX. 14 Fortitudo eius quia Deus est stella sexta, superior omnis. 15 Et alia stella Iouis signat de figuris hominum, hominem inter homines croceum, qui cum stat videtur mergi. oculos suos interam, ponderosus, in gressu adiungens pedes, maceratus, ruius, habens paruos oculos, & stolam autem, pulchrus, rasam habens barbam in maxillis, labia ipsa, calidus, ingeniosus, [illegible] Et ipse Dominus. Hic signat hominem corpore valde pilosum, in his superciliis. 16 Et habet ex regionibus Asiæ & Indiæ, [illegible] 17 Et ex partibus habens

par-

partem fortitudinis & stabilitatis. Et significat terras vel [illegible] & [illegible] & eos qui praesunt operibus, iudicium & laborem, ingenia & cursus [illegible] & [illegible] ex partibus mundi Albini & Albini [illegible] & terras nigrorum & montes eorum.

Iupiter fortuna, masculinus, diurnus: & est significator substantiae, & operatur calorem & humiditatem temperatam, aeream, sanguineam, & de ætatibus significat iuuentutem vsque ad perfectionem ætatis: & ex magisteriis quæ pertinent ad legem: vt iusta iudicia iudicare, & pacem inter homines mittere, & in bonis fidelitatis significat abundantiam, & ex negotiis illis quæ fiunt absque seductione, & significat animam & iocunditatem & veritatem, & religionem & pietatem, & omne preceptum pulchrum & pretiosum, & abundantiam Veneris: & ex infirmitatibus quæ fiunt ex sanguine per augmentum quantitatis, quæ non fuerit superflua extra naturam, nec ex sanguine vsto & convertibili: & est planeta sapientiæ & intellectus & vsus. Et complectitur Saturnus, sicut nec omnium

4

[illegible]

Quidam autem dixerunt, quòd significat hepar & stomachum, & aurem sinistram & brachia atque ventrem: inferiora quoque pectinis & intestina: & ex coloribus colorem cineritium & viridem, & horum similes: & ex saporibus habet dulcem: & quantitas orbis eius est graduum IX. & ex diebus habet diem Iouis, & ex noctibus noctem diei Lunæ: & anni fridariæ eius, id est, dominationis eius, sunt XII. & anni maximi sunt CCCCXXVIII. maiores LXXIX. medij XLV. & dimidium: minores verò XII. & fortitudo eius ex plagis circuli est in occidente.

Et dixit Messahala, quòd ex hominibus significat hominem album, habentem ruborem in facie: habentem oculos non prorsus nigros, nares non æquales & breues, caluum: in aliquo dentium habentem nigredinem, pulchræ staturæ, boni animi, bonis moribus, pulchri corporis. Et dixit Dorothæus, quòd significat hominem habentem magnos oculos: & pupillam latam, barbam crispam. Et habet ex regionibus Alchirath & Babyloniam & Asen & Persidem, & Alaormes & Archadiam. Et ex partibus habens partem habitudinis profectus, & significat [illegible]

Mars

Mars masculinus, nocturnus, malus, operatur calorem & siccitatem. [redacted] *& habet ex ætatibus iuuentutem vsque in finē iuuentutis: & natura eius cholerica amari saporis.* ♂

[redacted]

[redacted]. Et ex infirmitatibus febres calidas et sanguineas, et pustulas sanguineas, alabraha, quæ est rubedo corporis cum asperitate et fœditate et commestione carnium cum putredine: et dimidij capitis dolorem, et ignem sacrum et pauorem, et cogitationes horribiles, quæ inquietant homines et commouent et impediunt atque inanes reddunt, et quicquid fuerit cum inflammatione caloris. [redacted]. Dixerunt quidam quòd habet ex mẽbris fel, renes, et venas, et decursum spermatis et dorsum: et habet ex coloribus rubedinẽ, et ex saporibus amarũ: et quãtitas orbis eius est VIII. gra. et ex diebus habet diẽ Martis: et ex noctibus noctẽ sabbati: et anni fridariæ eius sunt septẽ, et anni eius maximi sunt CCLXIIII. maiores sunt LXVI. medij autem XL. & dimidiũ: & minores XV. & fortitudo eius in plagis circuli meridie.

Et dixit Meßahala: quòd significet de imaginibus hominum, hominem rubeum, habentem capillos ruffos, et faciem rotundam leuiter homines deboneſtantem, habentem oculos croceos, horribilis aspectus, audacem, alias citum habentem in pede signum vel maculam. Et dixit Dorothæus, quòd significat habentem acu

tum

tum aſpectum. Et ex partibus partem audaciæ: [redacted]. Et habet ex partibus mundi Aſcē & terras Romanorum vſq; in occidentem, & terras Thuſcorum.

Sol per aſpectum fortunatus eſt, & malus per coniunctionem in vno ſigno, & eſt maſculus, diurnus, operatur caliditatem & ſiccitatem. [redacted], purgationem cum omni ſpecie purgandi, qua corpora interiùs & exteriùs purgantur. Et ex infirmitatibus ſignificat infirmitates calidas & ſiccas in corporibus apparentes. [redacted]

dissimilis. Et dixerunt quidam, quòd Sol signat imagine vultus hominis, & propriè ex viris oculum dextrum, & ex mulieribus oculum sinistrum. Et dixerunt quidam, quòd habet cor & medullam & femora. Et ex infirmitatibus comestionem carnium in ore, & detrimentum oris propriè, & descensionem aquæ in oculum: potestas eius in capite. Et dixerunt Indi, quòd cũ fuerit in ascendente, erit comburens, & habebit signum in facie. Et habet ex coloribus quicquid videtur peregrino colore: & ex saporibus, acrem. Et quantitas orbis eius est XV. graduũ. Et ex diebus diem habet dominicam, & ex noctibus noctem Iouis. Anni fridariæ eius sunt decem. Et anni eius maiores sunt CXX. maximi sunt MCCCCLX. medij XXXIX. & dimidium, vel secundũ quosdam LXIX. & dimidium: minores verò XIX. Fortitudo eius ex plagis circuli est in oriente. Et dixit Messahala, quòd signat de figuris hominũ eum, qui habet colorem inter croceum & nigrum, id est, fuscum, tectum cum rubore, breuis staturæ, crispum, caluum, pulchri corporis: & habet ex saporibus acutum. Et dixit Dorotheus, quòd figura Solis & Lunæ est figura planetarũ qui fuerint cum eis, & eius quæ dignior fuerit in loco eorum. Si ergo velis

scire fi-

ſcire figuram Solis, ſcito quòd ſit crocea, habens partem ruboris capillorum, oculi eius aliquãtulum crocei. [redacted] *.Et ex partibus mũdi habet Zamarach & Cura & Ferit, & eius terminos, & terras Romanorum.*

Venus fortuna, fœminina, nocturna, [redacted] *. Et operatur calorem paruum & humiditatẽ magnam, frigus & humiditatem temperatã: & ex ætate habet iuuentutem vel adoleſcentiam.* [redacted]

[illegible]. Et ex infirmitatibus morbos habet frigidos & humidos, qui accidunt propriè, et multotiens in membris genitalibus. [illegible] garitas atque pictura. [illegible] commestionem, & his similia. [illegible] cupiditates potionis & commestionis [illegible]. Et dixerunt quidam, quòd significat anchas & spinam dorsi & sperma. Et alij dixerunt, quòd habet significare pinguedinem et carnes & renes et vuluam, matricem, ventrem, pectinem et vmbilicũ. Et habet ex coloribus albedines, et ex saporibus vnctuosum. Et quantitas orbis eius VII. graduum. Et habet ex diebus diem Veneris, & ex noctibus noctem Martis. Et anni fridariæ eius sunt octo, & anni eius maiores LXXXII. maximi CLI. & medij XLV. minores verò VIII. Fortitudo eius in plagis circuli est in dextra orientis. Et dixit Messahala, quòd si-

gnat

gnat de figuris hominum, hominem album, trahẽtem ad nigredinem, pulchri corporis & capillorũ, faciem habentem rotundam, et paruã habẽtem maxillã, pulchros oculos, & eius nigredo oculorũ est plusquàm oportet. Et dixit Dorotheus: signat hominem pulchram faciem habentem, pulchros oculos et multos capillos, et plus album confectum rubore, crassum, ostendentẽ beneuolẽtiam. [redacted] *Et habet ex partibus mundi Albiget et Aliemen & terras Arabum.*

Mercurius commixtus, masculinus, diurnus, inclinatur per naturam suam ad eũ cui complectitur ex planetis, et ex signis: [redacted] ☿

~~& fundatione~~. Et dixerunt quidam, quòd significat femora, vmbilicum & pectinem & crura, neruos atque venas. Et ex coloribus habet omnem colorem commixtum atque variatum, & alezmenium, qui est color floris lilij agrestis: & ex saporibus acetosum. Et quantitas orbis eius est VII. graduum, & habet ex diebus diem Mercurij, & ex noctibus noctem diei dominicæ. Anni fridariæ eius sunt XIII. & anni eius maiores LXXVI. maximi CCCCLX. medij XLVIII. minores verò XX. Fortitudo eius in plagis circuli est in septentrione. Et dixe-

runt

runt quidam, Mercurius à medio retrogradationis eius vsque ad stationem secundam, significat pueritiam: & à statione secunda vsque ad coniunctionem Solis, iuuentutem: & à cõiunctione Solis vsque ad stationem primam, mediam ætatem: & à statione sua prima vsque ad mediũ retrogradationis, significat senectutem [redacted]

m

[redacted] *Similiter Veneri accidit in his locis & planetis altioribus. Et dixit Messahala: Mercurius significat ex figuris hominum, hominẽ non multum album neq; nigrum colore, frontem habentẽ eleuatã & longã, in facie lõgitudinẽ, & nasum longũ, rarã habentẽ barbã in maxillis, & oculos pulchros, nõ ex toto nigros, lõgos quoq; habentẽ digitos.* [redacted]

[illegible]: significat quoque perfectum magisterium & subtilitatem in operatione, & in [illegible] indorum [illegible]. Et ex terris habet Adelech, Alcuiden & maximè in meridie, & terras Indorum.

☾ Luna fortuna, fœminina, nocturna, operatur frigiditatē & humiditatē. Et est significatrix matrū, si fuerit natiuitas nocturna: & est in ea phlegma temperatū. Et significat ætatē puerilē & initiū crescendi. [illegible]

Et ex irfirmitatibus epilepsiam, paralysin, guttam caducam, & vultus torsionem, enodationem membrorum & commotionem, & quicquid fuerit in similitudine frigoris & humiditatis. [illegible] cum planetis. Cui si complexione [illegible] ipsa Venus, significat [illegible] & benignitatem, & animi [illegible] & morum honestatem, [illegible] Iuppiter significat honestatem [illegible] & vitæ pub[illegible]

tum. Et dixerũt alij, quòd significat cerebrum propriè et pulmonem. Et ex coloribus habet croceum, & ex saporibus salsum. Et quantitas orbis eius est XII. graduum. Et significat in viris oculum sinistrum, et in mulieribus dextrum. Et ex diebus habet diem Lunæ, et ex noctibus noctem Veneris. Et anni fridariæ eius sunt nouem: maiores autem CVIII. maximi CCCCCXX. & medij LXVI. & dimidium, & secundum quosdam XXXIX. & dimidum: minores verò XXV. Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidentis.

Et dixit Meßahala, quòd significat de figuris hominum hominem album, confectum rubore, iunctis superciliis, beneuolum, habentem oculos non ex toto nigros, faciem rotundam, pulchram staturam: & in facie eius signum. Et ex terris habet Arcoch & Timanã et Aldeilam.

18 *Et quidam dixerunt, quòd significat pueritiam ab initio mensis vsque ad VII. dies, & à VII. diebus vsq;*

ad XIIII. dies iuuentutem: & significat ætatem perfectionis, id est, mediæ ætatis, vsque ad XXI. dies & noctes: & senectutem vsque ad coniunctionem, id est, vsque in finem mensis, quando coniungitur soli. Etenim

Et dixerũt quidam, quòd Luna à coniunctione quidẽ vsque ad dimidium luminis sui primum, erit natura eius humida: & à medietate luminis sui vsque ad impletionem, erit natura eius calor: & ab impletione vsque ad dimidium sui luminis secundum, erit natura eius siccitas: & à dimidio luminis sui secundi vsque ad coniunctionem, erit natura eius frigus. Reliqui verò planetæ ab ortu suo vsque ad stationem suam primam, in natura humiditatis erunt, & significant pueritiam: & à statione sua prima vsque ad oppositionem Solis, erit natura eorum calor, & significant iuuentutem: & ab hoc loco vsque ad stationem secundam, erit natura eorum siccitas, & significant perfectam ætatem: & à statione sua secunda vsque ad occultationem suam primam, erit natura eorum frigus, & significant senectutem frigidam.

19. *Et dixerunt quidam, quòd Sol significat spiritum, id est, animam vitalem: Luna cogitationem & sensum: Saturnus mœrorem & tristitiam, vilitatem & malum: Iuppiter sapientiam & rationem: Mars iram, furiam & celeritatem: Venus ludum & gaudium. Mercurius rationalitatem seu dialecticam & disciplinam.*

20. *Et quia diximus in hoc capitulo de significatione planetarum, dum complectuntur alteri planetæ: similiter etiam est considerandum in cæteris rebus quæ significant planetæ.*

Potestas erraticarum stellarum quatuor præcipuis cognoscitur modis. Primò cùm insita vis & prima ipsarum qualitas exploratur. Secundò cùm loca cœli, quæ ratione longitudinis & latitudinis occupant, perpendantur. Tertiò, quando ipsas aut ad suas absidas & epicyclos, aut ad luminaria atque inuicem cõparamus. Denique cùm ad situm alicuius regionis referuntur. Cùm enim in vna regione in decima apparent, fieri potest vt ab alijs in vndecima, vel duodecima, prima, secunda, aut alia domo cernantur. De modo secundo & quarto, hoc est, de fortitudine planetarum in dodecatemoriis, deq; significatione eorundem in cuspidibus ex parte in prima differentia dixit: sed modum primum in hac secunda: tertium in tertia prosequitur differentia. Cæterùm modum primum trifariam commodè partiemur, nimirum in sexum, qualitatem & naturam. Nam his tribus rectè perceptis, maxima & necessaria pars huius secundæ differentiæ fiet perspicua.

SEXVS PLANETARVM.

In omni genere mares fœminis sunt efficaciores, idcirco planetas potentiores masculos nominant. Cæterùm sexus planetarum, vt Ptolemæus tradidit, trifariam distinguitur. Primò natura: qua ratione ij, in quorum κράσει humiditas caloré non superat, vt in ♄ ♃ ♂ & ☉, masculini: ij verò, in quorum temperatura calor ab humido vincitur, vt in ☽ & ♀, fœminini dicuntur. Sed ☿ sicut alibi, sic hic ancipitis naturæ esse censetur, cùm ex æquali siccitates & humiditates efficiat. Secundò collatione ad ☉. Nam orientales masculi, occidentales fœminini vocantur: hoc est, planeta qui Sole horoscopante supra terram versatur, masculinus est: qui infra terram commoratur, fœmininus. Tertiò comparatione ad mundum. Nam commorantes in prima aut tertia quadra, masculini: in secunda verò & quarta fiunt fœminini. Verba Ptol. περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ἀστέρων hæc sunt: εἰκότως μὲν τὴν ☾ καὶ τὸν τῆς ♀ ἀστέρα θηλυκὸν ἡμῖν παραδεδώκασι, διὰ τὸ πλέον ἔχειν αὐτὴν ὑγρῶν τὴν οὐσίαν, τὸν δὲ ☉, καὶ τὸν τοῦ ♄, καὶ τὸν τοῦ ♃, καὶ τὸν τῆς ♂ ἀρσενικούς. τὸν δὲ τοῦ ☿ κοινὸν ἀμφοτέροις τοῖς γένεσι, καθὸ ἐξ ἴσου τῆς τε ξηρᾶς καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ὄντα ποιητικός. ἀρρενοῦσθαι δὲ φάσιν τοὺς ἀστέρας καὶ θηλυνέσθαι πρός τε

τοὺς

τὸς πρὸς ☉ σχηματισμοὺς. ἑωὸς μὲν γὰρ ὄντας καὶ προηγουμένους αἱρεῖσθαι, ἑσπερίους δὲ καὶ ἑπομένους θηλυώτεσθαι. καὶ ἔτι πρὸς τὸς πρὸς τὸν ὁρίζοντα. οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἀφ' ἀνατολῆς μεχρὶ μεσουρανήματος, ἢ καὶ ἀπὸ δύσεως μεχρὶ πάλιν τοῦ αὐτικειμένου μεσουρανήματος σχηματισμοῖς, ὡς ἀπηλιωτικοὺς αἱρεῖσθαι. οἱ δὲ τοῖς λοιποῖς δυσὶ πεταρτημορίοις, ὡς δυτικοὺς θηλυώτεσθαι.

QVALITAS PLANETARVM.

Qualitatem hic naturam planetæ tempori congruentem intelligimus, atque planetam per diem gaudentem, diurnum: per noctem gaudentem nocturnum vocamus. Qua quidem in re id præcipuè ſpectandum eſt, quòd vt Ptolemæus docet, temperati planetæ tempori eiſdem qualitatibus abundanti attribuantur: Vt ☉ & ♃ propter temperatam craſin, in qua calor dominatur humido, diurnæ luci accommodantur: ſic ☽ & ♀ attribuuntur nocti non ob aliam cauſam, niſi quòd conſtant temperatura, in qua vt in noctis craſi, humidum calorem facilè ſuperat. Ex intemperatis verò Saturno dies ad temperandum frigus, nox Marti ad temperandam ipſius ſiccitatem, accommodatur: ſiquidem in mala mixtura ſemper deteriores qualitates contrarijs emendare oportet. Hinc ſequitur, neque Saturnum nimis refrigeraturum, nec Martem præter modum deſiccaturum, ſi hunc de die, illum per noctem dominari cõtingat. Idcircò neuter tantum vt ſolet, nocebit. Ex his perſpicuum eſt, quòd tres ſint planetæ diurni, nempè luminare diurnum cũ ♄ & ♃, quorum vterque eſt potentiſsimus, & ob id hic infortuna, ille fortuna magna vocantur. Totidemq; reperiuntur nocturni, nempe luminare nocturnum cum ♂ & ♀, quorum prior infortuna, poſterior fortuna minor dicitur. At Mercurius quoniam ad vtramque qualitatem ſe accommodat, ideo modò diurnus eſt, præſertim in matutino exortu, modò nocturnus, & imprimis heſperius, tum enim fit frigidior minuſq; calet. Iuxta hãc ergo rationem optimè diſponuntur planetæ, diurni quidem, ſi de die ſint ſupra terram orientales: nocturni verò ſi de nocte itidẽ ſint ſupra terram orientales. Vniuerſaliter enim ſicut ☉ & ☽, ita quæuis aliarum ſtellarum ſupra quàm infra terram eſt efficacior, id quod negauerũt Arabes, qui planetas nocturnos de die,

diurnos verò de nocte infra terram efficaciores esse, quàm supra terram disputauerũt. Sed absurdũ videbitur fortasse alicui etiam illud, quòd dicitur diurnorum planetarum vim in die supra terram magis excitari, cùm in confesso sit, omnia astra diurna luce fieri languidiora, quando per præsentiam radiorum solarium vis ipsorum dissipatur, atque diffunditur? Ad hanc hæsitationem Cardanus de sententia Ptolemæi respondet, quòd hæc omnia non ad Solis præsentiam, sed ad temporis naturam potissimùm referantur, ita vt planetæ diurni, in die per se & ex hac conditione temporis optimè temperari intelligantur, siue supra, siue infra terram reperiantur, siue sint matutini, siue vespertini. Quòd si Solem interim præsentem habuerint, nihil absurdi admittetur, si eundem sua præsentia stellarum constitutionem & robur non promouere, sed potiùs conturbare credamus. Exempli gratia, stella Iouis diurna luce optimè temperatur. Sed hæc ipsius efficacia adhuc maior futura est, si præter istam conditionem supra terram feratur, præsertim verò, si sit oriẽtalis liberà radijs solaribus. Et vice versa turbabitur ipsius conditio, si infra terram lateat, & multò plus, si sit occidentalis, radijsúe solaribus inuolutus. Eodem modo reliquorum conditionem iuuari & minui cogitandum est. Ad extremum id obseruatione dignum est, planetas qualitate seu conditione temporis consentientes vocari eiusdem αἱρέσεως seu sectæ, & id maximè si præterea etiam sexu conueniant. Reliquum est vt Ptolemęi verba περὶ ἡμερινῶν καὶ νυκτερινῶν adscribamus: ὁμοίως, inqt, ἐπὰν δὲ κρίνωσιν τὸν χρόνον τὰ ὀνομαζόμενα διαστήματα δύο ταῦτα τυγχάνῃ, τό, τε τοῦ ἡμιβρίας καὶ ἐρρεναμένον μᾶλλον διὰ τὸ ἐν αὐτῇ θερμὸν καὶ δραστικόν, καὶ τὸ τοῦ νυκτὸς τεθηλυμένον μᾶλλον, διὰ τὸ κατ' αὐτὸ διύγρον καὶ ἀναπαυστικόν: νυκτερινὸς μὲν ἀκολούθως παραδεδώκασι τόν τε ☾ καὶ τὸν τοῦ ♀. ἡμερινὸς δε, τόν, τε ☉ καὶ τὸ ♃. ἐπίκοινον δὲ κατὰ ταῦτα τὸν τοῦ ♄. καὶ εἰ μὴ τοῦ ἑῴου ἡμαλὲ ἡμερινόν, εἰ δὲ τοῦ ἑσπερίου νυκτερινόν. προσένθεμαν, δὲ ἐκ παρόρα τὴν αἱρέσεων καὶ τοὺς δύο τοὺς τοῦ φθαρτικῆς οὐσίας. οὐκ ἔτι μέν τοι κατὰ τὰς αὐτὰς τοῦ φύσεως αἰτίας, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐναντίας. τοῖς μὲν γὰρ τοῦ ἀγαθῆς κράσεως οἰκεῖμενα τὰ ὅμοια, μεῖζον αὐτὴν τὸ ὠφέλιμον ποιεῖ. τοῖς δὲ φθαρτικοῖς τὰ ἀνοίκεια μιγνόμενα, πολὺ τὸ σφοδρὸν τοῦ κα-

κρόσεως

κρίσεως αὐτῶν. ὅθεν τὸν μὲν τῶν ἡ φυσικὸν ὄντα, ὡς θερμῶ τῶν ἡμέρας ἀπένειμαν· τὸν δὲ θ' ξηρὸν ὄντα, τῶν ὑγρῶ τῶν νυκτός. ὅτῳ γὰρ ἑκάτερον τὸ τὰς ἐναντίας κράσεως τῶν συμμετρίας τυχὼν, οἰκεῖον γίνεται τῆς τοῦ κράτους πρακτικῆς αἱρέσεως. hoc est: Cùm duo sint temporum euidentia discrimina, dies nimirum & nox, diesque magis ad masculam naturam congruat, cùm quòd maior interdiu calor sit, tum verò propter rerum agendarum oportunitatem: Nox verò ad fœmineam, propter humiditatem quiescendique conuenientiam: Idcircò conuenienter tradiderunt, nocturnas stellas esse ☽ & ♀, diurnas ☉ & ♃. Vtriusque verò conditionis Mercurium, ac diurnum quidem, eoum, seu orientalem: nocturnum verò hesperium, seu occidentalem. Deniq; alterutri conditioni attribuerunt maleficorum alterum secuti non similitudinem qualitatis, sed diuersitatem. Nam cùm stellis bonę temperaturæ familiariter copulantur similia, bonitatem eorum augent. Sed exitialibus qualitates dissimiles admixtæ, maliciæ vehementiam cohercent. Vnde Saturnum, qui frigidus est, calori diurno, Martem verò siccum, humiditati nocturnæ adiunxerunt. Ad hunc modum vterq; à contraria constitutione symmetriam qualitatum adeptus, temperatam consequitur conditionem.

DE NATVRA PLANETARVM.

In exponenda natura planetarum duo præcipuè obseruanda sunt. Primùm qualitates primas, hoc est, qui planetæ sint calidi, frigidi, humidi aut sicci. Alterum, quomodo ex primarũ qualitatum mensura, ex caloris magnitudine procedente, genera cõsentientium effectorum singulis planetis distribuantur. Plinius autor est & Ptolemęus, Saturni sidus gelidæ ac rigentis esse naturæ: vnde & vim frigefaciendi, & leuiter exiccandi habet, & sicut autor loquitur, significat grauitatem frigoris & siccitatis, quod ea experientia satis constat, quòd collocatus in signo calido ęstus minuat, & in frigido gelu augeat, denset aërem, eũdemq; pastiferis repleat nebulis. Verba Ptolemęi de ipsius natura hæc sunt: ὁ δὲ τῶν κρόνου ἀστὴρ πλέον ἔχει τὴν ποιότητος οὐ τοῦ ψύχειν καὶ ἀραίωμα ξηραίνειν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον ὡς ἔοικεν, ἅμα τῶν τε τοῦ ἡλίου θερμασίας, καὶ τῶν περὶ τὴν γῆν ὑγρῶν ἀναθυμιάσεως ἀφεστάναι, id est,

id est, Qualitas in Saturni stella frigidifica est,& aliquantulum sicca. Quia longissimè vt videtur, cùm à calore Solis, tum verò ab humidis terræ vaporibus distat. Cùm autem stellæ duplici lumine luceant, proprio videlicet ipsarumq; substantiæ inhærente, & deinde lumine Solis, quod à corpore astri terso solidoq; reflectitur, quorum vtrumque ex illuminationibus & defectibus Lunæ est euidentissimum: Idcirco perspicuę sunt causę Ptolemæi, ob quas Saturnum frigefacere & aliquantulum de siccare dixit. Nam cùm propria substantia Saturni impurior minusque tenuis sit,& ob magnam distantiam suam à Sole minùs cæteris tenuissimo illo & clarissimo penetrantissimoq; lumine illustretur, admodum parum calefacere potest, & parum calefaciendo refrigerat. Probamus enim hic sententiā Cardani, qui in libris de rerum subtilitate,& in commētarijs in Ptolem. scriptis, contra vulgares Astrologos,& vniuersam turbam Peripateticorum, omnia cœlestia corpora non τῇ δυνάμει saltem, vt Aristoteles voluit, sed & actu calere, prodidit. Sed Saturni calorem, quia sit languidior, metallis, herbis, arboribus & quibusdam tantùm animalibus, vt scorpionibus, conuenire. Eundem membra hominum grauiter lædere ait, non quidem per se seu simpliciter, sed quia ipsius calor minor sit, quàm quæ congruat intensiori calori, qualem temperatura humana desiderat. Vt enim si tepidam aquam feruenti immisceas, conflabis aquam feruente minùs calidam: sic calorem exiguum Saturni iunctum calori hominis copiosiori, infrigidare docet. Eodem modo Saturnum,& præsertim hyberno tempore Lunę copulatum, quòd eius calor Lunæ calore sit remissior, causam frigoris fieri intelligimus. Ad extremum, si quando solum Saturnum absque alijs stellis dominari contingat, frigus nihilominus augebit. Nam aër sua natura non est, vt existimatur, calidus, sed frigidissimus,& qualemcunque caliditatem consequitur, eam ab astris mutuatur. Sunt enim duæ tantùm qualitates, calor videlicet cœlestis,& humidum elementorum. Frigiditas autem nihil aliud est, quàm caloris cœlestis ab elementis absentia, sicut siccitas humiditatis est priuatio. Saturnus itaque cùm omni astro minùs caleat, semper causa frigoris existit, quotiescunque ipse potens factus, se aliorum actionibus caliditatem efficien-

efficientibus admiſcet. Vt enim vinum aëreum copia vini aquoſi diluitur, ad deteriorem, hoc eſt, viciniorẽ aquoſo quàm aëreo formam traducitur: ita Saturni vis exuberans aliorum viribus minùs efficacibus admixta, pariet in aëre effectus maximè ſuæ naturæ congruentes, hoc eſt, parum calefaciet aërem, qui cùm ſua natura æterno gelu rigens omni calore priuetur, ideo parum calefactus, ingens adhuc frigus retinebit. Ex his perſpicua eſt cauſa, ob quam Saturni qualitatem Ptolemæus frigidificam eſſe dixit. Ad hunc modum etiam reliqua tam meantia quàm cœlo inherentia ſidera ſuum calorem habere, ſed calida, frigida aliaúe qualitate prædita propter effectus in homine nominari dicimus. Reliquum eſt vt oſtendatur cauſa, ob quam Saturni qualitatem aliquantulum ſiccam eſſe dixit. Siccum & humidum oriuntur ab vna qualitate, hoc eſt, à cœleſti calore, ſed tamen cùm materia, tum verò quãtitate differente. Vt enim in igne noſtro tenues eius ſpiritus teſtas penetrantes calorem vaporarijs inducere, craſſam verò eiuſdem fuliginem non penetrando, ſed teſtis ſaltem adhereſcendo calefacere notamus: ita eodem modo differentia cœleſtis caloris maximi, parui, tenuis craſsiqúe cogitanda eſt. Hic ſi ſit maximus & tenuis, facillimè humidum aëreæ regionis penetrabit, & velociter aërem penetrando non deſiccabit eum, ſed potius in aqueos vapores reſoluet & humectabit. Et vice verſa ſi calor craſſus ſit, ægrè aërem penetrat, pręſertim verò ſi ſit exiguus. Quapropter cùm ocyùs aërem penetrare nequeat, non diſſoluet aërem ſed cogendo deſiccabit ſimulatque calefaciet. Saturni itaque calor cùm ſit exiguus, vt diximus, & ſubſtantia eius impurior & ad penetrandum inepta: meritò leuiter exiccare dicitur. Martis autem ſubſtantia cùm ſit adhuc impurior, minùs penetrabit, plus tamẽ propter copiam caloris deſiccabit. Iouis denique & Veneris, Solis & Lunæ corpora propter tenuitatem multitudinemque luminis calefaciunt & humectant, ſed inæqualiter. Nam Sol omnium calorem ſuperat. Hinc Iuppiter Venere, Venus Luna eſt calidior: & vice verſa Luna Venerem, & Venus Iouem humiditate facilè excedit. Iuppiter ergo, ſeu vt græcè potius verba Ptolemæi recitemus, ὁ τῷ ξηρὸς ἀστὴρ, εὔκρατον ἔχει τὸ ποιητικὸν τῆς δυνάμεως, μεταξὺ γινομένης τῆς κινήσεως αὐτῷ, τῷ, τε κατὰ τὸν κρό-

πον ψυκτικὸν, καὶ τὸν κατὰ τὸν ἄρειον καυσικὸν, θερμαίνει τε ἅμα καὶ ὑγραίνει. διὰ δὲ τὸ μᾶλλον εἶναι θερμαντικὸς ὑπὸ τῶν ὑποκειμένων σφαιρῶν, γονίμων πνευμάτων γίνεται ποιητικὸς, hoc est, Iouis stella temperatæ est naturæ, cùm media feratur inter Saturnum frigefacientem & Martem adurentem. Calefacit autem & humectat. Quoniã verò ob subiectas sphęras calefaciendi vis præcellit, ideo fœcundos & generationi aptos ventos excitat. Et fieri non poterat, vt Iuppiter fœcundus non diceretur. Etenim vbi calidum humido dominatur, ibi est temperatura & fœcunditas & vita optima, quæ causa esse videtur, cur veteres stellam hanc ζῆνα à viuendo, Iouem verò quasi iuuantem patrem nominarent. Ex eodem fonte eum ventorum autorem esse, potest intelligi. Nam calidũ humido iunctum superante calore, quod in ♃ & ☉ notamus, spiritus gignit: superante humido, vt in ♀ & ☽ vapores. ὁ δὲ τοῦ ἄρεος ξηραίνει μάλιστα καὶ καυστὸν ἔχει φύσιν, τῷ τε πυρώδει χρώματι εἰκείως καὶ τῇ πρὸς τὸν ☉ ἐγγύτητι, ὑποκειμένης αὐτῷ τῆς ἡλιακῆς σφαίρας, id est, Martis stella & arefacit & adurit, sicut cõgruit igneo ipsius calori & vicinitati solari, cùm subiectus illi sit orbis ☉. Solis calor humidissimus est & tenuissimus. Quare sua natura calefacit & languidius, & secundum qualitatem saltem desiccat. Inquit enim Ptolemæus: ὁ ἥλιος κατείληπται τὸ ποιητικὸν ἔχων τῆς οὐσίας εἰς τῷ θερμαίνειν καὶ ἠρέμα ξηραίνειν. ταῦτα δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων ἡμῖν εὐαισθητότερα γίνεται διά τε τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατὰ τὰς ὥρας μεταβολῶν ἀφανές. ἐπειδήπερ ὅσῳ ἂν μᾶλλον ἐγγύζῃ τῷ κατὰ κορυφὴν ἡμῶν τόπῳ μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω διαπίθησι, hoc est: Deprehensum est, quòd Sol habeat naturam caloris paulatimque siccitatis. Id nos multo certiùs quàm in cæteris stellis sensibus percipimus, propter ipsius tum magnitudinem, tum verò euidentiam mutationum temporalium: quandoquidem quò propiùs ☉ accedit ad verticalem nostrum locum, eò magis ea quæ diximus experimur. Veneris stellæ de sententia Ptolemæi eadẽ natura est quæ Iouis, sed conuersim. Leniter enim calefacit & excellenter humectat, ὁ δὲ τῆς ἀφροδίτης, inquit, τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ κατὰ τὸ εὔκρατον τῷ ζῆνι κατὰ μέν τοι τὸ αἰτιείμενον ποιητικὸς, θερμαίνει μὲν γὰρ ἠρέμα διὰ τὴν ἐγγύτητα τὴν πρὸς τὸν ἥλιον, μάλιστα δὲ ὑγραίνει καθάπερ ἡ σελήνη, διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἰδίων φωτῶν.

φωτῶν. νοσφιζόμενος τὸ ἀπὸ τῆς τοῦ ἐχόντων τὸ γῆμ ὑγρῶν ἀναθυμιάσεις hoc est, stella Veneris eorundem quorum Iuppiter effectrix est, atque vt Iuppiter, temperatam consecuta est temperaturam, sed ratione conuersa. Etenim propter vicinitatem ad Solem aliquantulum saltem calidifica est, sed vehementer quemadmodum & Luna humectat, propter amplitudinem corporis sui, attrahens ex locis terræ vicinis humidam exhalationem. Plinius lib. 2. cap. 8. scripsit, huius sideris natura cuncta generari in terris. Namque in alterutro exortu genitali rore conspergens, non terræ modò conceptus implet, verùm animantium etiam omnium stimulat. Et in cap. 16. eiusdem libri dicit, Veneris stellam ab Ecliptica partibus 8. euagantem efficere, vt quædam animantia & in desertis mundi nascantur. Hæc quando manè ante exortum Solem conspicitur, ἑωσφόρος & φωσφόρος, latinè lucifer, quasi lucem prænuncians acceleranſq; : quando verò post occasum Solis fulgens lucem prorogat atque post eum occidit, ἕσπερος, id est, vesper nominatur, quã vocem Virgilius vsurpauit versu isto: Venit Hesperus, ite Capellæ, id est, cerni incipit, non oritur. Nam Hesperus nunquàm in oriente conspicitur, nec lucifer in occidente. Dicitur etiam vesperugo. Vitruuius lib. 9. Veneris stella quum Solem sequitur post occasum eius apparens in cœlo clarissimeque lucens, vesperugo vocitatur. Mercuriũ à radiando seu corruscatione στίλβοντα nominant. Hic naturam habet ita versatilem, vt imitetur qualitates earum stellarum cum quibus copulatus fuerit: veluti si ☉ aut ♂ iungatur, siccus erit & maleficus: si ♄ familiaritatis testimonio consentiat, frigidus futurus est, & intemperatus. Sed si ♃ ♀ aut ☽ copuletur, calidus humidusque, & ob id temperatus & beneficus efficietur. Hæc res occasionem præbuisse videtur poëtis, vt eum nuncium atque ministrum deorum esse docerent: quandoquidem à luminarium & reliquorum planetarum omnium, imò verò etiam à maiorum stellarum inerrantium viribus vincitur & mutatur, inque ipsorum naturam à quibus superatur, trãsit. Id verò accidit propter tres causas. Prima est, quòd ☿ inter omnes stellas sit minimus, adeo vt sensu vix percipiatur. Secunda, quòd inter planetas sit leuissimus, & ocyssimè circumductus efficiat influxum minùs efficacem, qui

tardiorum astrorum influxu validiori facilè succumbat. Denique quòd sidus ☿ tali sit præditum ingenio, quòd in vtramque naturam transire & mutari paratum sit. Ptolemæus tradit eum desiccare & humectare æqualiter. Ac desiccare quidem, quòd à Sole non longè, id est, amplius p. 28. nunquam abscedat: Humectare verò, quòd humidum Lunæ cœlum contingat. Subitas verò mutationes efficere in vtranque partem inflatus seu incitatus quasi celeritudine, qua circa ☉ vehitur. Idem ventorũ maximus autor est, cùm quòd circa Solem versetur, tũ verò quòd in suo circulo breui, quem ἐπίκυκλον nominant, veluti virga quædam stridens ocyssimè circũductus aërem concutiat. Verba Ptolemæi hæc sunt: ὁ δὲ τοῦ ἑρμοῦ, ὡς ἐπίπαν ἐξ ἴσου πότε μὲν ξηραντικὸς καταλαμβάνεται. καὶ τῶν ὑγρῶν αἰαποτικὸς, διὰ τὸ μηδέποτε πολὺ τοῦ τοῦ ☉ θερμασίας κατὰ μῆκος ἀφίσταθαι, πότε δὲ αὖ ὑγραντικὸς, διὰ τὸ τῇ τοιαυτῇ σφαίρᾳ τοῦ ☽ ἐπικεῖθαι: ταχείας δὲ ποιεῖθαι τὰς ἐναμφότερα μεταβολὰς πνευματούμενος ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἐπὶ αὐτὸν ☉ ὀξυκινησίας. Ad extremum Lunam vehementer humectare & calefacere leniter indicium est, quòd dormientes sub dio humido alieno repleantur. Et carnes lumini Lunæ expositæ humido & calido aucto, humiditate tamen calorem vincente statim putrescũt. Hinc Ptolemæus ipsam corpora imprimis putrefacere dixit, & rectè: Nam cùm putredo prohibeatur, aut cùm calor dominatur humido, aut cùm deficit humidum, aut denique quando deficit calidum: Luna autem dominante nihil horum possit fieri: sequitur Lunam nimia sua humiditate & exiguo calore causam præcipuam esse putredinis. Tradit autem eam ideo abundare humore, quòd ad sedem elementorum proximè accedat: exiguo verò calore esse præditam, quòd alienis, hoc est, Solis radijs accensa luceat. Verba eius hæc sunt: καὶ ☽ τὸ μὴ πλέον ἔχει τοῦ διωάμεως εἰ τῷ ὑγραίνειν, διὰ τὸ τοιαυτότητα δηλονότι, καὶ τὸ τῶν ὑγρῶν αἰαθυμιάσιν, καὶ διατίθησιν ὅτω αὐτικρυς τὰ σώματα πεπαίνουσα καὶ διασήπουσα τὰ πλεῖστα, κεκοινώνηκε δὲ καὶ τοῦ θερμαίνειν διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ ἡλίου φωτισμόν, hoc est, Luna propterea quòd proximè terram fertur, vnde humidę exhalationes exeũt, plurimum madefacit. Atque ita prorsus subiecta corpora & mollia reddit & putrefacit. Habet tamen propter illustrationem Solis etiam calefaciendi

faciendi communicationem. Neque verò fieri poterat, quin in Luna humiditas caliditatem insigniter excederet, cùm humidum à duplici calore, proprio videlicet & Solis, calidum verò à Solis calore tantùm deijciat. Sed quærat aliquis, cùm Luna luminibus impleta frigus hyemis non mitiget, sed maximè intendat, quomodo fieri possit, vt lumine à Sole mutuato calefaciat? Exempli gratia: Facta synodo luminarium in Capricorno, Luna discedens à coitu, continenter à Sole magis illustratur, atque ad nostros vertices magis accedit, donec penè semicirculo, hoc est, partibus 185 $\frac{1}{2}$ confectis tota accendatur, atque Cancrum percurrens nostris sedibus fiat proxima. Ibi Lunam hoc modo Solis lumen haurientem, nostrisque verticibus magis magisq; appropinquantem, non tantùm nostrum aërem non calefacere, sed & magis infrigidare notamus. Quare dubitari potest, an ☽ lumine à Sole hausto calefaciat? Ad hãc hæsitationẽ respõdere debemus, præsentiá illuminatę Lunę nobis frigus nõ per se, sed alio casu adducere. Etenim vt plurimũ fit, vt id causam alicuius effectus, quod causa minimè est, putent hoĩes. Luna enim crescens vapores plurimos è terra leuat, qui cùm sint frigidissimi, non mirum est, si aërem rigidiorem faciant, præsertim cùm calor Lunæ semper maneat languidior, quàm vt copiam vaporum queat absumere. Ex eadem causa Sol à tropico Capricorni recedens, magis infrigidat, & sæuiorem facit hyemem. Posteà verò à Capricorno progrediens, altior factus, rectiores & ob id fortiores radiores ad nos proijcit, qui eductos vapores paulatim magis magisq; absumunt, & ita calorem efficiunt. Hæc de qualitatibus stellarũ primis dicta sint. Sequitur vt quæ ex qualitatibus his naturaliter consequantur, ostendamus. Ac primò κρᾶσις seu mixtura stellarum facit, vt quædam stellæ dicantur beneficæ, quædam maleficæ, seu vt hodie loquuntur, fortunantes & infortunantes. Quæ enim præter modum sunt frigidæ, vt ♄, & quæ immodicè calent, vt ♂, intemperatæ, maleficæ & infortunantes vocantur. Sed Saturnum astrologi propter pessimam eius temperaturam infortunam maiorem: Martem verò ob minorem dyscrasian infortunam minorem nominant. Illæ verò stellæ, in quarum crasi calor dominatur humido, beneficæ humanęq; naturæ fauentes vocantur. Verùm vt crasium, ita be-

neficarum gradus ſunt. Nam in quibus calor humido perfectè dominatur, vt in ♃, propter optimam mixturam maximè beneficæ: in quibus verò calor humorem mediocriter continet, vt in ♀, mediocriter temperatæ & beneficæ: in quibus deniq; humor exundans ob paucitatem caloris minimè cohibetur, vt in ☽, parum temperatæ & beneficæ iudicantur. Ex his perſpicuum eſſe poteſt: Primò, cur ♃ fortuna maior, ♀ verò fortuna minor nominata ſit. Deinde quòd ☾ pleno orbe lucens, ſiquidem tum ratione humidi ſatis caloris acquirit, maximas adducat fœlicitates: vacua verò debiliterq; calefaciens, calamitates atque miſerias portendat. Cæterùm ☿ ſi copuletur ♄, immodicum frigus, ſi ♂ aut ☉, immodicam ſiccitatem acquirit. Quare ita affectus cùm fuerit, intemperatus atq; maleficus iudicandus eſt. Sed idē ☿ cū copulatur ♃ ♀ aut ☽, calidus & humidus efficitur. Itaque tunc temperatus & beneficus cenſendus.

Sol dux, princeps ac moderator reliquorū luminū, mens mundi & temperatio, etſi ob ingentia beneficia & temperaturam optimam omnium quæ in cœlo cernuntur, maxima ſit fortuna: tamen vt ☿ inter ancipitis naturæ ſidera, & ob id nōnunquàm inter maleficas & infortunantes numeratur. Quæ ſanè nomina ipſi ex vera cauſa nunquàm competunt, ſed præcipuę cauſæ propter quas ita aliquando nominetur, quatuor ſunt, vt refert Cardanus. Prima, quòd lumine ſuo reliquas ſtellas occultet impediatque. Plin. lib. 2. cap. 18. inquit: Sol atque commiſſuræ aſtridum extremæque orbitæ atram in obſcuritatem. E quibus verbis colligimus tres modos quibus ſtellæ occultantur. Primùm Solem, qui in quacunque parte mundi fuerit, ſolus cernitur, vnde & nomen accepit: & de hoc modo hic loquimur. Deinde puncta Ecliptica, ſeu nodi, in quibus ☉ & ☾ deficiunt. Poſtremò circulorum aſtridas extremas, quæ quàmuis ſtellas non omninò occultent, ob diſtantiam tamen magnam reddunt obſcuriores. Secūda cauſa eſt, quòd copulatus maleficis vires eorum foueat, vt infrà de locis Anæreticis dicetur. Tertia, quòd aſtris fixis iunctus, nonnunquàm quodammodo ſuam naturam immutare ſoleat. Veluti Caniculæ exortu accendi Solis vapores quis ignorat? Cuius ſideris effectus in terris amplisſimi ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis vina, mo-

uentur

uentur ſtagna,&c. Poſtrema eſt,quòd aliquãdo impeditus opitulari nobis nequeat,quod cùm fit, ingentia mala ſequi ſolent, quæ in illum contorquentes maleficum appellant, indignè ſanè,cùm ſua natura nullus ſit melior. Etenim hic vitam prorogat,atque ſalubre corpus,vires ingenuas,mentem ſanam ſinceramque benignè largitur. [redacted] .Hic enim lucẽ rebus miniſtrat,aufertq; tenebras. Hic reliqua ſidera occultat, atque gratiſsimas vices temporum,annumq; ſemper renaſcentem ex vſu naturæ temperat. Hic cœli triſtitiam diſcutit, atque etiam humani nebula animi ſerenat. Hic ſuam lucem cæteris quoque ſideribus fœnerat, præclarus,eximius,omnia intuens, omnia etiam exaudiens,vt principi literarum Homero placuit, Iliad. γ. ἥλιος, inquit, ὅς τε πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις. Nazianzenus eum menti diuinæ comparat his verbis: τὸ ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος, ὅπερ ἐν νοητοῖς θεός, hoc eſt, id Sol oculis, quod menti Deus. Sunt ergo,vt omnia in vnum cõtraham,duæ ſtellæ,nempe ♄ & ♂ perniciosæ: & tres,nempè ♃ ♀ & ☽ ſalutares, & duæ denique, nempe ☉ & ☿, naturæ vtriuſque. Ad extremum annotare viſum eſt, planetas quos noſtri fortunantes, infortunantes, & vtriuſque naturæ vocant, Ptolemæum nomire καλοποιοὺς ἢ ἀγαθοποιοὺς, καὶ κακοποιοὺς, καὶ μέσους ἀστέρας. Verba eius de hac re ſunt: ἐπεὶδὴ τὰ τεσσάρων χυμάτων δύο μὲν εἰσι τὰ γόνιμα καὶ ποιητικὰ, τό, τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ὑγροῦ (δι' τούτων γὰρ πάντα συγκρίνεται καὶ αὔξεται) δύο δὲ τὰ φθαρτικὰ καὶ παθητικὰ τοῦ ξηροῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, δι' ὧν πάντα πάλιν διακρίνεται καὶ διαφθείρεται: τοῦ μὲν δύο τῶν πλανήτων τόν τε τοῦ ♃ καὶ τὸν τοῦ ♀, καὶ ἥλιον τοῦ ☾ ὡς ἀγαθοποιοὺς οἱ παλαιοὶ προσηγόρευσι διὰ τὸ δύνασθαι καὶ τὸ πλεονάζειν ἐν τε τῷ θερμῷ καὶ τῷ ὑγρῷ: τόν τε τοῦ ♄ καὶ τὸν τοῦ ♂ κακοποιοὺς ὡς τοῦ ἐναντίας φύσεως ποιητικοὺς, τὸν μὲν τοῦ ἄγαν ψύξεως ἕνεκεν, τὸν δὲ τοῦ ἄγαν ξηρότητος, τὸν δὲ ☉ καὶ τὸν τοῦ ☿, διὰ τὸ κοινὸν τῶν φύσεων ὡς ἀμφότερα δυναμένους καὶ μᾶλλον διωρεπομένους οἷς ἂν τῶν ἄλλων προσγένωνται ὡς μέσους: hoc eſt, Cùm quatuor ſint humores primi,duoq; ex ipſis ſint fœcundi ac vinifici, calidum

dum nimirum & humidum (ex his enim omnia coalescunt & roborantur.) Itemq; duo alij exitiales & detrimentosi, aridum videlicet & frigidum, vnde rursum dissipantur & debilitantur omnia: tradiderunt similiter veteres & stellas beneficas esse ♃ ♀ & ☽, eò quòd temperatæ naturæ sint, & in qua plurimum insit calidi & humidi. Stellam verò ♄ & ♂ maleficas, quòd cõtrariæ sint naturæ & effectus, atque in altera quidem exuberet frigus, in altera verò siccitas nimia. Solem verò & ☿ cùm propter communem naturam veluti in vtramque partem effectus habeant, suamque naturam ad eas stellas cum quibus sunt accommodent, in medio reliquerunt. Sunt autem innumerabiles rerum tam animatarum quàm inanimatarum formæ, quæ propter admirandam συμπάθειαν crasin planetarum sequuntur. Veluti ex siccis, vt suprà dixi, Saturno consentit humor melancholicus, Ioui sanguis, Marti bilis, Soli sanguis in arterijs conclusus, Veneri semen, Mercurio spiritus & vapores, Lunæ pituita naris, & sanguis menstruosus, qui pituosus & crudus est. Item hac ratione ex membris cor & medullam asscribunt Soli, Lunæ cerebrum, Saturno splenem, Ioui hepar, Marti renes, Veneri genitalia, Mercurio linguam & os. Ex coloribus Saturno niger & cineritius, Ioui cœruleus, flauus & purpureus, Marti rubeus, Soli aureus vel fuluus, Veneri viridis & fuscus, Mercurio varius & cœsius, Lunę pallidus, albus, & croceus tribuit. Ex lapidib' preciosis Saturno bruces nigri & turbidi, Ioui smaragdus, saphyrus, ametistus, Marti iaspis, hæmatices, Soli hyacinthus, Veneri carbunculus, margaritæ, omnesq; lapides ad ornamentum pertinentes: Mercurio alectorius, [illegible] Lunæ denique crystallus congruit. Ex metallis verò Saturno plumbum, Ioui ἤλεκτρον & stannum, Marti ferrum, Soli aurum, Veneri ὀρείχαλκον & cuprum, Mercurio hydrargyrum, Lunæ argentum & vitra consentiunt. Similiter autem de infirmitatibus, herbis, plantis, arboribus, animalibus, regionibus, & talibus rebus, quæ ob suam temperaturam à certis partibus cœli peculiariter insigniterque affici suprà diximus, iudicandum est [illegible] quòd dicitur, Saturnum [illegible] tristum, mendicorum, [illegible]

[illegible]. Cùm autem paria sint, ex causis de effectibus secuturis prudenter iudicare, & ex effectibus consecutis rursus causas quæ antecesserũt, inuestigare: sequitur quòd de huiusmodi conditionibus, sanitate videlicet & morbis, aut ex naturali aliqua nati ad aliquam rem aptitudine impetuque insigni vel ἀδυναμίᾳ stellas in genitura eiusdem benè maleue positas reuerso ordine cognoscere possimus. Id quod Hermes quoque enunciato tertio admonuit: ὁ πρὸς τί πρᾶγμα ἐπιτήδειος, ἐξει πάντως καὶ τὸν δηλοῦντα ἀστέρα τὸ τοιοῦτον ἀδυνάμου τῷ οἰκείῳ γενεθλίῳ, id est, qui ad rem quampiam aptus est, habebit profectò & huiusmodi significationis stellam admodum potentem in sua genitura. Exempli gratia: Animo sitas Mercurium intelligentia Mercurium in primarijs genituræ locis, inque signis conuenientibus locatum, aut alia fauorabili radiatione adiutum, indicat. His in genere de viribus errantium stellarum cognitis, ad textus expositionem transeamus.

1. Ac primò quidem cùm dicit Saturnum esse masculinum, malum seu κακοποιὸν, diurnum, frigoris siccitatisque operatorem, ex antedictis perspicuum est, eum Saturni sexum, qualitatem & naturam notare. Saturnus est, &c.

2. Id verò quod sequitur, nempe Saturnum esse significatorem patrum, si fuerit natiuitas pueri in nocte, explicationem requirit: quæ vt clarissima sit, ante omnia præuiæ instructionis gratia sciendum est, quòd vniuersa doctrina de natiuitatibus, quæ secũdum naturam est, & ex certis rationibus & causis Physicis dependet, diuisa sit à Ptolemęo in quatuor genera quęstionum, quarum quædam genituram antecedunt, [illegible] Quędam circa ipsam genituram versantur, ve- Et est significa. &c.

luti cùm quæritur de ſexu: de Geminis aut pluribus: de monſtris, & denique an fœtui nato à cœlo vt nutriatur conceſſum ſit: Quædam ſunt de ijs nati conditionibus quæ genituram & annum nutritionis conſequuntur: & hoc genus multiplicem habet tractationem, & tredecim peculiaribus quæſtionibus diſtinctam, quarum tres priores, de ſpacio diuturnitateque vitæ, de forma temperamentoque, de vitijs & morbis corporis, ſubſtantiæ corporis inherent: [redacted] Hęc ſunt vniuerſa, quę in expoſitione [redacted] cõditionum ex principio ortus iuxta ordinem naturæ ſequentium ab artificibus prudenter & rationibus Phyſicis, & non, vt nonnullis mos eſt, per ſortes, numeros, & talia quibus à natura rationes nullæ indiræ ſunt, inquiri ſolent. Verùm enimuerò in omnium quęſtionum tractatione vniuerſaliter vnam eandemque ſequimur methodum, quę quinque potiſsimum membris conſtat. Ac primũ quidem inueſtigare oportet, ſeu domum cœli, ſeu locum ſigniferi, de nati conditionibus aliquid ſignificantem, & familiaritate quęſtioni propoſitæ coniunctum. Exempli gratia, ſi de forma nati & temperatura quæratur, primam domum & locum ☽ ſpectare debebimus. [redacted]

[redacted]

Atque hoc principium considerationis, est veluti materia seu subiectum eius quod inquirendum nobis proposuerimus. Secundò obseruandum est, quæ stellæ habeant ius exercendi dominium in hæc loca, secundum eos quos in prima differentia prædiximus, quinque modos. Et si vna stella vniuersas prerogatiuas in loco significatoris sortiatur, omnibusque modis prefuerit, in illam dominium omnemque eius euentus decernendi iurisdictionem conferre debemus. Quomodo verò vna stella vni loco omnibus modis preesse queat, in prima differentia ostensum est. Sin autem due plureſue presideant, in eas quæ suffragiorum numero prestant, præcipuam potestatem decernendi transferemus, participantibus reliquis pauciores prærogatiuas habentibus. Cùm autem ex quinque modis dominiorum vnus sit aspectus seu configuratio patet, quòd nequaquam sit negligendus planeta, qui in ipso loco quæsiti constituitur, vel eidem radio affulget. Hi autem locorum presides similitudinē causæ efficientis non immeritò obtinent. Tertiò inquirenda est rei quæsitæ qualitas, seu quod idem est, genus [illegible] qualitatibus discernendum est. [redacted] Cæterùm vt quale futurum sit quod decernitur coniectemus, vtrunque videre oportet, & naturas ipsorum dominorum, quorum nomine, vt antè admonui, simul locum intuentes & dominis radijs commistos intelligimus, & idiotropias signorum, planetas dominatores, & loca precipua continentium. Hic & hoc oserua, nomine signorum tam asterismos octaui orbis, quàm mūdi dodecatemoria intelligi. Quarta pars methodi est de magnitudine effectus, cuius tres status plerunque in arte describuntur, nempe summus, medius & infimus. Media autem que cadunt inter illa extrema, cùm sint quasi infinita, & præceptis comprehendi nequeant, ad artificiosam coniecturam & sagacitatem eruditi mathematici pertinēt. Hec autem quantitas effectorum seu decretorum sumitur à

stellarum dominantium vbore, quod vt in sequenti differentia cap. de locis fortunatis & infortunatis Deo dante latiùs ostendemus, à quatuor circunstantijs colligitur, nempe ad ☉, ad suas aspidas, ad ea loca cœli in quibus hærent, & denique ad genesin comparatione. Vltima pars methodi pertinet ad τὸν καθόλου χρόνον τοῦ ἀποτελέσματος, id est, tempus decreti vniuersim cognoscendum. Hic duo in dominatoribus spectantur: primò vtrùm sint matutini vel vespertini, idque tam ad ☉ quàm horoscopum comparati. Quadrantes autem ☉ & horoscopum antecedentes ijsque oppositos, matutinos: Reliquos verò & sequentes, vespertinos à Ptolemæo nominari suprà est expositum. Deinde etiam videndum est, vtrùm sint in centris aut in locis succedentibus positi. Nam cùm sunt matutini aut in angulis constituti, vim suam citiùs exerunt: si vespertini aut in succedentibus, tardiùs. Hic generalis modus coniectandi decretorũ tempora κατὰ πλάθος accipiendus est: nam exquisita & exacta eorum definitio ad directiones & alias particulares progressiones infrà explicandas pertinet.

3 Hinc intelligi potest id quoq; quod sequitur in textu, nẽpè Saturnum occidentalẽ significare senectutẽ vltimam: orientalem verò senij initium: ad vltimam hanc partem Methodi, id est, ad coniecturam de tempore futurorum esse referendum. Id enim aliquomodo excusari poterit, si per orientalem & occidentalem Saturnum intelligas matutinum & vespertinum: idque vt antè dictum est, tam ad Solem quàm ad mundum comparatum. Sed videtur, autorem hic agere non de tempore, quod à dispositione significatorum ad Solem & angulos mundi sumitur, sed potiùs intelligere septem ætates omnibus hominibus cõmunes, quarum singulæ ob certam dispositionem planetis singulis cõsentiunt atque distribuũtur. Quòd si ita est, dupliciter eum hic hallucinari apparet. Primò quòd aliter quàm Ptolemęus atque minùs proprie, naturęq; minùs consentaneè ætates stellis errantibus distribuit, id quod satis facilè intelligent ij, qui autoris hanc de ætatibus opinionem conferre volent cum sententia Ptolemęi, quam mox dicemus, & autor ipse eandem in fine huius Differentiæ describet. Secundò quòd communem errorem sequitur in hoc quòd dicit, Saturnum significare senectutem vltimam

cat senectutẽ &c.

vltimam si fuerit occidentalis, initium verò senectutis si orientalis fuerit. Quasi verò aliquid quod ad hoc negotium attinet, intersit, planetas occidentales esse aut orientales, benè aut malè in genitura positos, atque ob id in singulis ætatibus expectandos esse effectus congruentes dispositioni stellarum, quæ ipsis ætatibus tribuuntur. Etenim errant, qui opinantur primos 4. annos (exempli gratia) Lunæ attributos, sequentibus decem annis, quibus Mercurius præficitur, ideo fore fœliciores, quia ab initio Lunæ melius quàm ☿ affecta fuerit. Sicut herbas, plantas, arbores, animalia, lapides, metalla, partes corporis, & similes rerum formas ob temperaturam præcipuè certis stellis attribui iam sępius annotauimus. Ita quoque ętates, quarum singulæ peculiari præditæ sunt natura, maximè ob similitudinẽ crasium certis stellis consentiunt. Exempli gatia, Extrema illa & confecta ætas cùm sit frigida, arida, terrestris, pigra, tremula, inepta, morbosa, pauida, & talibus malis quæ crasin Saturni sequuntur, impedita, ideo quoque Saturno rectè adscribitur. Id autem non propter Saturni in genitura dispositionem, sed propter huius ætatis quæ omnibus hominibus communis est, dyscrasiam. Non enim hic vel ille homo Saturnum in [illegible] malè habens dispositum, sed & omnes alij quibus dexter affulsit, in senili ętate humidi naturalis, ⊙ τȣ̃ ἐμφύτȣ θȣ̃ρμȣ defectũ experiuntur. Quòd autem alij alijs seu mitiorem seu molestiorem sentiunt senectutem, id referendum est ad alias causas particulares, nempè ad diuersarũ stellarum diuersos effectus, qui in eam ætatem incidentes tales in communi senij natura intentiones remissionesq; efficiunt. Nam cùm vniuersaliter omnium senum corpora ob consensum dispositionis incircumfuso aẽre magis affligantur Sole eunte per æquinoctia, & vice versa in Maio ob humidissimam constitutionem quasi recreentur: cui dubium iam ampliùs esse poterit, in particularibus quoque cõstitutionibus, mitiùs senium experturos esse eos, in quorum genituris beneficæ stellæ suam vim in ea ętate ostensurę deprehenduntur, etiamsi Saturnus tempore genituræ malè affectus fuerit. Perditè verò afflictam fore senectutem, si maleficæ stellæ in ea sibi imperium assumpturę sint, quantumuis Saturno in genitura benè posito. Eodem modo iudicandũ est de alijs quo-

que ętatibus quę ad numerum errantium siderũ septem à Ptolemęo numerantur. Sanè Ptolemęus in fine quadripartitę constructionis quatuor instituit vitę humanę partitiones temporis. Prima & omnium generalissima est in 7. ętates, quę omnibus hominibus, vt dixi, communes sunt, atque planetis secundum naturalem ipsorum seriem distribuuntur. Quatuor enim primi anni cõpleti, quibus humiditas nimia, & ob id incrementa subita, morbus comitialis & valetudinis inconstãtia maximè in corpore vigent: in mente verò omnia saltẽ inchoata & inemendata cernuntur, tribuuntur Lunæ: cuius temperaturę omnia ista respondent. Vocatur autem primum hoc tẽpus ἡλικία βρεφώδης, id est, ętas infantię. A principio anni quinti ad finẽ 14. Lunę succedit Mercurij ętas, quę vocatur ἡλικία παιδικὴ, id est, puerilis ętas. Hęc animos ad intelligentiam componere, disciplinarum semina inserere, morum studiorumque peculiares conditiones patefacere, & deniq; in primis artium rudimentis excitare incipit. Post à 14. ad annum 22. pręest ♀, quo tempore ἡ ἡλικία μειρακιώδης, id est, ętas adolescentię comprehenditur. Hęc mouere incipit seminales meatus, qui primò implent ad Veneris illecebras vehemẽter incitant, adeò vt tum temporis misero cupidine efferuescentes, atq; insana intemperantia obcœcati in errore etiã apertis oculis versentur. Hinc à fine 22. ad annum 41. est ἡλικία νεανικὴ, id est, ętas iuuentutis, cui Sol pręest, atque abiecta puerili vanitate, inconstantia & vitijs animum ad grauitatem actionum, modestiam cupiditatemque tam rei familiaris quàm honestatis existimationisque incitat. Postea ab anno 41. ad 56. viget ἡλικία ἀνδρώδης, id est, ętas virilitatis, Marti attributa, quòd pariter animi corporis curas & dolores augeat, sensum nimirum iam instillans & cogitationem ętatis deflorescentis, & instigans ad memorabile aliquod inceptorum operum ante obitum laboriosè perficiendum. Deindè ab anno 56. ad 68. extenditur ἡλικία πρεσβυτικοὶ, id est, ętas senectutis asscripta Ioui, qui amoto viuẽdi genere laborioso, turbulento expositoque periculis, vitę genus decẽtius, officiosius quietiusque adducit, quod consilij & consolationis plenum, à prępitantia verò alienum est. Quare virtutis, honoris, liberalitatis cum pudore & grauitate facit studiosissimos. Hinc ad extremum,

tremum, quod superest vitę, id totum ἡλικία ἐσχάτη καὶ γεροντικὴ, id est, ętas extrema & confecta & decrepita Saturniq; proprietatibus attributa, meritò occupat. Tum enim natura amisso corporis animiq; vigore celeriter deficit. Corpus gelu cõstringitur, neruis destituitur, arescit, & ad omnes cupiditates & voluptates fit languidum. Anima verò tristis, misera, offensis exposita, ad omnia morosa, propter motus ac virium in illa ętate ignauiam. Hæ sunt proprietates ętatum omnibus hominibus communes, & ob id Ptolemęo ἰδιοσυγκρασίαι τῶν χρόνων κατὰ τὸ κοινὸν καὶ καθόλου τῆς φύσεως θεωρούμενοι, nominatę. Sequẽtium verò trium temporis partitionum, quas Ptolemęus nominauit mericas seu particulares, non quòd non sint generales opinor & potentes, sed quia in particularibus hominum genituris peculiares & diuersæ reperiantur, atque vt communis illa ętatum natura, quam modò descripsimus, non maneat eadem, efficiãt. Prima est, quę fit per directiones ad partes signiferi radijs & finibus planetarum correspondentes. Secunda est per annos, menses & dies ex signorum commutationibus, de quibus in differtẽia quarta dicetur. Illius verò partitionis temporum, quam Ptolemęus fecit vltimam, per ingressus plan[illegible] in [illegible]ca geniturę principalia, autor, quod sciam, mentionem non fecit, nisi eam intelligere velimus per annuas conuersiones, seu vt vocant, annuas reuolutiones, quę fiunt cùm Sol ad id punctum signiferi reuertitur, quod tempore geniturę occupauerat. Pleniorem huius loci explicationem requirant studiosi ex Ptolemęo in fine quadripartiti.

4 Sequitur, quòd Saturnus temperaturam melancholia redũdãtem significet. Eam verò tum demum efficiet, cùm ipse cùm formæ, tum verò temperaturæ significator extiterit. Formæ verò & temperaturæ descriptionem sumendã esse præcipit Ptolemæus vniuersim quidem ab horoscopo partibusque ei succedentibus, & planetis dicti loci gubernatoribus, partim verò etiam à loco Lunæ similiter. Quòd si ergo Saturnum his locis dominari contingat, suæ naturę conuenientem & temperaturam & formam corporis efficiet. Ac orientalis quidem, colore flauos, corpore pleniores, capillis nigris, & recaluastros, oculis magnis, & statura moderata, temperatura denique humidiore & fri-

Et ex complexione, &c.

& frigidiore faciet. Occidentalis verò nigros colore, raris corporibus, simplici & plano capillitio, oculis nigricantibus, paruos, tenues aliquantulum & mediocri membrorum proportione præditos, temperatura verò frigidiore & sicciore. Similiter autem reliquorum quoque planetarum singuli hęc omnia suæ naturæ attemperant, quando dictorum locorum Soli dominatores existunt. Quòd si vna plures reperiantur dominantes, id quod ex diuersarum naturarum mixtura conflatur hic & vbiq; prudenter colligendum est. Etenim si in significando concorditer conueniant, significata simpliciter componentes augebimus: Si discordent, tunc vires eorum considerare debemus. Eæ enim si sint inęquales, secundum naturam vincētis & excessum quo contrarium significatorem superat, iudicandum est: Si vero ęquales fuerint, mutuò se tollentes nihil decernent. Hunc modum τῆν ἐωιπόσεωμ καὶ τ' αὐέσεωμ nisi teneamus & sequamur, nunquam stellarum veras vires & veros effectus deprehendere poterimus.

Et si fuerit fortuna signi. &c.

Et ex infir. mitat. &c.

8 Rectè quoque autor vt Ptolemęus tribuit Saturno morbos frigidos, melancholicos, crudos, & ideo longos, & qui cum lyene communicent. Verba Ptolemęi lib. 3. cap. de vitijs & morbis corporis, hęc sunt: καθόλου μὲν γὰρ ὁ μὲν τοῦ ϟ ψυχροκοιλίους ποιεῖ, καὶ πολυφλεγμάτους, καὶ ῥευματώδεις, καὶ πάχνους τε, καὶ ἀσθενικοὺς, καὶ δυσεντερικοὺς, καὶ βηχικοὺς, καὶ αἰαφορικοὺς, καὶ κοφλικοὺς, καὶ ἐλεφαντιῶντας: τοὺς δὲ γυναίκας ἔτι καὶ ὑστερικοὺς, hoc est, Saturnus in genere facit ventre frigidos, pituosos, deflexibus obnoxios, macilentos,

cilentos, valetudinarios, dysentericos, tussientes, difficulter expuentes, doloribus crassioris intestini conflictantes, leprosos: fœminas præter hæc ex vtero laborantes. Et lib. 4. capite de qualitate mortis inuenienda, ὁ τῆ ϑ, inquit, ἀστὴρ τῶν κυρείαν τῆ θανάτου λαβὼν ποιεῖ τὰ τέλη διὰ νόσων πολυχρονίων καὶ φθίσεων, ῥευματισμῶν, ῥυγοπυρέτων, καὶ σπληνικῶν, καὶ ὑδρωτικῶν, καὶ κωλικῶν, καὶ ὑστερικῶν διαθέσεων, καὶ ὅσαι κατὰ πλεονασμὸν τῆ ψυχροῦ συνίστανται, id est, Saturni stella præfecturam mortis adepta, efficit obitus post diuturnos morbos & tabes & humorum defluxus, fetres putridas, affectiones lyenis, aquæ intercutis, colicas passiones, matricis dolores, & quotquot ex frigoris multitudine constant. Etsi verò in hoc posteriore loco Ptolemæus principaliter agat de morbis natum interfecturis, nihilominus tamen hic textus potest & debet transferri ad inuestigandã qualitatem etiam aliorum mitiorum morborum, quos maleficæ in prima, septima & sexta domo sua præsentia vel radijs hostilibus eôdem eiaculatis efficiunt.

Signat quoque indu. &c.

11 De [redacted] coloribus, saporibus, de humani corporis partibus, & talibus innumerabilibus rerũ formis, quæ propter consimilem crasin, certis stellis consentiũt, suprà abundè dictum est. Dies quoque & noctes & horæ, quibus stellis tribuantur, circa finem huius differentię exponemus.

Et quantus or. &c.

12 Orbis verò stellæ est spacium cœli, quod stella non tam radio seu conspicuo lumine, quàm occulta vi & efficacia orbiculariter & vndique afficit. Huiusmodi lucidi orbis medietas seu semidiameter ex traditione Arabum est in Sole partium 15. in Luna p. 12. in ♄ & ♃ p. 9. in ♂ p. 8. in ♀ & ☿ p. 7. Cæterùm [illegible] nos[illegible] s radiorum Ptolemæus nonnihil aliter ostendit, nempe Solis semidiametrum vndique extendi partes 17. Lunæ partes 12 ½. Iouis partes 12. Saturni p. 10. Veneris 8. Martis & ☿ p. 7. Vtilis est hęc consideratio. Etenim aspectus tantisper durare traduntur, quantum durant orbes, & secundum eosdem, tam applicationes ad coniunctiones, quàm separationes ab ijsdem sumũtur, vt infrà in doctrina de applicationibus & defluxibus clariùs patebit. Pleriq; etiã combustũ planetã vocant, cùm à Sole minùs sui orbis medietate distat aut tãtũ præcisè antè & pòst.

Et anni fridariæ, &c.

13 Annos planetarum omnes, quorum hic autor meminit, in sequenti tabella tibi descripsimus.

Anni	☉	☽	♄	♃	♂	♀	☿	☊	☋
Fridarię	10	9	11	12	7	8	13	3	2
Maximi	1461	520	465	427	284	551	480	0	0
Maiores	120	108	57	79	66	82	76	0	0
Medii	69 ½	66 ½	43 ½	45 ½	40 ½	45	48	0	0
Minores	19	25	30	12	15	8	20	0	0

Quidi

Quid velint Arabes significare per annos fridariæ, exponetur capite antepenultimo differentiæ quartæ. Sed annos maximos vocant Arabes moram temporis, qua durant effectus planetarum in vniuersalibus & magnis mundi commutationibus. Per annos diemq; maiores, medios & minores, consueuerunt Arabes elicere spacia vitæ in genituris hominũ, sicut infrà differentia quarta, capite de Alcocodes videbimus. Porrò huius generis annorũ quotquot hoc loco cõtinentur, Ptolemęus nusquam meminit, silentio inutilẽ esse minorũ obseruationẽ haud dubiè indicans. Maiorum tamen annorum apotelesmatico primo cap. de finibus, mentionem facere videtur: sed ita vt eos quoque contemnendos relinquat.

14 Illud quoque quòd dicit, fortitudinem Saturni intendi in plaga septentrionali, nõ consentit cum dictis Ptolemæi. Suprà enim demonstratum est, septentrionem congruere Ioui, sicut Venerem meridiei, Saturnumq; tẽperari in oriente, & Martem in occcidente. Fortitudo eius in plagis &c.

15 Dicta autem Messahalæ & Dorothei quæ sequuntur, ad figuram corporis alicuius nati definiendam, de qua suprà monuimus, referenda sunt. Et dixit Messahala &c.

16 Quod ad regiones attinet, primum clima Saturno cum suis domibus ♑ & ♒ adscribunt. Secundum Ioui cum ♐ & ♓. Tertium Marti cum ♈ & ♏. Quartum Soli cum ♌. Quintum Veneri cum ♉ & ♎ [redacted]. Sextum Mercurio cum ♊ & ♍. Septimum Lunæ cum ♋. Et habet ex regionibus &c.

[redacted] Et quibusdam &c.

18 Vltimum membrum narrationis de Luna quod incipit ibi (Et quidam dixerunt, quòd significat pueritiam ab initio mensis vsque ad 7. dies &c.) annotatione dignum est, & præsertim id. Et quidã dixerunt &c.

tim id quod sequitur, ibi (Et quidam dixerunt, quòd Luna à coniunctione quidem ad dimidium luminis sui primum, erit natura ipsius humida, &c.) Nam horum membrorum prius opinionem aliorum: posteriùs verò Ptolemæi de diuersis Lunæ aliorumque planetarum ad Solem configurationibus, sententiam exponit. Verba autem Ptolemęi de hac re sunt ista: ἤδη μέν τοι καὶ πρὰ τοῦ πρὸς τὸν ἥλιον συζημαλισμοὺς, ἥτε ☽, καὶ οἱ τρεῖς τῶν πλανωμένων, ὅτε τοῦ ♄, καὶ ὁ τοῦ ♃, καὶ ὁ τοῦ ♂, τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον λαμβάνουσιν, οἱ ταῖς οἰκείαις ἑαυτῶν δυνάμεσι. ἥτε γὰρ ☽ κατὰ μὴ τὴν ἀφ' ἀναβολῆς μέχρι τοῦ πρώτου διχοτόμου αὔξησιν, ὑγρότητος δοκεῖ μᾶλλον ποιεῖν: κατὰ δὲ τὴν ἀφ' πρώτης διχοτόμου μέχρι πανσελήνου, θερμότητος: κατὰ δὲ τὴν ἀφ' πανσελήνου μέχρι δευτέρας διχοτόμου μείωσιν, ξηρότητος: κατὰ δὲ τὴν ἀφ' δευτέρας διχοτόμου μέχρι κρύψεως, ψυχρότητος. οἵτε πλανώμενοι ☿ ἑῶοι μόνον ἀφ' μὲν τοῦ ἀναβολῆς μέχρι τοῦ πρώτου σκριγμοῦ μᾶλλον εἰσὶν ὑγραντικοί: ἀφ' δὲ τοῦ πρώτου σκριγμοῦ μέχρι τοῦ ἀκρονύκτου, μᾶλλον θερμαντικοί: ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρονύκτου μέχρι τοῦ δευτέρου σκριγμοῦ, μᾶλλον ξηραντικοί: ἀφ' δὲ τοῦ δευτέρου σκριγμοῦ μέχρι δύσεως, μᾶλλον ψυκτικοί: hoc est, [illegible] hæ figurationes ad Solem tam ☽, q̃ tres errantes, nempe ♄, ♃ & ♂, suarũ insitarũ virium intensionẽ remissionemq; capiunt. Nam Luna à primo exortu vsque ad primæ quadraturæ incrementum, cùm quasi dimidiata refulget, efficiens est humiditatis maximè: Inde verò vsq; ad plenilunium, caloris: Deinde à plenilunio ad dimidiationem vsque diminuta, siccitatis: Denique à secunda quadratura ad occultationẽ vsque, frigiditatis. Stellæ quoq; errantes matutinæ vsque ad primam stationem, humoris habent plurimum: à prima verò statione vsq; dũ oriuntur de nocte, magis calefaciunt: Hinc à nocturna fulsione vsque ad stationem secundam, magis desiccant: à secunda denique statione ad occasum vsque, magis frigefaciunt. Ex his verbis est perspicuum, quòd Luna & tres superiores (Nam Venerem & Mercurium ab hac comparatione, quòd nũquàm ad oppositionem Solis veniãt, Ptolemęus eximit) respectu Solis quatuor status habeant. Primus status ab exortu quo radios Solis exuunt, capit principium, & ad primam quadraturam extenditur. Hinc secundus status, ad oppositionem vsque durat, à qua tertius

Lib. 1. cap. περὶ τῆς δυνάμεως τῶν πρὸς τὸν ἥλιον συζημαλισμῶν.

tertius ad quadraturam secundam deriuatur. Vltimus deniq; status occultatione unitur. Hinc manifestum est, sidera cum Sole meantia eiusq; radijs oppressa, quasi extra omnem statum posita, nullas obtinere vires. Quòd si itaque illud quoque spacium, quo sidera ob occultatione ad primam fulsionem vsque radijs Solaribus inuoluta tenentur, huic comparationi coniungere voluerimus, quinque omninò status ipsorum respectu Solis existere deprehendemus, quorum vnus, postremus videlicet, est in quo nihil penitùs possunt, & idcirco à Ptolemæo meritò omittitur. Differentia quoque quatuor statuum considerationе dignissima est. In primo herclè statu stellæ positæ illustres sunt. Nam recèns radios Solis egressæ omnibus fiunt conspicuæ, & puram sinceramque substantiam luminis obtinent, perinde, vt corpora recenter nata, humidiore & puriore constant substantia quàm adultorũ. Proindè tum infantiam & pueritiam repræsentantes, naturæ ipsorum consentaneè, substantias & impressiones magis humidas quàm calidas faciẽt, & præsertim Luna. Ea enim cùm, vt Ptolemæus docet, propter vicinitatem humores augeat, maximè profectò humectabit, cùm in quadraturis terræ proximè admota fuerit. Habebit tamen mediocrẽ calorẽ, quòd in tali statu à Sole mediocre lumẽ hauriat: itaque ob redundantiam humoris calorem facilè supprimentis maximè putrefaciet. Hac de causa primam quadram à nonnullis puerilem nominatam puto. Nam & in horum corporibus substantiã puri humidi calorem facilè superare videmus. Stellæ secundum statum adeptæ, calidiores sunt, idq; cùm propter absumptionẽ humidi, tum verò propter incrementũ caloris. Nam cùm sidera lumine à Sole hausto principaliter calefaciant, maximè tũ calefaciẽt, cùm impleta crescenti lumine fulserint. Aetas quoq; quę pueritiã sequitur, vehemẽtiùs calet, & abundantiã puerilium humorũ magis magisq; abolet. In tertio statu dominatur siccitas. Sed dicat aliqs, quomodo tres superiores in oppositione Solis, pleno amplissimoq; lumine micantes, & prætereà perigeum parui circuli lustrantes, terræ propinquiores facti, desiccabunt, cùm dictum sit, stellas tantò magis vapores trahere atque humectare, quantò propinquiores terræ fuerint. Luna quoque ab oppositione Solis, ad secundam quadraturam tendens,

dens, simul quoque ab apogeo eccentri ad περίγειον eiusdem properat? Respondemus, stellas in opposito Solis collocatas fieri sicciores secundum qualitatem, non secundum substantiam. Cui dubium est, corpora à vigore declinantia, & pręsertim obœsa maiorem habere copiam seu quantitatem humiditatis, quàm antea in puerili ętate habuerunt, & tamen dicuntur sicca, non quidem secundum quantitatem, quæ maxima est, sed secundum qualitatem. Nam in ętate priori partes humidæ & concoctæ dominantur siccitati & cruditati: in posteriore verò partes siccæ & crudæ humiditatem innatam facilè supprimunt. Sic substantia seu quantitas luminis trium superiorum, in Solis opposito collotatorum, amplissima est & illustrissima, sed sicca secundum qualitatem. Similiter de Luna iudicandum est. Sed si sicca est, quare tunc & præsertim in quadratura impletionem sequente humectat plurimũ, & humectando maximè putrefacit, quæ omnia ea experientia constant, quòd nullo tempore magis quàm in vltima quadra pestis sæuiat, nulloq; tempore oceani æstus magis exundare soleant? Respondemus, Lunæ corpus per se reliquis omnibus esse humidius, & ob ocyssimos circuitus [illegible] ita multum consenescere, suamq; naturam humiditatis perpetuò maxima ex parte tutari. Ergo in quadratura secunda terram proximè accedens, humectabit plurimum, & propter decrementum luminis & caloris maximè putrefaciet, & oceanum, quòd tunc vtraque qualitate, humiditate nimirum & frigiditate elemento aquarum potissimùm consentiat, ingenti impetu rapiet. In quarto denique statu sidera frigere haud est dubium: tum enim à terra tolluntur, & Solem propiùs accedentia minus luminis nobis obuertunt.

+ Caute legatur to: tus hic numerus 19.

Et dixerũt quidã &c.

19† Circa finem huius narrationis adijcit quorundam opiniones de planetarum cum animi qualitatibus συνοικειώσεσι. Ptolemæus duobus planetis, nempe Mercurio & Lunæ qualitates animi principaliter consentire docet, atque Mercurio quidem τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν τῆς ψυχῆς μέρος, hoc est, partem animæ intelligentem atque ratiocinantem: Lunę verò τὸ ἠθικὸν καὶ ἄλογον μέρος, id est, partem animæ hebetiorem & mores regentem attribuit. Sanè intellectus habet imaginationẽ, ratiocinationem, memoriam, & reliquas animi qualitates, quę ad ingenium excolendum

Lib. 3. cap. περὶ πρόσεκτικοῦ ψυχῆς.

lendum mentemque, ſuſtrandam pertinent, quibus omnibus cùm Mercurius principaliter conſentiat compatiaturque, perſpicuum eſt, cur afflicto Mercurio, ingenium quoque & mens ipſa obtuſa caligine perturbetur. At pars animæ hebetior nihil aliud eſt, quàm inferiorum virium & voluntatis erga iudicium intellectus obediẽtia. Habet ergo iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, & reliquas virtutes morales, quæ ſub his generibus continentur: quibus omnibus cùm Luna conſentiat, liquet, cur Luna laborante exoriantur homines à communi conſuetudine & vſu vitę declinantes. Sed cur Lunam viribus inferioribus, Mercurium verò parti animæ ſuperiori pręeſſe voluerũt? Quia, vt ſuprà dictum eſt, Luna cerebro, vnde nerui ſenſus organa deriuantur, præeſt, atque ob id non immeritò regit eas virtutes, quæ à ſenſibus pendent, eiſdemque ſunt propinquiores. Mercurius verò cùm habeat cerebri ſpiritus, qui ſunt organa mentis actionum, idcirco magis omnibus ijs dominatur, quæ à mente proficiſcuntur. Ad hæc quiuis alius quoque planeta peculiarium animæ qualitatum fons exiſtit. Saturnus itaque fons eſt eius potentię quæ retentiua dicitur, vnde memoriam firmã, perſeuerantiam, laborumque tolerantiam gignit. Iupiter nabet probitatem ſimplicitatemque. Mars fortitudinem, promptitudinem, audaciam, iram & crudelitatem. Soli familiaris eſt φιλοτιμία & faſtus. Venus amat luxum & elegantiam. Sicut autem ſinguli planetæ certis membris principaliter conſentiunt: ita quoque hæ animi qualitates ex diuerſis partibus corporis ſumunt originem, nec vnquàm educuntur ad actum, niſi priùs à neruis & ſpiritibus cerebri pulſatæ exuſcitentur. Quapropter ſapienter Ptolemæus non tantùm loca ☽ & ☿ perpendit, ſed & horum locorum dominatores, ſiquidem illi ipſi ſuas in anima qualitates ſuſcitant.

20 Vltima clauſula, quæ incipit, ibi (Et quia diximus in hoc capitulo, &c.) quid ſignificare voluerit, vix conijcio. Ac neſcio, interpreti ne, an verò ſcriptori potius hæc obſcuritas adſcribi debeat. Puto tamen ſententiam eſſe, ex commiſtione mutua ſtellarum, plurimas alias temperaturas exoriri, vt ſit verborum expoſitio: Sicut diuerſi planetarum ad Solem poſitus vires eorum variant, vt paulò anteà dictum eſt: ita eodem modo mutua inter Et quia diximus, &c.

se commistione vires eorundem commutari opinandum est. Nam & Ptolemæus, cùm vniuscuiusque planetæ naturam propriam, & quam ex habitudine, ad Solem acquirit, exposuisset, hanc tractationẽ claudit his verbis: δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἀλλήλοις συγκιρνάμενοι παμπληθεῖς διαφορὰς ποιοῦσιν εἰς τὸν περιέχον ἡμᾶς ἀπεργάζονται, κατακρατούσης μὲν ὡς ἐπὶ πᾶν τῆς ἰδίας ἑκάστου δυνάμεως, τρεπομένης δὲ κατὰ τὸν τόπον ὑπὸ τῆς τῶν σχηματιζομένων ἀντιτάσεως, hoc est: Manifestum est, stellas inter se quoque commistas, magnam varietatem in circumfuso cœlo efficere, ita tamen vt plerunque propria cuiuslibet stellæ qualitas dominetur atque ex aliqua parte propter positum repugnantium coherceatur.

De ordine verò planetarum seu principatu eorum in conceptione puerorum, & quàm diu fuerint in ventre matris, sciendum est, quòd primus mensis, ab hora scilicet conceptionis, est Saturni, secundus Iouis, tertius Martis, quartus Solis, quintus Veneris, sextus Mercurij, septimus Lunæ, octauus Saturni: & ideo non viuit qui nascitur in octauo mense, eò quòd sub potestate Saturni nascitur: & nonus Iouis. Principatus quoque siue ordinatio planetarum in vita humana, id est, qualiter disponãt vitam nati, ita diuiditur. Luna incipit ab ingressu nati, id est, à natiuitate pueri, & disponit secundum quantitatem annorum nutritiuorum, qui sunt quatuor anni. Deinde Mercurius post decem, deinde Venus octo, postea Sol XIX. postea Mars quindecim, postea Iuppiter duodecim, deinde Saturnus vsque in finem vitæ.

Temporale humanæ naturæ duplex esse principium tradidit Ptolemæus. Vnum est generatio, quando fœtus concipitur: alterum est natiuitas, quando fœtus enitendo in lucem editur.

Horum:

Horum vtrumq; præ[illegible]at nobis ſubtiles cauſas Phyſicas varietatem effectuum in co[illegible]oribus & animis genitorum ſucceſſu tẽporis facientium. Et ſationis quidem principium id facit, quòd ſemen ſemel effuſum, talem qualis tunc fuit cœli conſtitutio, craſin induat, atque nutrimentum ſuæ naturæ aſsimilet, ſibiq; planè ita attemperet, vt tota quæ hinc excreſcit temperatura, primum illum ſtatum primoque impreſſam qualitatem retineat. Porro natiuitatis principium, etſi infanti multa quæ ei in vtero materno non aderant adferat, vt reſpirare, per os nutriri, ſenſibus alijſque potentijs vti, &c. tamen non ex ſe genito euentura oſtendit, ſed potiſsimùm propter ſimilitudinem conformitatemque quam habet cum primo principio, quòd videlicet natiuitas valdè ſimilis ſit generationi. Nam natura ea conſtitutione cœli, quæ generationis conſtitutione eſt perſimilis, fœtum emittit. Verùm enimuerò cùm conceptionis principiũ vt plurimum ignoretur, ideo Aſtrologi vtũtur natiuitatis principio, quod & ipſum maximum eſſe dicit Ptolemæus, & hoc ſolo à priore ſuperari, quòd per illud quę ante partum cõtingant, præſcire liceat. Etenim exordia hæc non agunt tanquam [illegible], ſed oſtendunt cauſas ſequentium effectuum. Si eni[illegible] turarum in pręcedentia aliqua vis eſſet credenda, nihil magis conueniebat, quàm vt ea nobis oſtenderent, quæ menſibus ſeptem aut nouem exceſſum ex vtero præceſſerunt. Cæterùm in hoc capitulo vtriuſque curriculi, nimirum quod eſt à conceptione ad natiuitatem, & quod à natiuitate ad extremum vſque diem vitæ protenditur, generales gubernatores numerantur, & primò ordinantur ij, quibus menſes, qui à puncto generationis ad natiuitatem infantis exiſtunt, diſtribuuntur. Qua ratione primo menſe materia fœtus Saturninę naturę conuenienter coagulatur & deſiccatur. Saturno reliquis altiore proximus eſt Iuppiter, qui ſecundo menſi præeſt, quo pro ſua natura materia molleſcens & inflata, puerperis nauſeam adferre ſolet. Tertio menſe Marti attributo, maſſa in ſanguinis naturam conuertitur, ſedantur venti & nauſea. Quartum menſem habet Sol, quo principalia membra formari animuſque infundi creditur. Quinto menſe Veneri deputato, formam abſolui ſexumque figurari tradunt. Menſe ſexto Mercuriali, accreſcunt fœtui cum lin-

gua ſenſus,& nutrimentorum appetitionis. Hoc menſe ſentiũt puerperę pueros manuumque pedumque impetu conari, vt ex tenebris in lucem exeant, ſed fruſtrà, quòd inuolucra propter imbecillitatem virium rumpere nondũ queant. Septimus menſis lunaris eſt, quo ſi infans, quoniam tum plenam formam adeptus eſt, omnium que planetarum temperaturas pertulit, in lucem prodeat, optimam ſpem nutritionis conferet. Octauo menſe aiunt Saturnum iterum imperio aſſumpto pro ſua natura matricem infrigidare, vitalemque ſpiritum adeò debilitare, vt motus infantis vix ſentiatur. Quare ſi ſic ſiccus & congelatus prodeat, vt plurimum mortuus prodibit. Tantus ac talis inimicus naturæ humanę cùm ſit Saturnus, non temerè parentes liberis orbare à poëtis fingitur. Nonus menſis denuò temperaturæ Iouiali conſentiens, ventos ſuſcitat, & fortem motum infanti tribuit. Proinde tunc plerunque ruptis vinculis, per anguſtos meatus, cedente oſſe ſacro, in hunc mundum erumpit, atque ſi perdiu naſcatur, ad Solem: ſi noctu, ad lumen candelę oculos conuertit, inſuetamque lucem admiratur, deflens ſimul vel toleratos in partu cruciatus, vel huius futuræ vitę calamitatem præſagiens. Iam vt Euripides ait, ὁ βίος ὄντ' ἀληθῶς βίος, ἀλλὰ ξυμφορά. Hęc eſt menſium generationis cum craſi planetarum συνοικείωσις. Cæterùm ſtatus poſterioris principij, hoc eſt, ætates quę ab infantia principium capiunt, atque in extremũ ſenium, imò verò ipſam mortem deſinunt, quomodo & quibus planetis conſentiant, paulò antè cùm de Saturno ageremus, copioſè dictum eſt. Id vnicum hic adijciendum puto, vtriuſque principij dictam temporum diuiſionem generalem eſſe, atque omnibus hominibus ex æquo communem, & planetis nullam aliam ob cauſam quàm propter conuenientiam temperaturarum attributam. His ita ſe habentibus, ſicut in ſeptem vitæ ętatibus, ita in generationis menſibus fruſtrà expectari opinamur effectus, diſpoſitioni ſtellarum ipſis temporibus pręſidentium congruentes. Nam cauſam, vt hęc tempora penè ſingulis diuerſa ſint facientem, aliunde quęrendam eſſe, ſuprà abundè eſt oſtenſum.

[redacted]

DE HORIS DIEI ET NOCTIS
quorum sunt planetarum.

Si fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum, erit prima hora ipsius planetæ & secunda hora alterius planetæ qui ei succedit, cæterorumq; secundum ordinem circulorum, pari ratione est successio. Verbi gratia, Die Veneris, cuius est et dies, prima hora est ipsius Veneris, secunda Mercurij, tertia Lunæ, quarta Saturni, quinta Iouis, sexta Martis, septima Solis, octaua iterum Veneris, nona Mercurij, decima Lunæ, vndecima Saturni, duodecima Iouis. Ecce habes XII. horas diei inæquales: Itē de horis noctis. Prima hora sequentis noctis est Martis, cuius est et tota nox: secunda Solis, tertia Veneris, quarta Mercurij, quinta Lunæ, sexta Saturni, septima Iouis, octaua iterum Martis, nona Solis, decima Veneris, vndecima Mercurij, duodecima Lunæ. Et sic habes etiā XII. horas noctis inæquales. Et incipit dies Sabbati postea, cuius prima hora est Saturni, et ipsius est tota dies. Sic per ordinem numerando inuenies horas dierum et noctium et diuisiones earum super planetas singulos, si Deus voluerit.

DE HORIS MASCVLINIS & fœmininis.

Dicūtur et horæ esse masculinæ et fœmininæ: quia hora prima vniuscuiusque diei et noctis, est masculina, secunda fœminina, tertia masculina, quarta fœminina, sicque succedunt per ordinem, vna scilicet fœminina, alia masculina, vsque in finem diei et noctis.

Omnis pars collata cum suo toto, notior efficitur. Quamobrem vt rectiùs percipiatur varietas horarum, ante omnia easdem

dē cū ſuis integris, hoc eſt, diebus cōferemus. Neq; verò dubiū eſt cuipiam, horas eſſe partes dierum. Eſt autem dies duplex, naturalis, & artificialis. Dies naturalis eſt tempus quo reuoluitur totus æquinoctialis, & præterea particula eiuſdem tanta, quanta reſpondet arcui Eclipticæ, quam interim Sol proprio motu peragrauit. Cùm autem ☉ in Ecliptica moueatur inæqualiter, & partes zodiaci diſsimiliter aſcendant, neceſſe eſt horū quoq; dierum aliquam eſſe inæqualitatem, quæ alibi explicatur. Hic dies, qui ex luce & tenebris conſtat, & ob id à græcis νυχθήμερον vocatur, primò in diem noctemq; artificialem diſtribuitur, poſtea in 24. partes, quas ſtatim horas æquales nominabimus. Dies artificiales propriè appellantur luces, quia cum luce incipiunt, & rurſus cum Sole occidente deficiunt. Reliqua verò tempora quibus Sol infra horizonta delapſus ad ortum redit, noctes vocantur. Cæterùm dierum noctiumque artificialium inæqualitas etiam vulgo manifeſta eſt. Sicut autem dies, ita etiam horas duplices eſſe ſciendum eſt, æquinoctiales nimirum & temporales. Hora æquinoctialis eſt ſpacium temporis, quo 15. part. æquinoctialis peroriuntur, hoc eſt, eſt vna viceſimaquarta pars diei naturalis ferè. Nam diem naturalem paulò maiorem eſſe 24. horis, modò monuimus. Vocantur & æquales, quòd nec æſtate, nec hyeme, nec die, nec nocte varientur. Horæ temporales ſiue inæquales ſunt duodecimæ portiones, tum diei, tum noctis artificialis, ſic dictæ, quòd diurnæ inæquales ſint nocturnis. Eaſdem Aſtrologi erraticas & horas planetarum nominant. Exortus Solis initium eſt primæ, meridies ſextā, Solis occaſus duodecimam terminat. Finis verò horę diurnę duodecimæ, principium eſt primæ horę noctis, imum cœli ſextam, exortus Solis duodecimam finit. Ideoq; ad primam horā aiunt Chriſtianos canere: Iam lucis orto ſidere, quòd ab exortu Solis horarum ſumatur initium. Variantur autem horæ temporales tribus modis. Primò ratione puncti Eclipticæ, quo pacto horæ temporales longiores æqualibus, vocantur horæ Cancri: breuiores verò horum, Capricorni: Poſtremò eędem cum æqualibus, horæ temporales Libræ dicuntur. Secundò ratione regionum: Nam ſicut in vna regione vnius diei artificialis aut noctis horæ temporales inæquales non ſunt ſed tantummodo diuer-

do diuersorum dierum diuersarumq; noctium in anno: Ita rursus in vna die ratione diuersarum regionum discrepant, vt hora temporalis initij ♊ nostrę regionis, continet æqualem horam vnam & scru. 18. Venetijs autem vbi polus p. 45. attollitur, horam æqualem 1. 14 1ª. Tertiò ratione noctis & diei, nam vna hora temporalis diurna initij Geminorum continet, vt dixi, horam æqualem 1. 18 1ª. Nocturna verò scrup. 42 1ª. Etsi enim in sphęra recta horę diurnę collatę nocturnis inter se perpetuò ęquales sint: tamen in sphęra obliqua diurnę horę maiores sunt nocturnis in ęstate, breuiores in hyeme: atque in æquinoctio tantùm ęquales existunt, quod vno versiculo eleganter docuit Virgilius:

Libra diei somniq; pares vbi fecerat horas.

Nam Romanos temporalib. horis vsos esse constat, quas veteres meantium siderũ dominio asscripserũt. Primam horam matutinam, stellę vnde dies nomen accipit, attribuerũt: secũdam, sequenti: & sic deinceps seruato ordine planetarum. Vt diei Lunæ prima hora diei ab exortu Solis, tribuitur ☽, secunda ♄, tertia ♃, quarta ♂, quinta ☉, sexta ♀, septima ☿, octaua ♄, nona ♃, decima ♂, vndecima ☉, duodecima ♀: Quare noctis eiusdẽ primę hora dominiũ deueniet ad ☿, secundę ad ☽, tertię ad ♄, & sic deinceps. Græcis dominus horæ διέπων dicitur. Denique numerus partium & scrupulorum ęquinoctialis, quæ in qualibet hora temporali ascẽdunt, vocantur τὰ ὡριαῖα μεγέθη, aut ὡριαῖοι χρόνοι, id est, horaria tempora.

His definitis, iam porro exponere debemus, quemadmodũ loci Solis aut alterius stellæ arcus diurnus nocturnusque, atque eorundem horaria tempora inueniantur. Arcum diurnũ in quolibet climate seu in qualibet poli eleuatione, ostendit ascensio obliqua eius medietatis zodiaci, quæ est à part. Solis alteriusue stellæ, aut puncti in Ecliptica in consequentia, vsq; ad part. diametraliter Soli oppositam. Verbi gratia, ☉ nostro tempore die 25. Iunij lustrat part. 13. ♋. Iam vt habeam propositi diei arcum diurnum seu ascensionem sex signorum immediatè locum Solis sequentium, nempe vltimarum part. 17. 69. totius ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, & primarum p. 13. ♑. idq; Colonię Agrippinę, cui polus septentrionalis 51. p. attollitur. Primò cum fine dati

arcus

arcus qui est 13. p. ♄. ingredior tabulam ascensionum obliquarum ad 51. partium latitudinem factam, & ex area tabulæ scribo part. 315. 30 1ª. Deinde cum principio propositi arcus, nempe cum 13. part. 69. eandem tab. ingressus, reperio in angulo communi part. 72. 44 1ª. Denique principium hoc à fine subtraho, & remanet quęsiti arcus ascensio obliqua par. 242. 46 1ª. quę secta per 12. educunt horaria tempora p. 20. 13 1ª. 50. 2ª. quę in tempus commutata efficiunt horam æqualem vnam & scr. 20 1ª, 55 2ª. atque tanta est hora inæqualis diei propositi. Faciunt autem de æquinoctiali 15. par. horam vnam, & vna æquinolis pars, facit scrup. 4 1ª. Deniq; 15. scru. 1ª ęquinoctialis, vnum scrupulum primum temporis. In hunc modum inuento arcu diurno, nempè par. 242. 46 1ª. in tempus conuerso elicitur tempus diurnæ lucis horarum æqualium 16. 11 1ª. Porrò medietas arcus diurni, arcum semidiurnum ostendit, quem si per 6. partiaris, eadem horaria tempora educes. Eandemq; medietatem non aliter quàm modò de intrego arcu dictũ est, in tempus cõmutabis. Arcus autem nocturnus atque tempora horaria nocturna ex ascensione signorum sex à parte Solis aut alterius loci opposita inchoatorum colligitur: veluti arcus nocturnus p. 13. 69. est vltimarum p. 17. ♑. totius ♒, ♓, ♈, ♉, ♊, & primarum par. 13. ♋. Sed arcum nocturnum faciliùs elicies, si ab integra reuolutione, hoc est, p. 360. arcum diurnum subtrahas. In proposito exemplo arcus diurnus p. 242. 46 1ª subtractus à p. 360. relinquit arcum nocturnum p. 117. 14 1ª. hoc est, horas æquinoctiales 7. 49 1ª. Eiusdem arcus pars duodecima indicat tẽpora horaria nocturna 9. 47 1ª, 10 2ª, hoc est, scrup. temporis 39. ferè. Sed cognitis horarijs temporibus diurnis, longè faciliùs nocturna horaria tempora deprehendes, si tempora horę diurnæ à duabus ęqualibus horis, hoc est, à part. 30. subtrahas. Nam diurna hora atque nocturna, si coẽant, duas ęquales horas aut 30. p. conficiunt: veluti paulò antè reperta horaria tempora p. 20 13 1ª, 50 2ª subtracta à p. 30. relinquunt horaria tẽpora nocturna p. 9. 46 1ª, 10 2ª. Si quis vsum tabularum Regiomontani teneat, ad hæc omnia faciliori & breuiori tramite penetrabit per arcus Solis & cuiuslibet stellæ semidiurnos, qui sic colliguntur: Differentiam ascensionalem (est autẽ differentia ascen-

ſionalis dimidia æquinoctialium dierum differentia ſeu pars, quæ aſcenſio obliqua quadrantis aſcenſionem rectam excedit, aut ab eadem ſuperatur) iunge part.90.ſi fuerit declinatio ſtellæ borealis,aut eandem à p. 90. ſurripe,ſi fuerit declinatio auſtralis,& conflabitur vel relinquetur arcus ſemidiurnus,quo ſubtracto à partibus 180. arcum ſeminocturnũ relinquet,quorum vtrunque integrum duplatio oſtendet. Veluti in noſtro exemplo, differentia aſcenſionalis partis 13.69. reperitur partium 31.23 1ª. quæ iuncta partibus 90. producit arcum ſemidiurnum p. 121.23 1ª. Cuius duplum p.242.46 1ª. totum arcum diurnum prodit, & ſubtracto eodem ſemiarcu à partibus 180. relinquit ſemiarcum nocturnum partium 58.37 1ª. Cuius duplum part. 117.14 1ª. integrum arcum nocturnum indicat.Si autem dictos arcus,vt ſuprà admonuimus,per 15.partiaris,numerus horarum æqualium eis correſpondentium proſiliet.Similiterq; ſi integros arcus per 12. aut eorundem ſemiſses per 6.ſecueris, educes horaria tempora,quæ in tempus commutata horas inæquales manifeſtabunt.Idem autem & faciliùs inuenies,ſi differentiam aſcenſionalem tranſmutes in tẽpus partitione per 15.& productum adijcias ſex horis æquinoctialibus, ſi declinatio fuerit ſeptentrionalis, aut ab eodem ſenario numero demas, ſi declinatio auſtralis fuerit,ſic enim proſiliet arcus temporis ſemidiurni,ſeu ſpacium horarum temporalium ſex, cuius duplum horas inæquales 12. totius diei numerabit. Ad extremum ſi dictam Differentiam aſcenſionalem per 6. ſecueris,& numero naſcenti 15.adijcias pro declinatione ſeptentrionali, aut eũdem ex ijſdem 15.auferas, ſi declinatio auſtralis fuerit,obtinebis tempora æquinoctialis,quæ vni horæ inæquali diurnæ competunt, partiaris in aſſumpto exemplo noſtro differentiã aſcenſionalẽ,quæ eſt p.31.23 1ª.per 6.& educes p.5. 13 1ª,50 2ª.quæ cõiunge cum p.15. & habebis p.20.13 1ª,50 2ª. tempora vni inæquali horæ congruentia. Ex quo manifeſtum eſt, quòd tempora horaria rectiſsimè colligantur, ſi differentiæ aſcenſionalis pars ſexta addatur partib. 15. in declinatione ſeptentrionali,aut dematur ab ijſdem par.15. quoties declinatio auſtralis fuerit.

Quoniam verò nõ omnes tabularum Regiomontani vſum norunt,

norunt, sed plerique supputationibus Ephemeridum contenti sunt, ideo eorũ gratia à tabulis ad Ephemerides descendẽtes breuiter annotabimus modum, per quẽ omnia quæ dicta sunt, facilimè ex vnica tabula quantitatis dierum supputari poterũt. Ac primò pro arcu diurno, nocturno, eorundemq; semissibus habendis, cape eleuationẽ poli, seu latitudinẽ regionis tuæ, in fronte tabulę quantitatis dierum. Locum verò ☉ alteriusve stellæ, quære in lateribus eiusdem tabulæ, in sinistro quidem latere descendendo, in dextro verò ascẽdendo. Nam Proselis, seu vt vocãt, angulus cõmunis, ostendet in horis & scrup. quantitatem semidiurnam quidem, si ☉ vel stella boreale signum: seminocturam verò, si australe signũ lustrauerit. Iam quantitate semidurna cognita, subtractaq; ab integris horis 12. quantitas seminocturna relinquitur, & econtrariò spacium seminocturnũ à 12. horis sublatum, semidiurnum arcum relinquit. Cuius cognitionis & iste est vsus, q̃ ex spacio semidiurno Solis occasus, & ex seminocturno ortus eiusdem exactè cognoscitur. Vtriusque spacij duplum, semidiurni quidem diurnę lucis, seminocturni verò, noctis longitudinem demonstrant. Denique spacium diurnum ex 24. horis sublatum, spacium nocturnum relinquit: & vice versa spacio noctis ex 24. horis detracto, spaciũ diurnę lucis remanet. Vt superioris exempli part. 13. Cancri ad dextram partem tabulę, quantitas autem diurna (nam ♋ signum boreale est) in angulo communi è regione polaris altitudinis partium 51. reperitur horarum 81ª. quę sublata ab horis 12. relinquunt horas 3.55 1ª. spacium seminocturnum. Quare spacium totius diurnę lucis est horarum 16.10 1ª. & spacium tenebrarum vniuersum horarum 7.50 1ª &c.

Iam verò tempore vsitato lucis vel noctis ex commutatione arcus diurni vel nocturni cognito, aut ex tabella quãtitatis dierum collecto, quantitatem horæ inæqualis eiusdem diei vel noctis ex sequenti tabella in hunc modum facilè elicies. Horas integras quære in fronte tabellæ: Scrupula verò (si quæ vltra horas perfectas spacio diurno vel nocturno adhæserint) in latere sinistro descendendo cape, & angulus communis aperiet spacium supputatum vnius horæ inæqualis: & quidem diurnæ si cum spacio diurno, nocturnæ verò si cum arcu nocturno in-

greſſus fueris. Quòd ſi ſcrupula temporis in ſiniſtro latere tabellę ſcripta ſcrupulis tuis non reſponderint, perpende differentiam ſeu exceſſum, atque pro quolibet minuto ſcrupulo, quod in tabellam mittere nequiueris, quinque ſecunda ſcrupula angulo communi adijcias, vt verum tempus horæ temporalis exeat. Nam 12. minuta ſcrupula ſpacio vnius minuti ſcrupuli horam temporalem diei noctiſúe adaugent. Vt quoniam exempli noſtri arcus diurnus in tempus vſitatum tranſiens exhibuit nobis æquinoctialis horas 16. & minuta ſcr. 11. ferè, quære in capite tabellæ horas 16. & in latere ſiniſtro ſcr. 0. & angulus communis oſtendet tibi horam 1.20 1a. quibus pro 11. ſcrupu. reſtantibus adijce ſcrupul. 55 2a. proueniet hora 1.20 1a, 55 2a. atque ea eſt quantitas horæ temporalis Coloniæ Sole meante per 13. p. 69.

Tabella quantitatis horarum temporalium.

Ho	7	8	9	10	11	12	ræ
ſc.	h.ſc.	h.ſc.	h.ſc.	h.ſc.	h.ſc.	h.ſc.	
0	0 35	0 40	0 45	0 50	0 55	1 0	
12	0 36	0 41	0 46	0 51	0 56	1 1	
24	0 37	0 42	0 47	0 52	0 57	1 2	
36	0 38	0 43	0 48	0 53	0 58	1 3	
48	0 39	0 44	0 49	0 54	0 59	1 4	

Ho	13	14	15	16	17	18	ræ
ſc.	ho.ſc.	ho.ſc.	ho.ſc.	ho.ſc.	ho.ſc.	ho.ſc.	
0	1 5	1 10	1 15	1 20	1 25	1 30	
12	1 6	1 11	1 16	1 21	1 26	1 31	
24	1 7	1 12	1 17	1 22	1 27	1 32	
36	1 8	1 13	1 18	1 23	1 28	1 33	
48	1 9	1 14	1 19	1 24	1 29	1 34	

Obſeruanda eſt etiam horarum æqualium & inæqualium mutua commutatio. Ac primò, ſi inæquales quædam horæ in horas æquales ſint commutandæ, reſolue horas inæquales in ſcrupula

ſcrupula,& partiaris eadem per vnius horæ æqualis ſcrupula eiuſdem denominationis. Nam numerus ſectionis indicabit numerum horarum æqualium, quibus propoſitæ inæquales horæ reſpondent. Verſa vice ſi æquales horas in inæquales conuertere placet, tum ſcrupula æqualium horarum cuncta per ſcrupula eiuſdem denominationis vnius horæ inęqualis partienda ſunt. Verbi gratia: ſi quis die ☉ hora quarta, ſcrup. 30. poſt meridiem ante occaſum Solis natus ſit, atque ſcire cupias, quis planetarum horæ natiuitatis præſit, diuide datarum horarum æqualium ſcrupula 270. per ſcrupula vnius horæ temporalis, quæ ſint exempli gratia, 82 1ª. numerus ſectionis oſtendet horas temporales 3. 42 1ª. quibus iunge horas 6. ab ortu ad meridiem elapſas, & conflabis horas temporales 9. 24 1ª. Da ergo primam ☉, ſecundam ♀, tertiam ☿, quartam ☽, quintam ♄, ſextam ♃, ſeptimam ♂, octauam ☉, nonam ♀, decima ergo incompleta, in quam natiuitas incidit, erit ☿. Aliud exemplum genituræ à nobis aſſumptæ, quæ cœpit anno labente 1527. die Maij 21. quę eſt Martis hora 3. 47 1ª. poſt meridiem, quo tempore Sol occupabat Geminorum partem nonam ferè, ſub latitudine part. 41. arcus ergo ſemidiurnus eſt h. 7. 21 1ª. quod tempus cum horis 3. 47 1ª. à meridie elapſis iunctum facit horas ęquales 11. 8 1ª. quæ ſectę per ſpaciũ vnius horę tẽporalis diurnę, quod eſt H. 1. 13 1ª 30 2ª, prodibunt horę temporales diurnę ab ortu Solis elapſę 9. 5 1ª ferè. Da iã primã Marti, ſecundam Soli, tertiam Veneri, quartam ☿, quintam ☽, ſextam ♄, ſeptimam ♃, octauam ♂, nonam ☉, decima ergo incompleta, in quam genitura incidit, eſt Veneris.

Horaria verò tempora ☉ & aliorum planetarum ex tabula quantitatis dierum ſic elicies. Cape ex tabula quantitatis dierũ arcum planetę in horis & ſcrup. ſemidiurnum vel ſeminocturnum, atque eundem per 2 ½ multiplica. Nam numerus emergẽs oſtendet tibi tempora eius horaria, vt in pręſenti exemplo, arcus ſemidiurnus, qui eſt H. 7. 21 2ª. per 2 ½. multiplicatus, producit p. 18. 22 1ª 30 2ª. quę ſunt loci Solis horaria tempora diurna, quòd ſignum Geminorum boreale ſit. Aliud exemplum: Volo tempora horaria partis viceſimę quartę ſigni Arietis, video ſub altitudine poli 51. Agrippinę ciuitatis è directo viceſimę

quartę partis Arietis horas 6.47 1ª.quę multiplico per 2 $\frac{1}{2}$. fiũt par.15.117 1ª.quę facta resolutione & compositione vsitata efficiunt horaria tempora partis vicesimę quartę Arietis in dicta regione p.16. 57 1ª. Et hæc quoque sunt diurna,quia ♈ est ex signis borealibus.Quòd si quando opus fuerit temporibus horarijs nocturnis, & diurna tempora inuenta habeas, auferas ea ex p.30.& relinquentur tempora nocturna,vt in proposito exemplo partis vicesimę quartę Arietis tempora diurna,quę sunt partium 16.57 1ª.ablata ex p.30. relinquunt par.13.3 1ª.pro tẽporibus horarijs nocturnis vicesimęquartę partis Arietis.

Causam autem operationis huius facilè est intelligere. Quoniam enim cum quatuor scrupulis temporis exoritur vna pars seu scrupula æquinoctialis 60. si iam scrupula 4. temporis ducas in 6. numerum (tot enim horas temporales quiuis semiarcus continet)produces 24.scrupula temporis,hoc est, arcum quendam semidiurnum vel seminocturnum,circa quem spacio vnius horę temporalis exoriuntur ęquinoctialis scrupula prima 60.Pone ergo in primo loco 24.in secundo scrup.60.in tertio denique arcum semidiurnum vel seminocturnum,sic:

sc.temp.	sc.æquin.	Hor.	sc.temp.
24	60	6	47

vel reductis prioribus duobus numeris,ad minimam nomenclaturam, hoc modo:

2	5	6	47

Quoniam verò in praxi regulę proportionum aut secundo numero in tertium ducto,productum per primum partimur, aut secundo numero per primum secto,numerum quotum in tertium ducimus,alijsque varijs modis operandi ad vnum optatúque scopum perducimur,partiaris ergo scru. 5.per sc.2. proueniẽt integra 2 $\frac{1}{2}$.(hęc enim est natura calculi Physici) quæ ducta in integras horas 6. & sc. 47. producunt horaria tempora p.16. sc.57 1ª.Ex his intelligi potest,cur in canone hoc iubeamus arcum semidiurnum vel seminocturnum multiplicare per 2 $\frac{1}{2}$. vt quęsita tẽpora horaria diurna nocturnaúe exeant. Hęc hoc loco volui diffusiùs declarare, quòd scitu digna sint & maximè necessaria ad intelligendam doctrinam de significatorum progressionibus seu directionibus,vt vocant,de qua infrà.

SE-

SEQVITVR TABVLA
QVANTITATIS DIERVM
AD SINGVLAS PARTES
signiferi supputata.

Semidiurna.

Aries.

po G	35 H.m.	36 H.m.	37 H.m.	38 H.m.	39 H.m.	40 H.m.	41 H.m.	42 H.m.	4 H.m.	44 H.m.	45 H.m.	46 H.m.	47 H.m.	48 H.m.
0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0
1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 1	6 2	6 2	6 2	6 2	6 2
2	6 2	6 2	6 3	6 3	6 3	6 3	6 3	6 3	6 3	6 4	6 3	6 3	6 3	6 4
3	6 3	6 3	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 5	6 5	6 5	6 5	6 6
4	6 4	6 4	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 6	6 6	6 6	6 7	6 7	6 7	6 8
5	6 6	6 6	6 6	6 7	6 7	6 7	6 7	6 8	6 8	6 8	6 8	6 8	6 8	6 9
6	6 7	6 7	6 7	6 8	6 8	6 8	6 8	6 9	6 9	6 9	6 10	6 10	6 10	6 11
7	6 8	6 8	6 8	6 9	6 9	6 9	6 9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 13
8	6 9	6 9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 11	6 12	6 12	6 13	6 13	6 13	6 13	6 14
9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 12	6 13	9 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16
10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 13	6 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 17	6 17	6 18
11	6 12	6 13	6 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 17	6 17	6 17	6 18	6 18	6 19
12	6 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 17	6 17	6 18	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21
13	6 14	6 15	6 15	6 16	6 16	1 17	6 18	6 18	6 19	6 20	6 21	6 22	6 22	6 23
14	6 16	6 16	6 17	6 18	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 22	6 23	6 24	6 24
15	6 17	6 17	6 18	6 19	6 19	6 20	6 21	6 21	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 26
16	6 18	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 23	6 24	6 24	6 26	6 27	6 28	6 28
17	6 19	6 20	6 21	6 21	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30
18	6 20	6 21	6 22	6 22	6 23	6 24	6 25	8 26	6 27	6 27	6 29	6 30	6 31	6 32
19	6 21	6 22	6 23	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 27	6 30	6 31	6 33	6 34
20	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30	6 30	6 32	6 33	6 34	6 35
21	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37
22	6 24	6 25	6 26	9 27	6 28	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 35	6 36	6 38	6 39
23	6 25	6 26	6 27	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 36	6 37	6 39	6 40
24	6 26	6 27	6 28	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 36	6 38	6 39	6 41	6 42
25	6 27	6 28	6 29	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	6 44
26	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 35	6 36	6 37	6 39	6 39	6 41	6 42	6 44	6 45
27	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	6 44	6 46	6 47
28	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 37	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 46	6 47	6 49
29	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	6 44	6 46	6 47	6 49	6 50
30	6 33	6 34	6 35	6 27	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 45	6 47	6 49	6 50	6 52

Virgo.

Semidiurna.

49 H.m.	50 H.m.	51 H.m.	52 H.m.	53 H.m.	54 H.m.	55 H.m.	56 H.m.	57 H.m.	58 H.m.	59 H.m.	60 H.m.	61 H.m.	62 H.m.	63 H.m.	
6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	6 0	
6 2	6 2	6 2	6 2	6 2	6 2	6 2	6 2	6 2	6 3	6 3	6 3	6 3	6 3	6 3	2
6 4	6 4	6 4	6 4	6 4	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 5	6 6	6 6	6 6	2
6 6	6 6	6 6	6 6	6 6	6 7	6 7	6 7	6 7	6 8	6 8	6 8	6 9	6 9	6 9	3
6 8	6 8	6 8	6 8	6 8	6 9	6 9	6 9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 12	2
6 9	6 9	6 10	6 10	6 11	6 11	6 12	6 12	6 12	6 13	6 13	6 14	6 15	6 15	6 16	2
6 11	6 11	6 12	6 12	6 13	6 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 17	6 18	6 18	6 19	2
6 13	6 13	6 14	6 14	6 15	6 15	6 16	6 16	6 17	6 18	6 19	6 20	6 21	6 21	6 22	2
6 14	6 15	6 16	6 16	6 17	6 17	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 23	6 24	6 25	2
6 16	6 17	6 18	6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	2
6 18	6 19	6 20	6 20	6 21	6 22	6 22	6 23	6 24	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30	6 31	2
6 20	6 21	6 22	6 22	6 23	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 29	6 30	6 32	6 33	6 34	1
6 22	6 23	6 24	6 24	6 25	6 26	6 27	6 28	6 29	6 31	6 32	6 33	6 35	6 36	6 37	1
6 24	6 25	6 26	6 27	6 27	6 28	6 29	6 30	6 32	6 33	6 35	6 36	6 38	6 39	6 40	1
6 25	6 26	6 27	6 29	6 30	6 31	6 32	6 33	6 34	6 36	6 37	6 38	6 40	6 42	6 44	1
6 27	6 28	6 29	6 31	6 32	6 33	6 34	6 35	6 37	6 38	6 40	6 41	6 43	6 45	6 47	1
6 29	6 30	6 31	6 33	6 34	6 35	6 36	6 37	6 39	6 41	6 43	6 44	6 46	6 48	6 50	1
6 31	6 32	6 33	6 35	6 36	6 38	6 39	6 40	6 42	6 43	6 45	6 47	6 49	6 51	6 53	1
6 33	6 34	6 35	6 37	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 46	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	1
6 35	6 36	6 37	6 39	6 40	6 41	6 43	6 44	6 46	6 48	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	1
6 36	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 46	6 47	6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	7 0	7 3	1
6 38	6 40	6 41	6 43	6 44	6 46	6 48	6 49	6 51	6 53	6 56	6 58	7 0	7 3	7 6	9
6 40	6 42	6 43	6 45	6 46	6 48	6 50	6 51	6 54	6 56	6 59	7 1	7 3	7 6	7 9	8
6 42	6 43	6 45	6 47	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	6 58	7 1	7 3	7 6	7 9	7 12	7
6 44	6 45	6 47	6 49	6 50	6 52	6 54	6 56	6 59	7 1	7 4	7 6	7 9	7 12	7 15	6
6 46	6 47	6 49	6 51	6 52	6 54	6 56	6 58	7 1	7 3	7 6	7 9	7 12	7 15	7 18	5
6 47	6 49	6 51	6 53	9 55	6 58	6 59	7 1	7 4	7 6	7 9	7 11	7 15	7 18	7 22	4
6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 14	7 18	7 21	7 25	3
6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 5	7 8	7 11	7 14	7 17	7 21	7 24	7 28	2
6 52	6 54	6 56	6 58	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 13	7 16	7 20	7 23	7 27	7 31	1
6 54	6 56	6 58	7 0	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 16	7 19	7 23	7 26	7 30	7 34	0

Semidiurna.

Taurus.

90 G	35 H.m.	36 H.m.	37 H.m.	38 H.m.	39 H.m.	40 H.m.	41 H.m.	42 H.m.	43 H.m.	44 H.m.	45 H.m.	46 H.m.	47 H.m.	48 H.m.	49 H.m.
0	6 33	6 34	6 35	6 37	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 45	6 47	6 49	6 50	6 52	6 54
1	6 34	6 35	6 36	6 38	6 39	6 40	6 42	6 43	6 45	6 47	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56
2	6 35	6 36	6 38	6 39	6 40	6 42	6 44	6 45	6 47	6 48	6 50	6 52	6 53	6 55	6 57
3	6 36	6 37	6 39	6 40	6 41	6 43	6 45	6 46	6 48	6 50	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59
4	6 37	6 38	6 40	6 41	6 42	6 44	6 46	6 47	6 49	6 51	6 53	6 54	6 57	6 59	7 1
5	6 38	6 39	6 41	6 42	6 44	6 46	6 47	6 49	6 51	6 53	6 54	6 56	6 58	7 0	7 2
6	6 39	6 40	6 42	6 43	6 45	6 47	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	6 57	7 0	7 2	7 4
7	6 40	6 41	6 43	6 44	6 46	6 48	6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 2	7 4	7 6
8	6 41	6 42	6 44	6 46	6 47	6 50	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 0	7 3	7 5	7 7
9	6 42	6 43	6 45	6 47	6 48	6 51	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	7 2	7 5	7 7	7 9
10	6 43	6 44	6 46	6 48	6 49	6 52	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 4	7 6	7 9	7 11
11	6 44	6 45	6 47	6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13
12	6 45	6 46	6 48	6 50	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15
13	6 46	6 47	6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 5	7 8	7 10	7 14	7 16
14	6 47	6 48	6 50	6 52	6 54	6 57	6 58	7 0	7 3	7 5	7 7	7 10	7 12	7 15	7 18
15	6 48	6 49	6 51	6 53	6 55	6 58	6 59	7 1	7 4	7 6	7 8	7 11	7 13	7 17	7 19
16	6 49	6 50	6 52	6 54	6 56	6 59	7 0	7 2	7 5	7 7	7 9	7 12	7 15	7 18	7 21
17	6 49	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 2	7 4	7 6	7 9	7 11	7 14	7 16	7 20	7 23
18	6 50	6 52	6 54	6 56	6 58	7 0	7 3	7 5	7 7	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24
19	6 51	6 53	6 55	6 57	6 59	7 1	7 4	7 6	7 8	7 11	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25
20	6 51	6 54	6 56	6 58	7 0	7 2	7 5	7 7	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27
21	6 52	6 55	6 57	6 59	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28
22	6 53	6 56	6 58	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29
23	6 54	6 56	6 59	7 1	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 31
24	6 55	6 57	7 0	7 2	7 4	7 6	7 9	7 11	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 32
25	6 56	6 58	7 1	7 3	7 5	7 7	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 30	7 33
26	6 56	6 59	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35
27	6 57	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 33	7 36
28	9 58	7 1	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 16	7 18	7 21	7 24	7 27	7 30	7 34	7 37
29	6 59	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 35	7 39
30	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 26	7 30	7 33	7 36	7 40

Leo.

Semidiurna.

Seminocturna.
Scorpius.

50 H.m.	51 H.m.	52 H.m.	53 H.m.	54 H.m.	55 H.m.	56 H.m.	57 H.m.	58 H.m.	59 H.m.	60 H.m.	61 H.m.	62 H.m.	63 H.m.	lu. G
6 56	6 58	7 0	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 16	7 19	7 23	7 26	7 30	7 34	30
6 58	7 0	7 2	7 5	7 7	7 1	7 12	7 15	7 18	7 22	7 26	7 29	7 33	7 37	29
6 59	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 28	7 32	7 36	7 41	28
7 1	7 4	7 6	7 9	7 11	7 14	7 17	7 20	7 23	7 27	7 31	7 35	7 39	7 44	27
7 3	7 6	7 8	7 11	7 13	7 16	7 19	7 22	7 26	7 30	7 34	7 38	7 42	7 47	26
7 5	7 7	7 10	7 13	7 15	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 36	7 40	7 45	7 50	25
7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 21	7 24	7 27	7 31	7 35	7 39	7 43	7 48	7 53	24
7 9	7 11	7 14	7 17	7 19	7 23	7 26	7 29	7 33	7 37	7 42	7 46	7 51	7 56	23
7 10	7 13	7 16	7 18	7 22	7 25	7 28	7 31	7 36	7 40	7 44	7 49	7 54	7 59	22
7 12	7 15	7 17	7 20	7 24	7 27	7 30	7 33	7 38	7 42	7 47	7 52	7 57	7 2	21
7 14	7 17	7 19	7 22	7 26	7 29	7 32	7 36	7 40	7 45	7 50	7 55	8 0	8 5	20
7 15	7 18	7 21	7 24	7 28	7 31	7 35	7 38	7 43	7 47	7 52	7 57	8 3	8 9	19
7 17	7 20	7 23	7 26	7 30	7 33	7 37	7 41	7 45	7 50	7 55	8 0	8 6	8 12	18
7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 43	7 47	7 52	7 57	8 3	8 9	8 15	17
7 20	7 23	7 27	7 30	7 33	7 37	7 41	7 46	7 50	7 55	8 0	8 5	8 11	8 18	16
7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 43	7 48	7 52	7 57	8 2	8 8	8 14	8 21	15
7 24	7 27	7 30	7 34	7 37	7 41	7 45	7 50	7 54	7 59	8 5	8 11	8 17	8 24	14
7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 43	7 47	7 52	7 57	8 2	8 7	8 14	8 20	8 27	13
7 27	7 30	7 34	7 37	7 41	7 45	7 49	7 54	7 59	8 4	8 10	8 17	8 23	8 30	12
7 28	7 32	7 35	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56	8 1	8 6	8 12	8 20	8 26	8 33	11
7 30	7 33	7 37	7 40	7 45	7 49	7 54	7 58	8 4	8 9	8 15	8 22	8 29	8 36	10
7 31	7 35	7 39	7 42	7 47	7 51	7 56	8 0	8 6	8 11	8 17	8 25	8 32	8 39	9
7 33	7 36	7 40	7 44	7 49	7 53	7 58	8 2	8 8	8 13	8 20	8 27	8 35	8 42	8
7 34	7 38	7 42	7 46	7 50	7 54	7 59	8 5	8 10	8 16	8 22	8 30	8 37	8 45	7
7 36	7 39	7 43	7 48	7 52	7 56	8 1	8 7	8 12	8 18	8 25	8 32	8 40	8 48	6
7 37	7 41	7 45	7 49	7 54	7 58	8 3	8 9	8 14	8 20	8 27	8 35	8 43	8 51	5
7 39	7 42	7 47	7 51	7 55	8 0	8 5	8 10	8 16	8 23	8 30	8 37	8 45	8 54	4
7 40	7 44	7 48	7 52	7 57	8 2	8 7	8 12	8 18	8 25	8 32	8 40	8 48	8 57	3
7 41	7 45	7 50	7 54	7 59	8 4	8 9	8 14	8 20	8 27	8 34	8 42	8 51	9 0	2
7 43	7 47	7 51	7 55	8 0	8 5	8 10	8 16	8 22	8 29	8 36	8 45	8 53	9 2	1
7 44	7 48	7 52	7 57	8 2	8 7	8 12	8 18	8 24	8 31	8 38	8 47	8 56	9 5	0

Aquarius.
Seminocturna.

Semidiurna.
Gemini.

po G	35 H.m.	36 H.m.	37 H.m.	38 H.m.	39 H.m.	40 H.m.	41 H.m.	42 H.m.	43 H.m.	44 H.m.	45 H.m.	46 H.m.	47 H.m.	48 H.m.
0	7 0	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 26	7 30	7 33	7 36
1	7 1	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 16	7 18	7 21	7 24	7 27	7 31	7 34	7 37
2	7 1	7 3	7 6	7 8	7 11	7 13	7 17	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39
3	7 2	7 4	7 7	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 33	7 36	7 40
4	7 3	7 5	7 8	7 10	7 13	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 30	7 34	7 37	7 41
5	7 3	7 5	7 9	7 10	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 31	7 35	7 38	7 42
6	7 4	7 6	7 9	7 11	7 14	7 17	7 19	7 23	7 26	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43
7	7 5	7 7	7 9	7 12	7 15	7 18	7 20	7 24	7 27	7 30	7 33	7 37	7 40	7 44
8	7 5	7 7	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 30	7 34	7 37	7 41	7 45
9	7 6	7 8	7 10	7 13	7 16	7 19	7 21	7 25	7 28	7 31	7 35	7 38	7 42	7 46
10	7 6	7 8	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 26	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47
11	7 7	7 9	7 11	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47
12	7 7	7 9	7 12	7 15	7 17	7 20	7 23	7 27	7 30	7 33	7 37	7 40	7 44	7 48
13	7 8	7 10	7 12	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 31	7 34	7 38	7 41	7 45	7 49
14	7 8	7 10	7 13	7 16	7 18	7 21	7 25	7 28	7 31	7 34	7 38	7 41	7 45	7 49
15	7 9	7 11	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 42	7 46	7 50
16	7 9	7 12	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47	7 51
17	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 29	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47	7 51
18	7 9	7 12	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 30	7 33	7 37	7 40	7 44	7 48	7 52
19	7 9	7 13	7 14	7 17	7 20	7 23	7 26	7 30	7 33	7 37	7 41	7 44	7 48	7 53
20	7 10	7 13	7 15	7 18	7 20	7 24	7 27	7 30	7 33	7 37	7 41	7 44	7 48	7 53
21	7 10	7 13	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 31	7 34	7 38	7 42	7 45	7 49	7 54
22	7 10	7 13	7 15	7 18	7 21	7 24	7 27	7 31	7 34	7 38	7 42	7 45	7 49	7 54
23	7 10	7 13	7 16	7 19	7 21	7 25	7 28	7 31	7 34	7 38	7 42	7 46	7 49	7 54
24	7 10	7 13	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 42	7 46	7 50	7 55
25	7 10	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 28	7 32	7 35	7 39	7 42	7 46	7 50	7 55
26	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 35	7 39	7 42	7 46	7 50	7 55
27	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 35	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56
28	7 11	7 14	7 16	7 19	7 22	7 25	7 29	7 32	7 35	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56
29	7 11	7 14	7 17	7 19	7 22	7 26	7 30	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56
30	7 11	7 14	7 17	7 19	7 22	7 26	7 30	7 32	7 36	7 39	7 43	7 47	7 51	7 56

Cancer.
Semidiurna.

Seminocturn
Sagittarius

49 H.m.	50 H.m.	51 H.m.	52 H.m.	53 H.m.	54 H.m.	55 H.m.	56 H.m.	57 H.m.	58 H.m.	59 H.m.	60 H.m.	61 H.m.	62 H.m.	63 H.m.	lu G
7 40	7 44	7 48	7 52	7 57	8 2	8 7	8 12	8 18	8 24	8 31	8 38	8 47	8 56	9 5	30
7 41	7 45	7 49	7 54	7 58	8 3	8 9	8 14	8 20	8 26	8 33	8 40	8 49	8 58	9 8	29
7 43	7 47	7 51	7 55	8 0	8 5	8 10	8 15	8 21	8 28	8 35	8 42	8 52	9 1	9 10	28
7 44	7 48	7 52	7 56	8 1	8 6	8 12	8 17	8 23	8 30	8 37	8 44	7 54	9 3	9 13	27
7 45	7 49	7 53	7 58	8 2	8 7	8 13	8 19	8 25	8 32	8 39	8 46	8 56	9 5	9 16	26
7 46	7 50	7 55	7 59	8 4	8 9	8 15	8 20	8 26	8 33	8 41	8 48	8 58	9 8	9 18	25
7 47	7 51	7 56	8 0	8 5	8 10	8 16	8 22	8 28	8 35	8 43	8 50	9 0	9 10	9 21	24
7 48	7 52	7 57	8 1	8 6	8 11	8 17	8 23	8 30	8 37	8 44	8 52	9 2	9 12	9 23	23
7 49	7 53	7 58	8 3	8 8	8 13	8 19	8 25	8 31	8 38	8 46	8 54	9 4	9 14	9 26	22
7 50	7 54	7 59	8 4	8 9	8 14	8 20	8 26	8 33	8 40	8 47	8 56	9 6	9 16	9 28	21
7 51	7 55	8 0	8 5	8 10	8 15	8 21	8 27	8 34	8 41	8 49	8 58	9 8	9 18	9 30	20
7 52	7 56	8 1	8 6	8 11	8 16	8 22	8 29	8 36	8 43	8 50	8 59	9 9	9 20	9 32	19
7 53	7 57	8 2	8 7	8 12	8 17	8 23	8 30	8 37	8 44	8 52	9 1	9 11	9 22	9 34	18
7 54	7 58	8 3	8 7	8 13	8 18	8 24	8 31	8 38	8 45	8 53	9 2	9 13	9 24	9 36	17
7 54	7 58	8 3	8 8	8 14	8 19	8 25	8 32	8 39	8 47	8 55	9 4	9 14	9 25	9 38	16
7 55	7 59	8 4	8 9	8 15	8 20	8 26	8 33	8 40	8 48	8 56	9 5	9 16	9 27	9 40	15
7 56	8 0	8 5	8 10	8 16	8 21	8 27	8 34	8 41	8 49	8 57	9 6	9 17	9 29	9 42	14
7 56	8 0	8 5	8 11	8 17	8 22	8 28	8 35	8 42	8 50	8 58	9 8	9 19	9 30	9 43	13
7 57	8 1	8 6	8 11	8 17	8 23	8 29	8 36	8 43	8 51	8 59	9 9	9 20	9 32	9 45	12
7 57	8 2	8 7	8 12	8 18	8 24	8 30	8 37	8 44	8 52	9 0	9 10	9 21	9 33	9 46	11
7 58	8 2	8 7	8 13	8 19	8 25	8 30	8 37	8 44	8 52	9 1	9 11	9 22	9 34	9 48	10
7 58	8 3	8 8	8 13	8 19	8 25	8 31	8 38	8 45	8 53	9 2	9 12	9 23	9 35	9 49	9
7 58	8 3	8 8	8 13	8 19	8 25	8 31	8 38	8 46	8 54	9 3	9 13	9 24	9 36	9 50	8
7 59	8 4	8 8	8 14	8 20	8 26	8 32	8 39	8 46	8 54	9 3	9 14	9 25	9 37	9 52	7
7 59	8 4	8 9	8 14	8 20	8 26	8 32	8 39	8 47	8 55	9 4	9 14	9 26	9 38	9 53	6
7 59	8 4	8 9	8 14	8 20	8 26	8 32	8 39	8 47	8 55	9 4	9 14	9 26	9 38	9 53	5
8 0	8 4	8 9	8 15	8 21	8 27	8 33	8 40	8 48	8 56	9 5	9 15	9 27	9 39	9 54	4
8 0	8 4	8 10	8 15	8 21	8 27	8 33	8 40	8 48	8 56	9 5	9 15	9 27	9 39	9 54	3
8 0	8 4	8 10	8 15	8 21	8 27	8 33	8 40	8 48	8 56	9 5	9 15	9 27	9 39	9 54	2
8 0	8 5	8 10	8 15	8 22	8 27	8 34	8 41	8 48	8 56	9 6	9 16	9 28	9 40	9 55	1
8 0	8 5	8 10	8 15	8 22	8 27	8 34	8 41	8 48	8 56	9 6	9 16	9 28	9 40	9 55	0

Capricornus
Seminocturn

DIFFERENTIA TERTIA
IN HIS QVAE ACCIDVNT PLANETIS SEPTEM IN SEMETIPSIS, ET quid accidat eis ab inuicem.

ET quia iam annuente Deo iam peregimus esse planetarum in semetipsis, & quid significent: prosequamur narrando quid eis accidat in semetipsis & ab inuicem, id est, à quibusdam erga quosdam.

Errantium stellarum vim & potestatem in qualitate, loco, situ, & denique cùm mutua, tum ad suos orbes cōparatione potissimùm spectari, suprà diximus. Priores tres modos in superioribus differentijs coniunxit: Itaque iam in differentia tertia quartum qui restabat aggreditur modum, in quo meantium siderum φανόμενα, quæ ipsis vel propter diuersitatem orbium in quibus feruntur, vel ex respectu mutuo contingunt, examinanda atque exploranda sunt. Tales autem affectiones omnes, passiones planetarum vulgo vocant, sed eas passiones quæ planetas in suis orbibus absque vllo respectu ad alios comitantur, accidentia planetarum in semetipsis nominat: qualia sunt planetarum stationes, directiones, declinationes, latitudines, ascensiones, descensiones cùm in deferentibus, tum in Epicyclis. Apparentias verò, quæ non nisi ex collatione planetarum mutua intelliguntur, nominat accidentia planetarum ad se inuicem, quæ rursus sunt duplicia. Primò enim planetas ad ipsa luminaria confert, atq; docet quid sit planetę ortus, quid occasus, quid combustio, quid persona, quam Almugeam nominant. &c. Deinde combinationum quæ ex respectu planetarum mutuo exoriuntur, cùm multa millia numerari possent, autor præcipuas tantùm & quæ propter euidentiam effectuum obseruantur, recenset: vt sunt coniunctio, applicatio, defluxus seu separatio, prohibitio à ☌ vel aspectu obsessio, solutio, κενοδρομία, peregrinatio, feralitas, receptio & pulsatio, translatio luminis, contrarietas seu perturbatio, abscisio, collectio, delatio luminis, refrenatio, sublimitas & veneratio, dilectio & odium.

Signi-

1 *Significatio planetarum in semetipsis est, vt sit planeta ascendens in circulo augis suæ, minor lumine & magnitudine atque cursu, id est, cùm fuerit inter ipsum & suam augem minus XC. gradibus antè vel retrò: si autem fuerint inter ipsum & augem XC. gradus æquales, erit æqualis in lumine & magnitudine atque cursu: si verò fuerit extra hæc duo loca, id est, plus XC. erit descendens de circulo augis, & apparebit maior lumine & magnitudine, ac cursu velocior.*

2 *Et si fuerit portio eius æquata minus CLXXX. gradus, erit augens numerum: & si fuerit plus, erit minuens numerum: & si fuerit portio eius æquata ex CLXXX. grad. vel CCCLX. erit nec augens nec minuens: & si addatur æquatio æquata super medium cursum, dicitur augens cursum vel numerum: & si minuitur eius æquatio, dicitur minuens numerum.*

3 *Et quando aliquis planetarum altiorum trium vadit plus medio cursu suo, dicitur augere cursum: & si minus vadit, dicitur minuere cursum: & si vadit tantùm, dicitur cursu æqualis: & quando aliquis planetarum inferiorum vadit plus medio cursu Solis, erit augens cursum: quando vadit minus, dicitur minuens cursum: & quando vadit tantùm, erit cursu æqualis. Luminarium autem esse in cursu, est sicut esse trium altiorum planetarum.*

4 *Fit quoque planeta septentrionalis cùm transierit Genzahar suum, id est, cùm transierit per viam Solis iens à meridie in septentrionem: ille transitus, id est, illa*

abscisio

abſciſio circulorum, dicitur Genzahar. Cùm ergo planeta tranſierit ipſam abſciſionem, & fuerit inter planetam & ipſam abſciſionem minus XC. grad. erit planeta ſeptentrionalis aſcendens: & cùm fuerit à XC. vſque ad CLXXX. erit ſeptentrionalis deſcendens: & cùm tranſierint hunc numerum, id eſt, cùm habuerit plus iens ad CCLXX. erit meridianus deſcendens: & cùm tranſierint hunc numerum iens ad CCCLX. erit meridianus aſcendens. Hoc eſt eſſe planetarum in ſemetipſis.

Significatio planetarũ, &c.

1 De primo genere paſsionum, quibus planetæ ratione ſuorum orbium afficiuntur. Primò autem & ante omnia præcipit de aſcenſione & deſcenſione planetæ, tam in deferente quàm in epicyclo inuenienda. Hîc voces aliquot, quæ ad negotium hoc conducunt, exprimendæ ſunt. Circulus idem cum mundo centrum habens, ὁμόκεντρος ſeu concentricus dicitur, qualem in delineatione appoſita repreſentat ex centro α deſcripta, literiſque γ δ η θ deſignata extremitas. Deferens ſeu eccentrus ſeu abſis ἐκκέντρος eſt, cuius centrum eſt aliud à centro mundi, ipſum tamen ambiens, in quo Sol vel epicyclus planetæ alterius circumducitur. Hunc tibi inſinuat interior peripheria ſuper centro β deſcripta, literiſque ε ζ η θ deſignata. Sed Epicyclus eſt orbis ſeu circulus breuis deferenti affixus, in quo corpus planetæ gyratur, cuius imaginem refert paruus circulus, μ λ literis deſignatus, atque ſuper centro ι deſcriptus. In horum vtroque duo inſignia puncta notanda ſunt, quorum vnum abſis ſumma, alterum abſis ima dicitur. Summa abſis eſt punctum deferentis vel epicycli, ab intimo puncto vniuerſitatis remotiſsimũ. Ptole. ἀπόγειον, vulgò barbara voce augem, Põtanus apicẽ, culmẽ & ſummũ circuli vocãt. Ima abſis eſt punctũ deferẽtis vel epicycli demiſsius, terręq; proximũ, à Ptolemęo περίγειον, vulgò oppoſitũ augis nominatũ. In delineatiõe noſtra apogeũ eccẽtri inſinuatur per literã ε, in epicyclo per literã λ: Perigeũ repreſentat in eccentro quidem litera ι, in epicyclo verò litera μ. His ita ſe habentibus perſpicuum eſt, Solem aliorumque planetarum epicyclos in de-

in deferentibus ſuis tantiſper deſcendere ad terram, donec à perigeo eccentri hemicyclum ſeu partes 180. emetiantur, atq; deuehantur ad imam abſidem, atque econtrariò hinc ſcandentes, ratione ſuorum deferentium euehi, tamque diu à centro mũdi ſubleuari, donec vno circuitu completo ad ſummam abſidem delati, rurſus ad eaſdem vices exeant. Penitus eodem modo aſcenſus & deſcenſus ſtellarum in epicyclo imaginãdus eſt. Nam ab apogeis epicyclorum ad eorundem perigea delabentes, dicuntur deſcendere: aſcendere verò, cùm perigeis ſuperatis apogea ſubeunt. Cæterùm autor hoc loco intelligit planetas aſcendere, dum in ſuperiore parte deferentis commorantur, hoc eſt, cùm ab vtrauis parte ſummæ eccentri abſidis antrorſum vel retrorſum non diſtiterint plus partibus 90. tum enim propter remotionem eorum à centro mundi maiorem, ſentiuntur lumine, magnitudine & curſu minores. Econtrariò cùm per inferiores medietates deferentium diſcurrunt, curſum accelerant & corpore lumineque maiores videntur, ſiquidem res omnes maiores appparent, quando ex minore, quàm quando ex maiore interuallo ſenſu percipiuntur.



Quòd verò planetæ re vera reuoluant in eccẽtris atq; cõparatiõe ad signiferũ, in sublimiore medietate ferant tardiùs q̃ in medietate demissiore, exẽplo Solis, quod facilè intelligat, declarabimꝰ. Nemo est qui ignoret, signiferũ ab ęquinoctiali in duo hemicyclia æqualia dirimi, ita vt vnũ in boreã, alterũ in austrũ inclinet. Iã verò rursus omnibꝰ cõstat, plures esse dies ab ęqnoctio verno, ad æquinoctiũ autũnale, q̃ ab hoc in illud. Nã Sol per hemicycliũ boreũ, quod sex æstiualia signa cõtinet, ambulãs, dies $186\frac{1}{3}$ ferè cõsumit: alterũ verò hemicycliũ australe, quod sex signa hyberna posidet, peragrãs, dies $178\frac{11}{12}$ ferè saltem explet. Quũ itaq; Sol spacio dierũ $7\frac{1}{2}$ ferè citiùs medietatẽ australẽ pluſtret q̃ borealẽ: liquet eũ hîc lẽtiùs, illic verò ocyùs progredi.

Si enim

Si enim vbiq; ęquabiliter incederet, nõ inęqualib⁹, ſed ęqualib⁹ tẽporib⁹ ęquales ſigniferi medietates trãſiret. Cui⁹ diuerſitatis nulla alia cauſa eſt, niſi quòd Sol in orbe eccẽtro, cui⁹ centrũ à cẽtro mũdi, vt dixi, diuerſum eſt, reuoluitur. Nã ſi orbis Solẽ deferens mundo eſſet concentricus, tunc ab æquinoctiali in duo æqualia ſecaretur hemicyclia, atque ob id Solis conſtanti ęquabiliq́ue & regulari motu æqualibus temporibus emetienda. Id autem cùm non fiat, neceſſum habemus credere, Solem proprio motu deferri in eccentro ſupra mundi centrum ſublato, atque ob id efficiente, vt ipſe quamuis per proprios orbes æquabiliter promoueatur, nobis tamen in centro vniuerſitatis hęrentibus diſsimiles & inæquales in ſigniferò progreſſus facere, lentiuſq́ue τὰ ἀπόγεια, & ocyùs τὰ περίγεια tranſire appareat. Quæ omnia ſatis craſſè ob oculos ponuntur in grammatica noſtra figura, in qua duæ lineæ in centro mundi per literam α deſignato ſeſe κατὰ κορυφὴν ſecantes faciunt angulos æquales, & idcirco in figuræ extrema peripheria ſigniferum repræſentante æquales arcus, literis γ δ & κ ϑ deſignatos ſuſcipiunt. Arcus verò interioris deferentis ijſdem angulis reſpondentes eſſe inæquales diſsimilesq́ue ſatis apparet. Ac maior quidem eſt is, qui circa ἀπόγειον literis ε ζ deſignatus eſt, quòd lineis longiùs à centro terræ procurrentibus intercipiatur: minor verò, qui circa περίγειον literis ι κ notatus lineis minùs procul à centro protenſis concluditur. Porro cùm Sol ſuo æquabili motu quotidie æqualia ſpacia ſuæ abſidis emetiatur, ſequitur maiorem abſidis arcum iuxta apogeum literis ε ζ deſignatum plura continere diurna curricula, quàm arcus iuxta perigeum literis ι κ deſignatus. His autem abſidis arcubus ęqualibus & inæqualibus temporibus regularem motum ſuſtinentibus, reſpondent æquales ſigniferi arcus, literis γ δ & κ ϑ deſignati. Quapropter Sol tranſiens arcum ſigniferi circa ſummam abſidem literis γ δ deſignatum, plures dies abſumet, & curſu tardior factus lentiùs incedere videbitur, quàm tum, cùm per oppoſitum & æqualem arcum ſigniferi circa demiſſam abſidem literis κ ϑ deſignatum iter faciet. Idem iudicandum eſt de ſtellis errantibus reliquis, quòd videlicet centra ipſorum epicyclorum in eccentris æquabiliter circumuecta, ſuper centro terrę inæqualiter ferantur, atque

per 15. primi elementorum.

tur,atque temporibus æqualibus arcus ſigniferi inæquales trã-ſeuntes, circa ſummas abſidas tardiùs moueri, circa imas verò curſum accelerare videantur. Quod ad motum ſtellarum in epicyclis attinet,ſufficit hic obſeruare,eas in ſuperiore paruorum circulorum medietate per ſigna conſequentia progredi: & in inferiore eorundem medietate,ad ſigna antecedentia retrocedere.Lunę tamen in epicyclo motus non hanc,ſed contrariam viam ſequitur:ſiquidem per demiſsiores partes epicycli diſcurrens,per ſigna conſequentia curſum mirum in modum accelerat: ſummas verò partes tenens,etiamſi ſigna antecedentia petat, nunquam tamen propter centri epicycli motum εἰς τὰ ἐπόμενα ocyorem retrocedens,ſed ſaltem curſu tarda efficitur. Hæc eſt rudis Theoria ſcanſionum deſcenſionumque,progreſſuum & retroceſſuum,quę quemadmodum ad calculum tabularum ſeu potius Ephemeridum applicanda ſit,breuiter ſtrictimq; attingere debemus. Arcus ſigniferi à ſumma eccentri abſide ad centrum epicycli ſecundum ordinem ſignorum computatus,in Theorijs planetarum & tabulis motuum, Anomalia eccentri ęquata,& vulgò centrum planetæ verum dicitur. Id centrum quod elongationem centri epicycli à ſumma eccentri abſide indicare dicimus, quomodo ex tabulis ſupputandum ſit,ſuprà copioſe indicatum eſt,nimirum per apogei à motu lõgitudinis ablationem atque eccentri proſtaphęreſin. Quòd ſi idem ex conſtitutis motibus vulgatarum Ephemeridum ſupputare velis,ſic procede: Excerpe ex ephemeride verum motum planetæ, & ab eo apogeon,ſeu vt vocant,augem planetæ in ſecunda ſignificatione, id eſt, arcum ab interſectione verna ad ſummam eccentri abſidem ſupputatum,atque hic à nobis pro ſingulis planetis πινακικῶς adſcriptum,ſubtrahe,accommodata integra reuolutione ſeu duodecim ſignis, vt Aſtronomicus calculus exigit,quotieſcunque ſubtractio fieri nequiuerit:quo facto,remanebit Anomalia eccentri æquata,ſeu vt vocant,centrum verum,hoc eſt,centri epicycli,ſeu potius ipſius planetæ à ſumma ſui eccentri abſide diſtantia, ſecurè enim hoc loco differentiam inter motum verum centri epicycli & corporis planetæ negligendum putaui. Porro vt iam ad propoſitum reuertamur,ſi Anomalia illa eccentri vera partibus 180.ſeu ſex ſignis

minor

minor fuerit, planetam à ſumma eccentri abſide ad imam deſcendentem: ſi maior, ab ima abſide ad ſummam ſcandentem indicabit. Denique numerus partium 90. & 270. vtramque longitudinem mediam, ille primam, hic ſecundam oſtendet.

APOGEA PLANETARUM.

Planetæ	Signa	Part.
♄	8	28
♃	6	6
♂	4	$27\frac{1}{3}$
☉	3	6
♀	2	$15\frac{2}{3}$
☿	7	$28\frac{1}{2}$

Apogeorum quoque epochæ, hoc eſt, longitudines ſigniferi ab interſectione verna deriuatæ, atq; ad ſummas ſtellarum abſides procurrentes, quas hic adiecimus, etſi ad tempus noſtri exempli, hoc eſt, ad annum Chriſti Dei 1527. conſtitutæ ſint, tamen vel antecedenti vel conſequenti ſeculo in hac platica ſupputatione propter apogeorum lentiſsimam progreſsionem non perperàm accommodari poterunt. Perigea autem ex diametro locis apogeorum opponuntur, quod tenere plurimum proficit ad cognoſcenda loca, in quibus ratione ſuorum eccentrorum longiſsimè à terra recedunt, aut ad eandem proximè accedunt. Exempli gratia, Saturni à terra noſtro tempore diſtantia longiſsima eſt in p. 28. Sagittarij, breuiſsima verò in p. 28. Geminorum. Ad eundem modum de ♃ ♂ ☉ ♀ & Mercurij diſtantia vel propinquitate iudicandum eſt. Nam Lunæ abſides inſtabiliores ſunt, & ſemper diebus triginta ſigniferũ perluſtrant. Apogeon ſeu ſumma eius abſis menſis periodici principio vnà cum Luna ſub Sole eſt: die ſeptima, in partibus Lunæ oppoſitis: die decima quarta, vnà cum Luna partibus Solis ex diametro opponitur: die 22. denuò Lunæ opponitur: atque denique diebus octonis ferè pòſt: iterum vnà cum Luna Soli coniũgitur. Quòd ad aſcenſum deſcenſumque planetarũ in epicyclis explorandum attinet, de eo facilè iudicare eſt ijs, qui calculum loca longitudinis ſtellarum ſuppeditantem, de quo ſuprà egimus, intelligunt. Nam Anomalia orbis æquata, quam ęquatũ planetę argumentum nominant, ſi fuerit partibus 180. minor, planetæ à culmine epicycli ad perigeum eiuſdem deſcenſum indicat: ſi maior, eiuſdem à parte epicycli demiſsiore ad ſummũ faſtigium ſcanſionem declarat. Exempli gratia, in noſtro exem

plo Anomaliam coęquatam suprà deprehendimus, Saturni quidem p.45. 33 1ª, Veneris p.42. 50 1ª, & Mercurii p.65. 54 1ª: qui numeri trium harũ stellarum à culminibus epicyclorũ descensionem indicant. Econtrà verò Iuppiter & Mars, cùm illius anomalia æquata sit p.337. 13 1ª, huius verò p.183. 9 1ª, relictis epicyclorum perigeis ad apogea eorundem conscendunt. Quòd si huius rei alium ac faciliorem characterem petis, eum tibi harmonia stellarũ, quam ad Solem obseruant, facilè suppeditabit. Etenim tres superiores in synodo Solis, & quod idem est, circa medias directiones summas epicyclorum absides occupant: Econtrariò circa medium tempus repedationis, Soliq; ex diametro oppositi imam absida eiusdem epicycli tenent. Post coniunctionem verò Sole ab ipsis recedente, ipsi quoque de culmine epicycli descendere incipiunt, atq; deinceps descendentes eam proportionem obseruant, vt tot partes semper distent ab abside epicycli summa, quanta est à planeta ad Solem distantia. Quapropter à planeta ad Solem secundum signorum successionem distantia, quam ex ephemeride desumere potes, de elongatione planetę à culmine parui circuli te satis certò admonere poterit. Cæterùm alia est duorum inferiorum siderum ratio. Quippe Saturni, Iouis ac Martis stellæ, & trium, & quatuor, & sex signorum spacio à Sole abesse possunt, Veneris ac Mercurij vix duorum. Superiores à matutina statione retroire incipiunt, inferiores, vespertina. Sed characterem, ex quo inferiorum in epicyclo ascensus descensusque faciliùs, quàm ex alijs notis cognoscitur, hunc esse puto, quòd in exortu matutino scandere: vespertino, imum epicycli petere soleant. Iidem Soli coniuncti, post exortum matutinum culminant: post vespertinum verò ad vnguem imam absida epicycli possident.

Ad extremum id scitu dignum esse putaui, quando planetæ terræ sint proximi, aut ab eadem longissimè distent tam deferentis, quàm ratione epicycli. Quando igitur Saturnus coniungitur Soli, circa finem Sagittarij: Iuppiter, circa partem sextam Libræ: Mars, circa finem Leonis, vtraque ex causa longissimè à terra abscedit: Econtrariò Saturnus postremas partes Geminorum: Iuppiter partem sextam Arietis: Mars postremas partes Aquarij percurrens, si Soli opponatur

tur, itidem vtraque ex causa terræ fiet proximus. Nam Saturnus, vt de vno tantùm exempli gratia dicamus, primò ratione eccentri longissimè recedit à terra in Sagittario, deinde Soli coniunctus summitatem sui parui circuli occupat. Quapropter in huiusmodi statu à terra ipsum longissimè recedere est perspicuum. Pari ratione de maximo à terra abscessu vel accessu inferiorum iudicabis, siquidem loca absidum in eccentris, & tempora quibus per summas & imas partes epicyclorum feruntur, non latent.

2 Sententia est: Si Anomalia orbis æquata, seu argumentum eius æquatum, vt vocant, de quo paulò antè dicebamus, fuerit minus partibus 180. tunc planeta dicitur προσθετικὸς τοῦ ἀριθμῷ, hoc est, auctus numero, quoniam tunc prostaphæresis, id est, æquatio argumenti medio motui planetæ, id est, vero motui centri epicycli additur, vt verus eius motus prodeat. Eadem orbis Anomalia æquata si habeat plus part. 180. ἀφαιρετικὸς τοῦ ἀριθμῷ, hoc est, diminutus numero vocatur, propterea quòd Prostaphæresis tunc à vero motu epicycli subtrahitur, vt superatio verum locum planetæ nobis notum faciat. Exempli gratia, supra in ψηφοφορίᾳ Saturni anomalia orbis æquata deprehensa est p. 45. 33 1ª, 22 2ª, semicirculo nimirum longè minor, idcircò Saturno τοῦ ἀριθμῷ προσθετικῷ existente, prostaphæresin eius æquatam, quæ est part. 4. 13 1ª, 55 2ª, motui epicycli vero, qui est part. 355. 61ª, 5 2ª, addidimus, vt verum locum Saturni à capite Arietis stellati produceremus, nempe part. 359. 20 1ª. Cui numero præcessionem æquinoctiorum veram adjicientes, verum Saturni locum ab apparenti æquinoctio produximus p. 26. 42 1ª, 20 2ª. Eodem modo si ψηφοφορίαν Veneris & Mercurij aspicias, auctos numero eos esse deprehendes. In Martis verò & Iouis calculo, cùm Anomalia æquata part. 180. excedat, vtrumque horum planetarum diminutum esse numero pronunciare poteris. Quòd si Anomalia æquata ad vnguem fuerit partium 180. vel 360. tunc quoniam lineæ veri motus planetæ & veri motus centri epicycli vniuntur, neq; auctus neque diminutus, sed æqualis numero dicitur. Id fusiùs & clariùs in Theorijs planetarum describitur.

Et si portio eius, &c.

3 De

Et quando aliquis &c.

3 De velocitate & tarditate motus planetarum, quibus addi debét progreſsiones, ſeu vt vocant directiones, repedationes & ſtationes, & ſi quę ſunt aliæ quinque errantium ſtellarum affectiones, quæ illis ratione ſuorum eccentrorum & epicyclorum contingunt, velox motu planeta dicitur, cùm in ſignorum conſequentiam motus eius verus maior motu medio fuerit. Sed tardus motu dicitur dum retrograditur, aut ſaltem tardiùs quàm ſit motus eius medius pergit. De his ſtellarum affectionibus facilimè iudicabis, ſi ex Ephemeride motum planetæ diurnum elicies, eundemque cum medio eius motu hic πινακικῶς deſcripto conferas, id quod in examinandis viribus ſtellarum ſedulò faciendum eſt. Nam ſtellæ cùm matutino exortu fulſerint, habuerintque motùm verum medio motu maiorem, robuſtiſsimæ à Ptolemęo iudicantur: vbi illud ſimul obſeruare decet, quòd in tribus ſuperioribus non tantum faciat velocitas motus, ſicut in tribus inferioribus. In Venere igitur velocitas motus conſideranda eſt, & multum facit, magis in Mercurio, maximè in Luna. Porro progrediēs ſeu directus, vt vocant, planeta eſt, dum per arcum epicycli ſuperiorem inter puncta ſtationum interceptum diſcurrit, dumque motus eius in Ephemeride ſcriptus augetur, vnde & nomen accepit, vt taliter affectus, atque relictis partibus antecedētibus ſequentes inuadēs, ἐπιβολικὸς dicatur. Manifeſta eſt autem inter curſus velocitatem & directionem differentia. Nam omnis planeta curſu velox ſimul directus eſt, non autem omnis qui directus eſt, neceſſario curſu velox exiſtit: ſiquidem circa principia directionum motus medius motū verum velocitate ſuperare conſueuit. Retrocedēs ſeu retrograd⁹ fit planeta, dū per inferiorē abſida parui circuli ambulat, motuſq; eius in Ephemeride ſcriptus minuitur, & rurſus nomē inuenit, vt ad hunc modū relictis locis ſigniferi ſequentibus ad præcedentia ſigna reuertens, προηγητικὸς dicatur.

MEDII PLANETARVM motus diurni.

	P.	ſc.1ª.	2ª.
♄	0	2	0
♃	0	4	59
♂	0	31	27
☉	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☽	12	11	27

dicatur. Stationalis σκιάζων fit, cùm in puncta stationum incidens veluti in cœlo firmatus stare, cursumq; inhibere videtur. Id agnosces, quotiescunque nullam in partibus & scrupulis varietatem in Ephemeridibus animaduerteris. Ad hæc syllabæ quoque D I & R E quinque planetarum columnulis Ephemeridum insertę, principia directionum & retrocessuum indicant. Sed & duæ stationes, prima videlicet & secunda, obseruantur. Prima statio πρῶτος σκιαγμός, est epicycli punctum, à quo planeta descendens incipit retrocedere. Secunda statio δεύτερος σκιαγμός, est epicycli punctum alterum, in quod planeta ex retrocessu incidens incipit derigi. Has planetarum affectiones omnes, de quibus modò diximus, admodum quoque facilè supputare poterimus, si per Anomaliam eccentri coæquatam canonem stationum planetarum ingredientes, conuenienter excerpamus tam primæ quàm secundæ stationis numeros, eosdemque mox ad coæquatam commutationis Anomaliam conferamus. Nam si numerum commutationis Anomaliæ æquatæ æqualem deprehenderimus stationis numero primo, planetam quoque in puncto stationis primę, vnde per repedationem ad perigeum epicycli descendit, commorari pronunciabimus. Si verò idem παλλάξεως numerus stationis secundæ numero æqualis fuerit, planetam similiter stationalem in altero epicycli puncto, à quo per directionem ad summum fastigium eius scandit, hærere dicemus. Deniq; si Anomalia commutationis, vtriusque stationis numero inæqualis fuerit, planetã aut ὑπολειπτικὸν, aut προηγητικὸν indicabit: ac ὑπολειπτικὸν quidem, cùm numerus anomaliæ commutationis fuerit minor numero stationis primæ, vel maior numero stationis secundæ: προηγητικὸν verò, cùm eadem anomalia numero stationis primæ maior, & numero stationis secundæ minor fuerit. Ad tempus nostri exempli in ψηφοφορία ♄, cernitur Anomalia commutationis coæquata p. 45. 33 1*: Anomalia verò eccentri coæquata par. 114. 32 1*, cui in canone stationum sub titulo ♄, respondet numerus stationis primæ par. 114. 30 1*, & stationis secundæ p. 245. 30 1*: quorum numerorum cùm numerus Anomalię commutationis neutri consentiat, multoque minor numero stationis primæ existat, idcirco Saturnum hoc tempore extra stationum me

tas versantem, atque ἐκλειπτικὸν esse declarat. Ad eundem modum Veneris & Mercurij sidera in signa consequentia ire inuenta sunt. Sed Mars contraria de causa deprehenditur esse προηγητικὸς. Nam ipsius Anomaliæ eccentri coæquatæ, quæ est par. 97.32 1ª, respondet in tabula stationum numeri primæ quidem stationis par. 16.325 ª, secundæ vero par. 196.351ª à quorum vtroque anomaliæ cõmutationis coæquatę par. 183.10 1ª, numerus discrepans, ac numerum quidem stationis primę superans, ab altero verò superatus, Martis προήγησιν seu retrocessionem indicat.

Fit quoq; planetarũ &c.

4 Sequitur secundum genus passionum, quo stellarum affectiones, quas ab habitudine ad æquinoctialem & eclipticam Solis capiunt, comprehenduntur. Est enim stellarum declinatio nihil aliud, quàm earundem ab æquinoctiali circulo versus septentriones austrumúe distantia. Et latitudo nihil aliud est quàm à medio signifero discessus: qui similiter duplex est, austrinus videlicet & Arctous. Declinatio supputatur per lineam per polos mundi & verum locum stellę ductam. Latitudo verò per lineam per cardines signiferi & verum locum stellæ actam. Perspicuum est autem, Solem quamuis declinationem habeat, nullam tamen vnquàm acquirere latitudinem, eò quòd planum deferentis eius in plano eclipticę semper permaneat. Reliquorum planetarum, quorum absides seu deferentes planum eclipticę in centro mundi secant, atque ab eadem deflectentes certis metis abscedunt, latitudo manifesta est, sed absidum deuiationibus & epicyclorũ inclinationibus deflexionibusq; ita inuoluta, vt breuiter absque obscuritate tradi vix queat. Est tamen trium superiorum hæc lex, vt sicut Lunæ, ita ipsorum absides singulę ad certum interuallum recedant ab Ecliptica, atq; ab eadem in centro vniuersitatis ita secentur, vt illa absidum hemicyclia, quæ apogea sustinent, in partem mundi Arctoam, reliqua verò quæ perigea continent, in austrum ad certam minimeque variabilem, in Saturno quidem partium duarum cum semisse ferè: in Ioue partis propemodum sesquialterę, in Marte denique partis vnius distantiam remoueantur. Verùm enimuerò nodi Lunæ ab harum absidum cum ecliptica commissuris in hoc differunt, quòd illhic quotidie tribus scrupulis in

signa

signa præcedentia, hic verò in consequentia non ocyùs, quàm apogea ad motum sphæræ octauæ, vt vocant, transferantur, ita vt apogea in septentrione, perigea verò in meridie peripherias eclipticę æquè distantes describant, & nũquàm sicut in Luna suarum absidum nodos accedant. Etsi verò omnes omnium absidũ cum ecliptica intersectiones, commissuræ seu nodi, seu σωνδέσμοι rectè vocentur, Ptolemæum tamen aptolesmatico tertio peculiariter commissuras Lunæ σωνδέσμους, reliquorum verò planetarum τὰ κάμπτια nominasse apparet. Porrò cùm hęc absidum latitudo ab experientia discrepet, idcirco vt τοῖς φαινομένοις satisfiat, adiungitur ei alia latitudinum ratio, ab epicyclorum ad suas absides inclinatione desumpta, estque talis: Quando centrum epicycli alterutrum nodorum occupat, tunc planicies circuli parui tota iungitur circulo eclipticæ, & punctũ culminans eique oppositum in deferentis & eclipticæ sectionẽ incidit. At cùm idẽ centrũ epicycli extra nodos fuerit, perigeũ parui circuli declinat ab abside, idq; semper ad eam mundi partem, ad quam hemicyclium absidis, in quo epicyclus commoratur, recessit: apogeum verò eiusdem circuli tantũdem ad partem oppositam reflectitur. His ita se habentibus, perspicuum est, inclinationes perigeorum, latitudines absidum augere, & perigeorum easdem minuere. Exempli gratia, si centrum epicycli relicto nodo attollente boream subeat, & perigeum parui circuli certa ratione à planicie absidis similiter ad boream, apogeum verò eiusdem in partem oppositam eclipticam versus tantundem flectatur, perspicuum est, planetam per perigea epicycli discurrentem, atque extra vtrunq; planum vagantem, maiorem acquisiturum latitudinem, quàm quanta est eccentri ab ecliptica remotio: minorem verò lõgè, si per apogea seu superiores partes epicycli iter faciat, atque in medio cœli deferentis & eclipticę planis concluso commoretur. Ad eundem modum cùm centrum epicycli superato nodo deprimente vltrà eclipticam ad austrum labitur, perigea epicycli similiter ad austrum inclinata, si tum planeta transeat, maiorem latitudinem quàm quantus est absidis ab ecliptica abscessus acquiret: minorẽ verò, si per apogea eiusdem epicycli feratur: tum enim inter deferentis & eclipticæ circulũ consistet. Ex his omnibus liquet, latitudines

tudines ſingularum partium abſidis ad variam epicycli inclinationem multipliciter variari. Latitudines autem in tabulis motuum deſcriptæ eam ſaltem varietatem exponunt, quæ centro epicycli per limites ampliſsimæ ſtellarum latitudinis diſcurrente contingunt. Nos quoque hic tibi πινακικῶς trium ſuperiorum apogea & perigea in epicyclis tenentium latitudines ſubiecimus, ex quibus maximæ deferentium ab ecliptica remotionis variatio, quæ ab inclinatione apogeorum & perigeorum efficitur, manifeſta eſt.

SATVRNVS, CENTRO EPICYCLI eius tenente maximę latitudinis.

Borealem limitem.		Auſtralem limitem.	
Culminãs ſeu Soli iũctus, habet latitudinẽ bor. p.2.31ª.	Depreſſus ad imum epicycli ſeu Soli oppoſitus, habet latitudinem borea. p.3.31ª.	Culminans ſeu Soli iunctus, habet latitudinẽ auſt. par.2. 11ª.	Depreſſus ſeu Soli oppoſitus, habet latitudinem auſtra. p.3.11ª.

IVPPITER, centro epicycli ipſius luſtrante latitudinis maximę.

Limitem Borealem.		Limitem Auſtralem.	
Culminans deuiat ad boreã p.1.61ª.	Depreſſus deuiat ad boream p. 2.51ª.	Culminans deuiat ad auſtr. p.1.41ª.	Depreſſ⁹ deuiat ad auſt. p.2.81ª.

MARS, centro epicycli eius luſtrante latitudinis maximæ.

Limitem Borealem.		Limitem Auſtralem.	
Culminãs deuiat ad borea. p.1.61ª.	Depreſſus deuiat ad bor. p.2.51ª.	Culminans deuiat ad auſtr. par.0. 21ª.	Depreſſus deuiat ad auſt. p.7.301ª.

Reliquæ

Reliquę latitudinum mutationes, quę planetarum extra apogeorum lineam epicycli ſitum comitantur, quæque centro epicycli limites ampliſsimę latitudinis euagante contingunt, ex tabulis petendę ſunt, & iuxta ἀνομαλίαν, prout centrum epicycli multum vel parum à limitibus medijs abeſt, per eccentri & commutationis anomaliam eliciendæ. Ac per commutationis quidem Anomaliam coæquatam ipſe numerus latitudinis, per eccentri verò anomaliam abſolutam ſcrupula proportionalia excerpenda ſunt, atque pars de numero latitudinis ſcrupulis illis proportionalibus congruens pro quæſita ſtellæ latitudine retinēda. Et ne erres, totamq; ſubſtantiā huius loci rectè intelligas, differentiam inter loca apogeorum & loca maximę latitudinis limitum, in conſpectu te habere oportet, hęc enim diuerſa ſunt. Ab apogeis abſidum ſtellæ terram propiùs accedentes, deſcendunt: à limitibus verò latitudinis ampliſsimę recedētes, ad nodos pergunt. Martis tamen abſidis puncta apogeorum ab ecliptica plurimum remota ſunt, & idcirco cum punctis ampliſsimæ latitudinis eius coincidunt. Cæterùm limes ampliſsimæ latitudinis Saturni apogeum eccentri antecedit, atque ab eodem εἰς τὰ προηγούμενα ſpacio cœli partium 50. remouetur, ita vt centrum epicycli eius per cōſequentia ſigna promotum, priùs limitem ampliſsimæ latitudinis quàm apogeum eccentri tranſeat. At Iouis ampliſsimę latitudinis limes ſui eccentri apogeum ſequitur, atque ab eodem εἰς τὰ ἑπόμενα ſpacio partium cœli 20. receſsit. Iuxta hoc ergo Iouis apogeo partes 20. addentes, & partes 50. apogeo Saturni adimentes, facilè limitum nodorumque omnium loca deſcribuntur, vt vides.

NODVS.

attollens.				deprimens.			
♄	p.	8	♌	♄	p.	8	♒
♃	p.	26	♋	♃	p.	26	♈
♂	p.	$27\frac{1}{3}$	♉	♂	p.	$27\frac{1}{3}$	♏
♀	p.	$15\frac{2}{3}$	♓	♀	p.	$15\frac{2}{3}$	♍
☿	p.	$28\frac{1}{2}$	♌	☿	p.	$28\frac{1}{2}$	♒

Limites latitudinis amplissimæ.

Arctoæ.				Austrinæ.			
♄	p.	8	♏	♄	p.	8	♉
♃	p.	26	♎	♃	p.	26	♈
♂	p.	$27\frac{1}{3}$	♌	♂	p.	$27\frac{1}{3}$	♒
♀	p.	$15\frac{2}{3}$	♊	♀	p.	$15\frac{2}{3}$	♐
☿	p.	$28\frac{1}{2}$	♏	☿	p.	$28\frac{1}{2}$	♉

Cùm itaque in Marte summæ imæque eccentri absides simul metę amplissimarum latitudinum existant, idcirco per Anomaliam eccentri ipsius æquatam, similiter vt in Luna, per motum eius in latitudinem verum de qualitate latitudinis ipsius, an videlicet ea arctoa sit, an verò austrina, facilè colligimus. Nam quando coęquata anomalia eccentri Martis vel nihil est, vel integer semicirculus centrum epicycli in limitibus amplissimę latitudinis versari indicat, borealis quidem, quando Anomalia illa nihil est, Australis verò, quando semicirculus: sed vbi dodranti exæquatur, centrum epicycli nodum euehentem occupat, vnde paulatim Aquilonem subit: vbi verò quadranti exæquatur, centrum epicycli itidem nodum alterum occupat, vnde ab ecliptica ad austrum descendit. Scandit itaque Mars latitudinẽ à perigeo ad boream, ab apogeo verò in austrum descendit. Idẽ ferè Venus & Mercurius faciunt, sed differentiam facit diuersus absidum discessus, qui quidem sicut in Venere perpetuò arctous est, ita in Mercurio semper austrum spectat. Porro Saturni & Iouis sidera hanc legem planè respuunt, propterea quòd meta amplissimę arctoæ latitudinis illi quidem citra apogeum eccentri p. 50. huic verò vltra apogeum p. 20. ponitur. Et hæc est causa, propter quam in tabulis Saturni præcipitur, per anomoliam commutationis eius excerpendam esse latitudinem austrinam quidem, dum coęquata anomalia eccentri partibus 40. maior, & partibus 220. minor fuerit: borea verò per reliquum Anomaliæ eccentri hemicyclium. In Ioue similiter per Anomaliam commutationis capitur latitudo australis, dum eccentri anomalia æquata maior partibus 110. & minor partibus 290. existit: borealis verò per reliquum eccentri semicirculum. Non itaque vt Martis, ita Saturni & Iouis latitudo à perigeis eccentrorum

trorum, sed potius à metis amplissimæ latitudinis australibus in boream scanditur: & similiter non ab apogeis, sed potius ab Arctois latitudinis limitibus ad austrum descendit. In nostro exemplo in ψηφοφορία Saturni Anomalia eccentri coæquata reperta est p. 114. 32 1ª, 14 2ª; quibus respondent scrupula proportionalia 57 1ª, 50 2ª. Commutationis verò Anomalia coæquata reperta sig. 1. par. 15. 33 1ª, 22 2ª, qua tabulam latitudinis austrinæ, propterea quòd Anomalia eccentri partes 40. longè excedat, & partibus 220. sit minor, ingredientes, deprehendemus correspondentem numerum par. 2. 9 1ª, qui per scrupula proportionalia 57 1ª, 50 2ª multiplicatus prodit numeros p. 2. 4 1ª, 20 2ª, 30 3ª latitudinis australis Saturni à limite latitudinis boreo vltra eclipticam ad meridiem descendentis, atque ab australi limite partibus vix $15\frac{1}{2}$ distantis. Indicat id semicirculo minor numerus p. $164\frac{1}{2}$, quem coæquata Anomalia eccentri cum partibus 50. quibus Saturni limes boreus apogeum eccentri antecedit, constituunt. Hinc facilè corrigi potest tot exemplari- Fol. 157.
bus excusis vulgatus & irreuocabilis lapsus noster in differētia prima, vbi idem exemplum supputantes incautè Saturnum meridionalem, & ab apogeo eccentri descendentem diximus, id quod etiam verissimum est, sed ad descensionem latitudinis ab apogeis diuersas metas habētis perperàm accommodatum. Hinc scrupula proportionalia 25 1ª, 28 2ª, 22 3ª Anomaliæ eccētri Iouis respōdētia per latitudinē p. 1. 7 1ª cōmutationi eiusdē Iouis in tabula latitudinis austrinæ, (nā Iouis eccētri Anomalia coæquata partiū 264. existens, maior est partibus 110. & minor partibus 290) respondentem multiplicantes, produximus p. 0. 28 1ª, 26 2ª, 38 3ª. Latitudinem Iouis meridionalem à limite australi ad boream scandentis, id quod numerus p. 224. hemicyclio minor post partium 20. ab Anomalia eccentri detractionem relictus planè indicat. Denique scrupula 7 1ª, 56 2ª, 26 3ª, Anomaliæ Martis eccentri congruentia, in numeros latitudinis australis, qui commutationi eiusdem Martis respondet, nempe in par. 6. 35 1ª, 2 2ª, 30 3ª ducentes, produximus par. 0. 52 1ª, 16 2ª, 54 3ª; quę est austrina latitudo Martis, recèns nodū deprimentem transgressi ab ecliptica ad austrum progredientis. Indicat id Anomaliæ eccentri partium 108. numerus quadrantem

dranté excedens & à ſemicirculo deficiens. Explicata ratione latitudinis trium ſuperiorum, reliquum eſt, vt idem in duobus inferioribus exponamus. Horum autem latitudines cùm adhuc variabiliores deprehenſæ ſint, idcirco triplici diſtinguuntur ſeu ratione ſeu differentia, quarum vna eccentris, reliquæ duæ epicyclis attribuuntur. Prima latitudo, quam eccentri ab ecliptica abſceſſus facit, propemodum talis eſt, qualis in tribus ſuperioribus: ſed differentia eſt in hoc, quòd abſides trium ſuperiorum conſtantem ab ecliptica diſtantiam cuſtodiunt: abſides verò duorum inferiorum inſtar cunarum ſuper diametro nodos connectente aſsiduò agitatæ aliquando cum ecliptica vniuntur, aliquando verò ab ea recedentes, eandemq; rurſus accedentes, interuallis planè inſtabilibus ab ecliptica diſtare conſueuerunt. Nam centris epicyclorum nodos occupantibus, abſides abſque vllo abſceſſu eclipticæ coniunguntur. Deinde verò cùm centra epicyclorum relictis nodis ad æquantis auges ceu maximæ latitudinis limites progrediuntur, tunc ipſæ quoque abſides centra epicyclorum deferentes, relicta ecliptica, paulatim ad latera ipſius diſcedunt, atque emenſo quadrante ſimiliter eãdem eclipticam accedunt. Hic autem abſidis hinc atq; inde ſic, vt dixi, agitatę ab ecliptica diſceſſus, in Venere quidem ſemper borealis exiſtit, atque cùm maximus eſt, ſcrupula 10 1ª continet: in Mercurio verò ſemper borealis, amplitudinem ſcrupulorum 45 1ª nunquàm excedens. Deprehenſum enim eſt, cẽtrum epicycli Veneris nuſquàm alio quàm verſus ſeptẽtrionem, tam circa apogeum quàm circa perigeum deferri: Mercurij verò tantùm verſus meridiem. Hæc eſt prima Veneris & Mercurij latitudinis ratio, quam Ptolemæus τὸ ἐκκάτερον ἔγκλισιν, noſtri verò artifices deuiationem nominant. Reliquarum duarum rationum epicyclo attributarum vnam, quæ à Ptolemæo τὸ ἐπικύκλου ἔγκλισις, à noſtris declinatio vocatur, cum tribus ſuperioribus habent communem, qua vt dictum eſt, per epicycli apogeum & perigeum à plano deferentis inclinationem latitudines permutantur: alteram propriam & peculiarem à Ptolemæo λόξωσιν, à noſtris verò reflexionem, ſeu potiùs obliquationem vocatam, qua per medię epicyclorum longitudinis punctorum permutationem ipſę quoque variantur latitudines. Porro in

tabulis

tabulis motuum harum latitudinum singulæ peculiaribus explicantur canonibus, propria scrupula proportionalia attexta habentibus. Proinde operandi modus, quo Martis latitudo eruitur, pro singulis latitudinibus semel & in vniuersum ter antè omnia repetendus est. Quod ad qualitatem latitudinis attinet, deuiatio Veneris, vt paulò antè dicebamus, semper borea est, Mercurij autem, australis. Declinationum verò & obliquationum qualis latitudo sit, tituli canonibus superscripti indicant.

His ita supputatis, si omnes latitudinis rationes fuerint vnius affectionis, summa omnium quæsitam tibi præstabit latitudinem: sin minùs, duarum vnius affectionis summam ad latitudinem tertiam quæ restat, per minoris à maiore ablationem conferre debemus. Nam superatio erit quæsita latitudo, retinens nomen eius cuius excessus vel residuum fuerit. Exemplum: In ψυφοφορεία Veneris cernitur Anomalia æquata eccentri sig. 11. par. 22. 34 1ª, & commutationis Anomalia sig. 1. par. 12. 50 1ª. Horum arcuum præsidio deprehensa est Veneris deuiatio borea scrup. 7 1ª, 48 2ª, & declinatio scrup. 6 1ª, 33 2ª, australis: Obliquatio denique scru. 57 1ª, 25 2ª borealis. Porro cùm deuiationi, quæ semper septentrionalis est nomine consentiat reflexio, ideo has latitudines coniungere debemus: quo facto, producemus par. 1. 5 1ª, 13 2ª, à quibus ablata latitudine declinationis, quæ est australis scrup. 6. 1ª, 33 2ª, relinquitur latitudo adhuc borealis scrup. 58 1ª, 40 2ª Veneris ascendentis. Ad eundem modum in Mercurio per eccentri & commutationis Anomalias æquatas, quarum illa est sig. 6. par. 10. 51ª, hæc verò sig. 4. par. 5. 54 1ª, deprehensa est deuiatio quæ semper est meridionalis, scrup. 51 1ª, 48 2ª, & declinatio australis scrup. 17 1ª, 51 2ª, & denique obliquatio borealis supputata primò par. 2. 37 1, 20 2ª, posteà verò per adiunctionem decimæ sui partis æquata factus est par. 2. 53 1ª, 4 2ª. Nam in Mercurij latitudinum calculo decima pars obliquationis reijcitur, dum eccentri Anomalia vel minor quadrante, vel dodrante circuli maior fuerit: additur autem per semicirculum reliquum, hoc est, dum Anomalia eccentri quadrante maior, & dodrante minor, sicut in nostro hoc exemplo, fuerit. Porro priores duę latitudines meridionales aggregatæ, faciunt par. 1. 9 1ª, 39 2ª, quæ à latitudine obliquatio-

nis reiicientes, reliquam facimus adhuc latitudinem borealem part. 1. 431ª; 25 2ª Mercurii descendentis.

In Ephemeridibus quoq; characteribus quinq; planetarum imponuntur literæ, quæ latitudinis ad borealem limitem scansionem, atque ad austrinum descensionem ostendunt: M A meridionalis ascendens, S A septentrionalis ascendens, M D meridionalis descendens, S D septentrionalis descendens. Quòd si in medio columnarum hæ literæ reperiantur, indicant circa illũ diem planetam latitudinem borealem in austrinam, aut econtrà permutare, aut finita scansione descẽdere, descensionisúe meta adepta rursum attolli. Deniq; in pede tabulæ planetarum ad primum, decimum & vigesimum mensis diem latitudines à literis modò expositis denominatę annotantur, quam si ad singulos dies intermedios accommodare placeat, duarum latitudinum immediatè conscriptarum differentia per numerum dierum intercidentium partienda est: nam numerus sectionis indicabit, quantùm pro quolibet die addendum minuendumúe sit, vt ad optatos dies latitudo certa exeat. De latitudine Lunæ per motum verũ latitudinis inuenienda, suprà dictum est. Ea in descriptione Ephemeridum quamuis plerunque omittatur, tamen quotidie ex tabellis latitudinis Lunæ in omnibus libris Ephemeridum ad hunc vsum descriptis facilimè excerpitur, hoc qui sequitur modo. Describas ex Ephemeride tam capitis Draconis quàm Lunæ verum motum in signis signorumq; partibus. Hinc verum motum capitis ex vero motu Lunæ, assumptis, si opus sit, duodecim signis auferas, vt Lunæ à capite Draconis relinquatur distantia, quæ in Alphonsi & plerisque alijs tabulis vocatur argumentum latitudinis Lunæ verum, cuius signa communia in tabellæ præsentis capite vel pede, partes verò in latere dextro descendẽdo quidẽ si signa illa in summitate, ascendendo verò in latere sinistro, si signa illa in imo tabulæ reperta fuerint, nam numerus in angulo communi, vt vocant, ostendet tibi latitudinem Lunę quæsitam: quæ an ascendens, vel descendens, borealis australisúe nominanda sit, tituli tabellæ planè declarant. In nostro exemplo verus motus Lunę repertus est sig. 10. par. 27. 52 1ª, & verus motus capitis sig. 8. par. 25. 31 1ª. Iam surrepto posteriore à priori, relinquitur argumentum Lunæ ve-

næ verum signorum 2.par.2.211ª, quod in tabella ostendet latitudinem Lunæ septentrionalem ascendẽtem par.4.scru.25⅔ 1ª. Atque hæc est Alphonsina ratio latitudinis Lunæ argumentum à nodo Lunam attollente numerans, atque à plerisq; qui Ephemerides condiderunt, vsurpata.

TABVLA LATITVDINIS LVNAE.

Septentrionalis ascendens.							
Sig	0		1		2		na.
Meridionalis descendens.							
Sig	6		7		8		na.
	P.	Sc.	P.	Sc.	P.	Sc.	
0	0	0	2	30	4	20	29
1	0	5	2	34	4	22	28
2	0	10	2	39	4	25	27
3	0	16	2	43	4	27	26
4	0	21	2	48	4	30	25
5	0	26	2	52	4	32	24
6	0	31	2	56	4	34	23
7	0	37	3	0	4	36	22
8	0	42	3	4	4	38	21
9	0	47	3	0	4	40	20
10	0	52	3	13	4	42	19
11	0	57	3	17	4	44	18
12	1	2	3	21	4	45	17
13	1	7	3	24	4	47	16
14	1	12	3	28	4	48	15
15	1	18	3	32	4	50	14
16	1	23	3	36	4	51	13
17	1	28	3	39	4	52	12
18	1	33	3	43	4	53	11
19	1	37	3	46	4	54	10

Partes Argumenti.

Partes Argumenti.

Partes Argumenti.								Partes Argumenti.
20	1	42	3	50	4	55	9	
21	1	47	3	53	4	56	8	
22	1	52	3	56	4	57	7	
23	1	57	3	59	4	58	6	
24	2	2	4	3	4	58	5	
25	2	7	4	6	4	59	4	
26	2	11	4	9	4	59	3	
27	2	16	4	12	5	0	2	
28	2	21	4	14	5	0	1	
29	2	25	4	17	5	0	0	
Septentrionalis descendens.								
Sig	5		4		3		na.	
Meridionalis ascendens.								
Sig	11		10		9		na.	

Quòd si Ptolemæi, Copernici & Salueldensis calculum sequens, à boreo limite latitudinem Lunæ dimetiri velis, tunc ab argumento latitudinis Lunæ Alphonsino, & iam à nobis exempli gratia designato, sig. 2. p. 2. 21 1ª, quadrantem seu tria communia signa, accommodato, si res ita postulauerit, integro circulo subtrahere debes, vt latitudinis Lunę à boreo limite verum motum reliquum facias, idque in exemplo præsenti sig. 11. par. 2. 21 1ª; cuius præsidio ex canone latitudinis integro in calce tabularum prutenicarum descripto, tam quantitas, quàm qualitas latitudinis Lunæ facilè & non aliter deprehenditur, quàm per argumentum Alphonsinum paulò antè ex præsenti tabella eliciebatur, nempe p. 4. sc. 25 $\frac{2}{3}$ 1ª bor. ascen. Posteriorem hunc inueniendæ latitudinis Lunæ modum vsurpauit doctissimus vir atque solertissimus Mathematicus amicus noster intimus Ioannes Stadius in Ephemeridibus suis recèns ex tabulis Prutenicis supputatis, atque anno salutiferi partus 1555. vulgatis. Sed vt opinor, aliud agens, id quod doctissimis & diligentissimis hominibus sæpiùs accidit, lapsus est in hoc, quòd pro vero latitudinis Lunæ motu à boreo limite habendo, argumento Alphonsino tria signa, quæ vt dixi, abijcere oportet, ipse adijcienda prę

cepit,

cepit, atque tali supputatione die 4. Iunij, H. 14. Anni 1555. latitudinem Lunæ australem scandentem fecit, cùm tamen tum borealis descendentq; fuerit.

1 *De esse autem planetarum ab inuicem tractemus, scilicet quid accidat quinq; Planetis erga luminaria: & dicemus ex hoc quod dixit Ptolemæus de Almugea, hoc est, de visione inuicem faciei ad faciem, hoc est, cùm fuerit inter planetam & Solem: dum fuerit planeta occidentalis, id est, dum sequitur Solem tantum, quantum est inter domũ illius planetæ & domum Solis de signis, aut cùm fuerit inter ipsum planetam & Lunam, cùm fuerit orientalis à Luna, id est, dum succedit Luna tantum, quantum est inter domum planetæ & domum Lunæ ex signis, id est, cùm fuerit planeta tantum distans à Sole post, quantum distat domus eius à domo Solis. Similiter de Luna dicitur: quia cùm planeta successerit Soli & fuerit à Sole Saturnus scilicet in VI. signo: & Iuppiter in V. Mars in IIII. Venus in III. Mercurius in II. tunc dicitur esse in Almugea Solis. Similiter cùm fuerit inter vnumquenq; planetam & Lunam succedentem, hic numerus signorum vniuscuiusque planetæ dicitur esse in Almugea Lunæ.*

De ductoria, id est, securitate planetæ, scilicet qua tutus est radijs.

2 *Ex hoc ductoria planetæ, id est, vt sit planeta in suo haim, id est, in parte sibi propria, & aliquo angulorum ascendentis: & aliquod luminarium similiter in loco sibi consimili, in quadrante videlicet in aliquo angulo, ita quòd sit planeta in die orientalis à Sole: in nocte*

occidentalis à Luna. Et omnis planeta dicitur esse in sua ductoria secũdum quosdam, cùm fuerint inter planetam orientalem & Solem LX. grad.

3 *Et omnis planeta ex quo tegitur à radijs Solis, donec appareat de sub radijs, vocatur combustus: & dum incipit intrare radios, dicitur incœpisse comburi: & dum absconditur sub radijs & fuerit prope Solem per XII. grad. dicitur oppressus: & cùm fuerit cum Sole in vno gradu, fuerintque inter eos XVI. minuta vel infrà, & latitudo eius similiter, vocatur vnitus: & cùm transierit eandem vnionem petens exitum, donec videatur, vocatur euasus.*

4 *Et ex quo apparent tres altiores de sub radijs & incipiunt oriri, id est, apparere mane ante Solem, hoc est cùm fuerint propinquiores circulo hemisphærij orientalis, donec veniant ad oppositionem, vocantur orientales dextri: & ex quo transierint oppositionem donec coniungantur iterum Soli, vocantur occidentales sinistri.*

5 *Venus verò & Mercurius ex quo separatur aliquis eorum à gradibus Solis in medio retrogradationis suæ, & apparent donec comburantur à Sole in sua directione, vocantur orientales: & ex quo separantur à Sole in medio directionis suæ donec iterum comburantur in retrogradatione sua, vocantur occidẽtales masculini, & cùm fuerint in ortu suo, id est, cum fuerint orientales vocantur dextri, & dicuntur esse in occiduo suo, id est, cùm fuerint occidentales, vocantur sinistri, & dicuntur esse fœminei, & tunc sunt fortiores.*

6 Tres

6 *Tres verò altiores postquàm exeũt de sub radijs Solis, vocantur orientales, & dicuntur augmentari in fortitudine vsque ad XXX. grad. à Sole, & vocantur post hoc vsque ad XXX. grad. alios, orientales fortes vel fortiores: & cùm transierint Solem LX. grad. vocantur planetæ orientales euntes ad debilitatem: donec veniant ad retrogradationem, tunc nominantur orientales retrogradi: donec sint & veniant in oppositionem: & post hoc erunt occidentales retrogradi, cùm transierint oppositionem, donec perueniant ad directionem: deinde à directione vsque ad LX. grad. post directionem, donec sit longitudo eorum à Sole XXX. graduum, dicuntur occidentales euntes ad debilitatem: deinde fiunt occidentales debiles donec intrent sub radijs Solis.*

Inferiores quoque ex quo separantur à Sole, & ipsi retrogradi vocantur orientales debiles: sicq; esse non desistunt donec veniant ad directionem suam: & tunc fiunt orientales fortes, donec longitudo eorum sit à Sole, sicut longitudo Solis ab eis fuit dum cœpissent debilitari euntes ad retrogradationem: deinde fiunt orientales debiles, donec supponantur radijs Solis: post hoc sunt coniuncti, deinde combusti euntes ad apparitionem donec videantur: & ex quo separantur à Sole in directione vsque ad LX. gradus, sunt fortiores: & à LX. vsque ad horam suæ retrogradationis, erunt occidentales fortes: & donec fuerint cum Sole, erunt debiles. Et planeta cùm exierit de sub radijs Solis & nulli planetæ iunctus fuerit,

rit, dicitur quòd sit in lumine suo. Hoc est esse planetarum cum luminaribus.

De esse autem, &c.

1 Tertium genus passionum est collatio planetarum ad luminaria. Et primò de persona seu intuitu planetarum ad luminaria. Almugea enim Chaldaica vox significat hic nihil aliud, quàm planetarum cum Sole aut Luna eiusmodi configurationem, qualem habent domicilia eorum cum domicilijs luminarium: quod accidit, quando tantum est interuallum inter planetam & ☉ aut ☽, quantum distat domus planetæ à domo ☉ aut Lunæ: quę quidem dignitas à Ptolemæo quoque probatur, vocaturque ἰδιοπρόσωπον: Verba ipsius hęc sunt: λέγονται δὲ ἰδιοπροσωπεῖν, ὅταν ἕκαστος αὐτὴν τὸν αὐτὸν σχηματίζῃ πρὸς ☉, καὶ μὴ ☽ σχηματισμόν, ὃν περ καὶ οἱ οἶκοι αὐτῆς πρὸς τοὺς ἐκείνων οἴκους. οἷον ὁ τῆς ♀ (λόγου οὗ ἕνεκεν) ὅταν ἐξάγωνον ποιῇ πρὸς τὰ φῶτα διάσασιν, ἀλλὰ πρὸς ☉ μὲν ἑσπερίᾳ ὤν, πρὸς δὲ τὴν ☽ ἑῴος, ἀκαλεῖται τοῖς ἐξαρχῆς οἴκοις, hoc est, Stellæ suas quoque personas gerere dicuntur, quando singulæ eo modo cum Sole aut etiam Luna configurantur, quo domicilia ipsorum cum domicilijs luminũ, vt, exempli gratia, si Venus in sexangula figuratione cum luminibus existat, ita tamen, vt ad Solem vespertina, ad Lunam verò matutina sit, pro eo atque etiam domicilia collocantur. In Almugea igitur ☉ dicitur esse planeta, cùm à ☉ in planetam tot fuerint signa, quot sunt à ♌ in domum principalem talis planetæ secundum ordinem signorum: aliàs enim non esset occidentalis, quod omnino in Almugea ☉ requiritur. Exempli gratia, Saturnus est in Almugea ☉, quando quintum signum post Solem tenuerit. Autor dicit sextum, quod inclusiuè intelligendum est, veluti si ☉ sit in ♎, & Saturnus in ♓, Saturnus dicitur esse in Almugea Solis. Sic ♃ si fuerit in quinto signo à ☉, Mars in quarto, dicitur Solem videre à facie ad faciem. Sic enim vulgus hanc dignitatem vocat. Sed ☿ dicitur suam personam gerere, cùm fuerit in sequente signo pòst, quocunque in loco fuerit ☉, veluti cùm ☉ est in ♎, & ☿ in ♏. Venus denique dicitur esse in Almugea ☉, cùm secundum signum, imò tertium inclusiuè à Sole obtinuerit, id est, cùm sexangula radiatione à Sole distiterit, ipsa occidẽtalis existens: qui sanè intuitus nunquàm

ei exactè

ei exactè contingere potest, siquidem tot signis à Sole nũquàm soleat abscedere, quapropter hæc de aspectu ἐν πλάθῃ intelligantur. Almugea Lunæ contingit planetis orientalibus à ☽ seu morantibus in signis locum Lunæ antecedentibus, ita vt à planeta in ☽ tot numerentur signa, quot sunt inter Cancrum & domum planetæ secundariam contra signorum successionem, verbi gratia, Cancer & domus secundaria Saturni, nempe ♒ distant spacio sex signorum. Cùm igitur à ♄ ad ☽ secundum successionem signorum sex signa numerabuntur, futura est inter eos, vt vocant, visio à facie ad faciem, quę omnia ex subiecta descriptione patent ad oculum.

Almugea ☉.				Almugea ☽.			
Cùm à Sole inclusi uè secũdũ ordinẽ signorũ in	♄ ♃ ♂ ♀ ☿ fuerint	6 5 4 3 2	signa	Cùm à ☽ inclusiuè contra serié signorum in	♄ ♃ ♂ ♀ ☿ fuerint	6 5 4 3 2	signa

Sed Ptolemæus lib. 3. cap. de parentibus, vbi vespertinos à ☽, & matutinos à ☉ præfert, pugnare videtur cum hac traditione, in qua orientales à ☽, & occidentales à ☉ requiruntur? Respondemus: Verum est, planetas matutinos à ☉, & vespertinos à ☽ optimè disponi. Sed si quando contingat eos esse vespertinos, optima earũ dispositio, quã in huiusmodi statu possunt cõsequi, futura est, quando tot signa à ☉ aut ☽ distiterint, quot signis domus eorum sequuntur ♌ aut antecedunt ♋.

1 Ductoriam planetæ vocant, cùm stella in locis suæ naturæ similibus, quod Hayz nominant, & in aliquo angulorum fuerit, & prætereà luminare conditionarium in angulo ab eo statuatur, ita vt in die planeta sit orientalis à ☉, & in nocte occidentalis à ☽. Id ferè continget, si in die planeta sit in decimo signo à Sole, tunc enim iuxta æqualem distributionem domorum potest esse in angulo à ☉ & orientalis: In nocte verò in quarto signo à ☽ secundum ordinem signorum. Nam hoc quoque casu & in angulo à ☽ consistere poterit, & post ☽ occidet. Augulus verò ex opposito hîc locum habere non potest, nam planeta luminaribus oppositus, nec orientalis nec occidentalis

Ex hoc ductoria, &c.

rectè dicitur. Cæterùm hanc dignitatem apud Ptolemæum non reperio.



Et omnis plane. &c.

3 ὑπαυγὴς dicitur planeta ſub radijs ☉ poſitus, ſubradiatus, quod verbum quia videbatur aſperius, placuit neotericis plane tam Solis radijs in hunc modum affectũ vocare combuſtum. Iuxta communem opinionem planeta combuſtus dicitur, cùm à Sole minùs ſui orbis medietate diſtat, aut tantùm præciſe antè & pòſt. Sed rectiùs ſentit, & magis concordat cum Ptolemæo autor, qui à puncto occultationis ad emerſionis punctum, in quo radios Solis exuentes primò emicant atque apparent, planetas comburi hic tradidit. Cæterùm id tempus ſeu interuallum, quo planetæ ſub radijs Solis tecti latent, propter inæqualem ſignorum ſcanſionem deſcenſionemque non eſt conſtans, neque vt autor putat, ſemper partibus 12. antè & pòſt concluſum, ſed ratione diuerſorum tam planetarum quàm ſignorum multis vicibus variabile: ſicut videre eſt in ſequenti occultationis & emerſionis canone, ex tabulis Prutenicis huc translato, qui indicat quando tam inferiores quàm ſuperiores apparere incipiant aut occultentur, quod ſcire plurimũ refert, ſiquidem planeta è radijs Solis recèns in conſpectum prodiens, optimum ſortitur ſtatum: occultatus verò, omnibus viribus caret. Vſus autem tabulæ eſt huiuſmodi. Ante omnia ex ſecunda facie Ephemeridum, vel ſi tabularum calculo vti fuerit integrum, per Anomaliam commutationis ſeu epicycli coæquatam iuxta doctrinam

trinã mox explicandam ſpecies ortus vel occaſus cognoſcenda eſt. Poſteà per eiuſdẽ ſtellę à Sole diſtantiã, vtrũ cõſpiciatur, vel nõ cõſpiciatur: an emergat, an verò ſe in radios Solares abdat, perſcrutandũ eſt hoc modo: Cum ſigno in quo eſt planeta, canonem occultationis emerſionisque ingredere, atque arcum congruentem ei ſpeciei ortus vel occaſus excerpe. Nam hic arcus, ſi minor quàm diſtantia planetæ à Sole fuerit, conſpicietur planeta: ſin maior, intra radios Solares deliteſcet: ſin æqualis, emerget vel occultabitur, prout diſtantia eius à Sole ad ſequentes dies creſcet vel decreſcet. In noſtro exemplo coæquata Anomalia Iouis eſt par. 337. ſcrup. 13 1ª, idcirco, cùm hinc conſtet, Iouem non multum abeſſe ab epicycli apogeo, manifeſtum eſt, eum vel paulò poſt occaſum Solis cõſpici, vel occaſu veſpertino eiuſdem Solis radijs oppreſſum latere: quam hęſitationem longitudinis, qua Iuppiter & Sol diſſident, ad arcum viſionis collatio nobis facilè exoluit. Eſt autem Iuppiter in Geminorum parte 27. ſcrup. 12 1ª, diſtans à loco Solis partibus 18. ſcrup. 19 1ª. Et canon ad initium Geminorum ſub titulo occultationis Iouis veſpertinæ, oſtendit par. 10. 16 1ª, arcum videlicet viſionis minorem quàm eſt Iouis à ☉ diſtantia, atque ob id perſpicuè declarantem, Iouem propediem radios Solis ingreſſurum, adhuc veſpertino occaſu poſt occubitum Solis conſpici. Porrò cùm canon ſupponat, planetas tenere dodecatemoriorum initia, ideò cùm planetam vlteriores partes dodecatemoriorum luſtrare deprehenderimus, parte ad 30. gradus congruẽte vtentes, ad exactam huius arcus noticiam perducemur. In pręſenti exemplo partes Geminorum 30. in arcu viſionis Iouialis veſpertino, faciunt differentiam p. 1. 28 1ª, cuius pars partibus 27. congruens eſt p. 1. 6 1ª, quæ arcui initio Geminorum aſsignato coniuncta, parit arcum viſionis exactum p. 11. ſcr. 22 1ª, qui & ipſe Iouem quamuis τῇ ἑσπερίᾳ κρύψει vicinum, poſt Solis occaſum conſpici declarat. Ad extremum hos arcus in ſingulis climatis quoque adeò variari ſciendum eſt, vt exactior harum rerum perſcrutatio longè vberiores Canones deſideret.

CANON EMERSIONIS ET OCCVLTATIONIS trium ſuperiorum.

EMERSIO.

EXORTVS MATVTINVS.

	♄		♃		♂	
	P.	Scr.	P.	Scr.	P.	Scr.
♈	29	28	19	33	29	0
♉	26	26	18	21	27	11
♊	22	10	14	15	22	14
♋	17	18	11	44	18	15
♌	14	8	9	44	16	7
♍	13	8	9	7	15	8
♎	12	15	9	0	14	12
♏	13	1	9	7	15	8
♐	13	47	9	44	16	7
♑	16	36	11	44	18	15
♒	21	16	14	14	22	14
♓	26	46	18	11	27	11

OCCVLTATIO.

Occultatio veſpertina.

♈	13	46	9	28	14	12
♉	14	7	9	38	15	8
♊	15	5	10	16	16	7
♋	17	9	11	44	18	15
♌	14	48	13	32	22	14
♍	22	0	15	23	27	11
♎	22	32	16	7	29	0
♏	21	20	15	23	27	11
♐	18	35	13	32	22	14
♑	16	36	11	44	18	15
♒	14	40	10	16	16	7
♓	14	0	9	38	15	12

CANON EMERSIONIS ET OCCVLTATIONIS duorum inferiorum.

EMERSIO.

	♀				☿			
	Exortus vespertin.		Occultatio matutina.		Exortus vespertin.		Occultatio matutina.	
	P.	Scr.	P	Scr.	P.	Scr.	P.	Scr.
♈	15	31	4	25	24	10	12	29
♉	13	48	4	29	21	15	12	18
♊	10	39	7	38	17	10	13	37
♋	8	38	8	58	14	9	14	9
♌	7	5	8	59	12	53	16	39
♍	6	53	10	46	12	8	20	23
♎	6	57	11	9	12	10	23	50
♏	7	11	11	26	12	41	23	49
♐	7	56	12	27	14	3	20	44
♑	9	18	9	28	16	19	16	19
♒	12	47	8	29	20	15	14	7
♓	15	28	7	43	24	38	12	14

	Exortus matutinus		Occultatio vesper.		Exortus matutinus		Occultatio vesper.	
♈	3	36	2	27	22	43	12	9
♉	4	9	3	30	21	23	12	12
♊	5	14	8	47	22	28	14	44
♋	10	12	10	44	18	48	19	48
♌	17	45	11	30	15	18	23	25
♍	23	40	7	43	13	18	26	37
♎	22	27	6	40	12	29	25	38
♏	15	14	6	17	12	10	20	35
♐	7	1	5	12	12	16	17	41
♑	2	18	2	18	12	15	12	30
♒	1	26	1	14	14	25	11	32
♓	2	43	1	31	18	22	11	47

Cùm verò stella fuerit cum Sole in eodem gradu, atque à Sole tam secundum longitudinem quàm latitudinem tanto spacio, quantum componunt Solis & stellę semidiametri apparentes distiterit, aut infrà, dicitur ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἡλίου εἶναι, hoc est, in corde Solis, seu vt peregrina, & tamen nostris hominibus vsitata voce dicam, in Cazimi Solis existere: quòd si minùs dictis semidiametris secundum longitudinem, sed secundum latitudinem plus à Sole recedat, nihilominùs combustus manet. Exemplum talis coniunctionis sit hoc: Sit Venus in p. 15. scru. 441ª Capricorni in longitudine media, vbi semidiameter eius apparens est scrup. 41ª absque vlla latitudine: & Sol sit in p. 15. scrup. 241ª, eiusdem Capricorni, vbi semidiameter eius apparēs est scrup. 161ª, 30 2ª. Distant ergo scrup. 20 1ª. Et quia semidiameter Solis est scrup. 161ª, 30 2ª, & Veneris semidiameter apparens scrup. 41ª, erit ex semidiametris vtriusque longitudo composita scrup. 201ª, 30 2ª, quod est plus scrupulis distantiæ, quæ sunt saltem scrup. 20 1ª. His ita se habentibus, dicemus, quòd corpora Solis & Veneris se penè tangant. Nam contactus huiusmodi ad vnguem cognoscere vix est posibile, vt rectè admonet in tabulis directionum Monteregius. Idem iudica de coniunctione corporali planetarum cum Luna, aut fixarū cum planetis alijs, in quibus omnibus tam ad latitudinem quàm longitudinem attendendū. Nam cùm longitudine & latitudine concordauerint, corporalem, vt vocant, efficient coniunctionem, & cùm ratione latitudinis suis semidiametris plus distiterint, coniunctionem longitudinis saltem, vt mox dicetur, efficient: Magnitudines autem stellarum omnium apparentes suprà in principio quintæ differentiæ exposuimus.

Folio 196.

Et ex quo apparent, &c.

4 Huic tractationi planè vicinus est locus sequens de ortu & occasu siderum meantium. Stella dicitur matutino exortu exoriri, quando ante Solis emersum cerni incipit: vespertino cùm ab occasu. Et occasu matutino occultatur sidus, quando circa auroram videri desinit: vespertino, quum à Solis obitu. His ita se habentibus, manifestum est, quatuor esse in vniuersum huius apparentiæ formas: duas ortus, totidemq; occasus: cuius rei tibi compendium per figuram descripsimus.

ortus

ortus ἀνατολὴ
- Matutinus ἑῴα — quando incipiũt videri — Manè ante Solis ortum.
- Vespertin' ἑσπερία — quando incipiũt videri — Vesperi paulò post Solis occasum.

occasu κρύψις
- Matutinus ἑῴα — quando incipiunt occultari — Manè ante ortum Solis.
- Vespertinus ἑσπερία — quando incipiunt occultari — Vesperi ab occasu Solis.

Porro tres superiores sicut fixæ, à coniunctione Solis ad eiusdem oppositionem, dum ab apogeo epicycli ad perigeum eiusdem descendunt, orientales ἑῷοι καὶ προηγούμενοι, & à Sole in præcedentia relicti vocantur: ab oppositione verò ad coniunctionem, dum ab epicycli perigeo ad apogeum eiusdem contendunt, occidentales ἑσπέριοι καὶ ἑπόμενοι, & tãquam à Sole in partes signiferi consequentes collocati. Hinc patet, eos ex radijs Solaribus manè emergere, seu vt greci loquũtur, ἐπιτέλλειν, paulò post Solis coitum, quando ab apogeo epicycli aliquantulum εἰς τὰ ἑπόμενα recesserunt: & econtrariò vesperi occultari & euanescere, κρύπτεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι paulò ante Solis congressum, quando à perigeo epicycli sublati, ab apogeo eiusdem epicycli non multum absunt. Præter has duas formas nullas alias recipiunt, nisi quòd in Solis diametro positi peculiariter vocantur ἀκρόνυκτοι vel ἀκρόνυχοι, eò quòd sub initium noctis Sole occumbente, ipsi è regione ad vnguem in oriente horizonta conscendant, cùm anteà vltra citraque stationem primam commorantes, semper de nocte orirentur. Sed & Luna duas saltem formas, vnam ortus, alteram occasus, trium tamen superiorum formis contrarias obseruat. Ea etenim ocyssimo suo motu à synodo seu coitu ad plenilunium tendens ortu vespertino tribus superioribus ignoto exoritur: inde verò ab oppositione digressa, ad occasum matutinum tribus superioribus itidem ignotum properat. At duo inferiores, quòd quasi circa

Solem

Solem gyrati à Sole vix duorũ ſignorum ſpacio abeſſe poſsint, atque eo interuallo temporis, quo ſemel epicyclum permeant, bis Soli coniungantur, primò per directionem in abſide epicycli ſumma, deinde per retroceſsionem in abſide ima, omnes has quatuor formas ortuum occaſuumque recipiunt. Primò enim vt Luna veſpertino exortu emicant, cùm à Solis coniunctione atque ab abſide epicycli ſumma aliquantulum proceſſerunt, atque ad ſtationem veſpertinam labuntur, à qua poſtea cùm ad imam epicycli abſidem alteram coniunctionem petituri eunt, non multò antè perigeum epicycli radios Solis ingredientes veſpertino occaſu occultantur. In ſemicirculo igitur epicycli orientali, vbi ab apogeo eius ad perigeũ eiuſdem deſcendunt, vocantur ἑσπέριοι καὶ ἑωθινοί, contra quam tres ſuperiores. Deinde ab hoc loco ad ſtationem matutinam aſcendentes, atq; non procul ab epicycli perigeo radios Solis exuẽtes, matutino exortu exoriuntur: denique ſtationem matutinam tranſgreſsi, cùm denuò ad ſummam abſidem euntes iterumque Solis coniunctionem petentes, paululum ab apogeo epicycli abſunt, occaſu matutino occultantur, atq; poſtea ad eaſdem vices exeũt. Proinde intereà dum per ſemicirculum occidentalem mane antè Solis exortum apparent, ἑῶοι καὶ προηγούμενοι, ſicut tres ſuperiores, appellantur. In exemplari diſcurſu rem alioqui obſcuriorem reddemus longè facilimam. Sit epicyclus A C E G: Abſis ſuprema ſiue longiſsima eius à mundi centro diſtantia A, vbi progreſsionis ſeu directionis medium eſt, & Solis Veneriſque primus coitus: Exortus veſpertinus B, vnde Venus in epicyclo deſcendit, atque progreſsionem minuit. Statio prima ſeu veſpertina C, à qua incipit retrocedere. Occaſus veſpertinus fit in puncto D. Medium regreſsionis ac imum parui circuli abſidis oſtendit punctum E, ſub parte 15. Tauri, vbi ſidus rurſus cũ Sole eſt. Exortus matutinus eſt F. Et matutina ſeu ſecunda ſtatio fit in G, vnde progredi lucifer vel ♀ incipit. Punctum H eſt occaſus matutinus, à quo ad Solis ☌ atque ad dictas vices iterandas celerrimè progreditur. Centrum mundi T. Epicyclo eſt impoſitum corpus ☉, & huic incumbit quadrans zodiaci, ſub quo circulo centrum epicycli K vna cum linea medij motus Solis ab occidente in orientem prouoluitur, ſidere per ambitum

ἀπόκρυψις ἑσπερία.

ἀπόκρυψις ἑῴα.

δύσις ἑῴα

bitum epicycli diſcurrente. Duæ lineæ ex centro mundi T per puncta C & G, ad ſigniferum erectæ vtriuſque epicyclum tangentes, puncta ſtationum, vt dictum eſt, indicant. Stella ♀ dum à puncto B ad punctum D delabitur, Heſperus: dum verò à ſigno F ad ſignum H ſcandit, Lucifer vocatur. In reliquis ſpacijs circa abſidas vtroque cognomine amiſſo, nomen Veneris duntaxat vſurpat. In Ephemeridibus ſyllabę Or. vel Occ. ſub quinque planetarum notis in dextra columna Ephemeridum ſcriptæ, quando planeta orientalis occidentaliſúe ſit, oſtendunt. Qualem verò poſitum planeta in epicyclo habeat, non meliùs iudicari poteſt quàm ex coæquata Anomalia commutationis, quæ in quinque ſtellis errantibus ſemper ab epicycli faſtigio verſus ortũ ſeu per ſigna conſequentia numeratur. Ea enim ſi nihil fuerit, planetam in medio progreſsionis culminantem: ſin ſemicirculum ad vnguem cõpleuerit, ad imum epicycli detruſum indicabit. Denique ſi ſemicirculo minor fuerit, planetam in ſemicirculo epicycli orientali: ſin maior, in occidentali commorantem demonſtrabit: cuius rei noticia plurimum confert ad cognoſcendum, an planeta à radijs Solaribus liber ſit, an verò ijſdem oppreſſus lateat, ſicut paulò antè docuimus.



Venus verò & Mercurius &c.

5 Planeta ante ☉ ortum emergens, orientalis dexter dicitur, non ratione plagæ, sed quòd in dextra parte à Sole existat. Similiter vesperi post Solis occasum occumbens, vocatur occidentalis sinister respectu Solis, quòd videlicet post Solem occidat, & in sinistra plaga mundi à Sole reperiatur. Hic obseruare debes, quæ mundi partes dextræ sint, quæ sinistræ: de qua distinctione triplex est autorum sententia. Prima est autoris & astronomorum, qui partem mundi Eoam sinistram, & occidentalem dextram vocant. Plinius lib. 2. cap. 8. de mundo in occasum

curren-

currente inquit. Omnium autem errantium ſiderum meatus, interque ea ☉ & ☽ contrarium mundo agere curſum, id eſt, lęuum, illo ſemper in dextrum prącipiti. Aſtronomi enim cœlum ſpeculaturi pectus vertunt ad meridiem, vbi curſus ſiderum velociſsimus eſt: nam motus ſtellarum iuxta polos vix ſentitur. Huic contraria eſt ſententia Geographorum, qui orientem dextrum vocant, occidentem ſiniſtrum. Hi cœlum intuentes pectus polo, cuius altitudinem ſcrutantur, obuertunt. Poſtrema ratio eſt poëtarum, qui vniuerſum hemiſphærium ab æquinoctiali ad Aquilonem nominant dextram, alterum ſiniſtram. In ſecundo μεταμορφώσεων Sol Phaëtonta his verſibus inſtruit:

Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Neúe ſiniſterior preſſa rota ducat ad aram.

Sic Lucanus vmbras auſtrinas eorum qui ex Arabia auxilio Pompeio venerant, ſcribit commutatas eſſe in ſeptentrionales:

Ignotum Arabes veniſtis in orbem:
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Nam hos priuſquã eſſent torridam zonam egreſsi, vmbræ ſequebantur, poſt egreſſum verò præcedebant.

6 Quòd dicit duos inferiores quando ſunt occidentales, robur aſſumere, fierique fortiores, Ptolemæo contradicere videtur, qui planetas quinque orientales vniuerſaliter fortiores eſſe tradidit. Id etiamſi verum eſt, tamen nihilominus inferiores occaſu quoque nonnunquàm gaudere, conſentaneum eſt. Nam cũ motum mediũ cõmunẽ cum Sole habeant, fieri poteſt vt Sole velociores ſint, ſuaq; natura fiant occidentales: qua de cauſa Luna occidentalis vniuerſaliter gaudet, verùm tres ſuperiores propter tarditatem motus occaſu ſemper debilitantur. Tres verò altiores, &c.

DE HIS QVAE ACCIDVNT planetis ad ſe inuicem.

1 *Eſſe autem illorum erga ſe inuicem, hoc eſt, idem quod coniunctio, id eſt, cùm fuerint duo planetæ in duobus ſignis aſpicientibus ſe, & fuerit leuior in ſigno ſuo minus gradibus quàm fuerit ponderoſior in ſigno ſuo:*

fuerintq; inter eos VI. gradus vel infrà: tũc dicitur quòd leuior eat ad coniunctionem ponderosioris: & cùm gradus eorum fuerint æquales, perficitur coniunctio eorum: & cùm transierit eum, erit ab eo separatus: coniunctio hæc dicitur coniunctio longitudinis.

Coniunctio verò latitudinis est, vt duo planetæ iungantur per latitudinem. Et si fuerit applicatio coniunctionis, oportet vt sit latitudo eorum æqualis in vna parte: & si fuerit coniunctio ex oppositione, oportet vt sint latitudines eorum æquales, ita vt latitudo vnius sit ascendens in septentrione, & alterius descendens in septentrione: vel vnius ascendens in meridie, & alterius descendens in meridie: aut si fuerit applicatio ex aliquo aliorum aspectuum, hoc est, quòd sit latitudo vnius septentrionalis ascendens, & alterius meridiana descendens: & è cõuerso in meridie: et hæc est applicatio latitudinis quæ dicta est.

2 *Et cùm separatur vnus planeta ab alio & nulli planetarum iungitur, quandiu in eodem signo fuerit, dicitur cursu vacuus.*

3 *Et cùm fuerit planeta in aliquo signo, & aliquis planeta non aspexerit hoc signum, *alter planeta quandiu in eodem fuerit, dicitur feralis vel agrestis.*

*lege talis pro alter.

4 *Et cùm separatur planeta leuis à planeta ponderosiori, & iunctus fuerit alteri, transfert naturam primi ad secundum.*

5 *Transfert etiam planeta naturam alio modo, hoc est, vt planeta leuis iungatur planetæ ponderosiori se, & ipse ponderosior iterum alteri se ponderosiori, tunc medius*

transfert.

transfert naturam leuioris ad ponderosiorem. 6 *Si autem non iungitur vnus istorum alteri, & iungitur vterque alteri, tunc si aspexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli, reddit lumen eorum ad locum ipsum: & hoc vocatur redditus luminis.*

7 *Iterum si vnus planeta non iungitur alteri: sed alter planeta tertius in vtrosque transtulit lumẽ, tunc hæc coniunctio dicitur etiam redditus luminis.*

8 *Sequitur prohibitio, & fit duobus modis. Vno scilicet ex coniunctione, hoc est, cùm fuerint tres planetæ in vno signo, sed in diuersis gradibus: & fuerit ponderosior plus gradibus: tunc ille qui est medius, prohibet priorem, illum scilicet qui est minus gradibus ne iungatur ponderosiori donec pertranseat eum. Secundo modo, vt duo planetæ sint in vno signo, & leuior iungatur ponderosiori, alter quoque iungatur eidem ponderosiori per aspectum: ille ergo qui est cum eo in vno signo, aspicientem prohibet à ponderosioris coniunctione: si fuerint tamẽ gradus illius qui iungitur, & ipsius qui aspicit, æquales, id est, vnius numeri. Si verò ille qui aspicit fuerit propior gradui ponderosioris, erit coniunctio aspicientis.*

9 *Et si coniungitur planeta domino illius signi in quo fuerit, vel domino exaltationis seu domino cæterarum dignitatum in quibus fuerit, dicitur pulsare, id est, mittere naturam illius planetæ domini, scilicet eiusdem dignitatis ad eum.*

10 *Et si fuerit planeta in aliqua dignitatum suarum, & fuerit iunctus alij planetæ, qui habeat etiam partem*

dignitatis in eodem loco: mittit ei etiam vtranque naturam, suam scilicet, & illius cui iungitur: & hæc missio omnis vocatur Alcobol, id est, receptio.

11 *Nunc sequitur redditus, id est, quando iungitur planeta alicui planetæ qui comburitur, id est, qui fuerit sub radijs Solis vel fuerit retrogradus, redditq; ei virtutem propter debilitatem suam, quam non valet retinere: tunc si fuerint vtrique planetæ in angulo vel succedentibus angulorũ, erit redditus cum proficuo: similiter si fuerit qui coniungitur ei, tantùm in angulo, & ille cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur, cadens ab angulo, & ille cui cõiungitur, in angulo vel in sequenti angulorum, aut si vtrique fuerint cadentes, erit redditus cum detrimento.*

12 *Inde sequitur Almenen, id est, refrenatio, quæ fit quando planeta vult coniungi alteri: sed anteq; iungatur accidit retrogradatio, & sic destruitur eius coniunctio.*

13 *Hanc sequitur Alichorad, id est, contrarietas accidens. Hæc fit cùm aliquis planeta leuis fuerit multorum graduum in signo, & alter illo ponderosior minus gradibus, tertius quoque leuior primo volens coniungi ponderosiori: sed antequàm ei coniungatur, fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus, & iungitur & applicatur illi ponderoso, & transiens illum iungitur etiam alteri planetæ leuiori: & sic destruitur coniunctio illius prioris cum ponderoso.*

14 *Sequitur Alfazim, id est, frustratio. Hæc quoq; fit cùm aliquis planeta petit coniunctionem alterius planetæ, sed*

tæ, sed antequàm perueniat ad eum, mutatur iste in aliud signum, & erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum, & erunt radij eius in initio signi. Cumque exierit sequens planeta de primo signo, iungitur isti aspicienti, & annullatur coniunctio quam habebat cum illo, scilicet cum primo.

15 *Hinc sequitur abscisio luminis, hoc est quando aliquis planeta petit coniunctionem alterius, & fuerit in secundo signo à signo illius cui iungitur alter planeta: sed antequàm iungatur ei, priùs fit ille qui est in secundo signo retrogradus, cõiungiturq; ei & abscindit lumen suum à planeta qui volebat coniungi ei.*

16 *Similiter si fuerit planeta iens ad coniunctionem alterius planetæ, & ipse alter planeta cui vult iungi, petat coniunctionem alterius planetæ se ponderosioris: sed antequàm perueniat leuis ad gradus ponderosioris, iungitur ipse ponderosus alteri seipso ponderosiori, & abscindit lumen illius à planeta primo leuiori.*

1 Sequitur quartum genus passionum, quæ accidunt planetis inuicem collatis. Huius generis primum accidẽs est συζυγία seu σωαφή, id est, copulatio: quæ fit, quando stellæ aut in vna cœli regione, aut in signis radiatione ✱ □ △ ☌, vel denique antiscio se respicientibus extiterint. Nam vox συζυγία & σωαφὴ generalis est, & non solùm σώοδον seu coitum, sed & μαρτυροποιίαν, id est, testimonium per aspectum significat. Atque has voces ita distinguendas esse phrasis Ptolemęi satis indicat libro Apotelesmaticorum quarto, vbi περὶ τ ποιότητος τ γωναικῶν agens, ita scripsit: καὶ μὴν οἱ τὰς τ ☽ σωαφὰς ἐπέχοντες τ ἀσέρων ἤτοι κατὰ κολλήσεις, ἢ καὶ κατὰ μαρτυροποιίας ἀγαθοὶ τυγχάνουσι, λαμβάνουσι γυναῖκας ἀγαθάς, ἐὰν δὲ κακοποιοὶ τὰς ἐναντίας. Porro copulationũ alia est partilis seu perfecta, alia platica seu imperfe-

Esse autẽ illorũ, &c.

imperfecta. Ac partiliũ alia est longitudinis, alia latitudinis, atq; omniũ copulationũ absolutissima. Ac partili copula lõgitudinis cõmittuntur stellæ, quãdo reperiũtur vel in vno circulo per polos signiferi descripto, vel in diuersis, sed tamẽ per partes Ecliptícæ partiliter sese respicientes ductis, etiãsi versus latera mundi latitudine disiungantur. Vt si Sol sit in principio Leonis, & Mars ibidem cum latitudine sua meridionali, quam potest habere maxima, tunc Mars dicetur partiliter Soli iunctus secundũ longitudinem, etiamsi latitudine spacio cœli septem gradus cõplente disiungantur. Similiter iudicandum est de aspectuum copulationibus. Sed latitudinis partili copulatione cohærent stellæ, quando præter congruentiam longitudinis latitudine quoque conueniunt. Hæc in aspectibus neglecta in Solis stellarum corporeis congessibus, & etiam, vt videtur, in diametralibus oppositionibus à Ptolemæo obseruatur, vnde & σωματικὴ συζυγία dici meretur. Etsi verò corpora stellarum vnico saltem casu ad oppositionem transeant: tamen eas pluribus modis corporibus posse congredi manifestum est. Primò, si, vt autor dicit, in applicatione coniunctionis ad vnam plagam mundi simul tendentes, æqualem consequantur latitudinem. Veluti si Luna cum Marte scrupulis longitudinis congruentes, & ad Boreum maximæ latitudinis limitem, aut inde ad nodum euchentem simul tendentes, æqualem habeant latitudinem, perfectissimè tũ quod ad longitudinem, tum verò quod ad latitudinem attinet, coibunt. Deinde possunt stellæ corporaliter & perfectissimè coniungi, quamuis ad diuersos vel limites vel nodos iter faciant, si modò latitudines eorum vnius formæ, hoc est, septentrionales vel australes æquales fuerint: & hoc est quod dicit autor, oportere in hoc casu id accidere, vt latitudo vnius sit ascendens in septentrione, & alterius descendens in septentrione: vel vnius ascendens in meridie, & alterius descendens in meridie. Exempli gratia, si Luna cum Saturno in partibus & scrupulis secundum longitudinem ita congruat, vt Saturnus sit iuxta nodũ suum anabibazonta, atque boream subiens adeptus sit iam latitudinem septentrionalem trium scrupulorum: Luna verò à boreo limite descendens, sit appropinquans ad nodum suum catabibazonta, minuens latitudinem septentrionalem, & distans ab

Ecli-

Ecliptica ſimiliter tribus ſcrupulis, efficietur Lunæ & Saturni ϛυνοδὸς ϛοματώδης, id eſt, corporum coniunctio perfectiſsima, quod attinet ac longitudinem & latitudinem, adeò vt Luna in tali conuentu ſtellarum illarum conſpectum nobis adimeret, niſi ampliſsima πρόμαξις, ſeu, vt vocant, diuerſitas aſpectus id ipſum impediret. Inde verò à corporeo coitu vltrà citraúe, antrorſum retrorſumúe, ſpacio quod ſemidiametri apparentes vtriuſque ſideris componunt, abſcedentes, platicam cõiunctionem tamdiu cuſtodiunt, dum, vt mox dicetur, radij ipſorum miſcentur. Ex his quæ dixi, quid ſit ſtellarum ϛοματικὴ ϛυνόδϑ, eſt perſpicuum. Reliquum eſt, vt ϛοματικὸς ϑιγματισμὸς, id eſt, aſpectuum corporeas copulationes exponamus, quarum diametralis non tantùm diuerſas atque æquales, ſed & contrarias latitudines, hoc eſt, vnam borealem, alteram verò auſtralem deſiderat. Exempli gratia, ſi ♂ ſit in principio Capricorni, cum auſtrali latitudine deſcendente p. 7. Venus verò ſit in principio Cancri, habens latitudinẽ borealem aſcendentem ſimiliter p. 7. Mars Veneri perfectiſsimè & ϛομαλικῶς opponetur. Stellæ verò lõgitudinis partibus 180. diſtantes, ſi latitudines cõtrarias non habuerint, id eſt, ſi vna ſeptentrionem luſtrante, altera in parte meridionali non ſit, in partili diametro longitudinis verſantur, & non latitudinis aut ϛομαλικῶς, quantũuis latitudines ęquales & diuerſas, hoc eſt, vnam aſcendentem, alterã verò deſcendentem habuerint. Porro reliquarum corporearum copulationũ, quas Ptolemæus contempſit, autor vnico ſaltem verbo inſinuare videtur, Soli iuniores obſeruant: Triquetræ, quamuis contrarias, non tamen æquales latitudines deſiderant. Hexagonæ nec æquales nec contrarias, ſed ſaltem ad vnam plagam inæqualiter tendentes, expoſcunt. Quadrangulares denique corporum copulæ nihil horum admittunt, ſed omninò id flagitant, vt vtraq; ſtella, vel ſaltem earum altera ſit in Ecliptica, atque latitudinis omnis expers. Quæ omnia facilimè intelliguntur ex ſpeculatione de aſpectibus Ioannis Blanchini, qui in circulo quodam magno ſuper Eclipticam inclinato, & per corpus ſtellæ quantamcunq; latitudinẽ habentis tranſeunte, radiationum ſeu aſpectuum interualla accipit. Huius circuli vterque polus exiſtit in circulo latitudinis per polos Eclipticæ & centrum ſtellæ deſcri

pto,& tanta intercapedine distat à polis Eclipticæ, quanta est ipsius stellæ latitudo, seu ab ipsa Ecliptica remotio. Cùm autem omnes circuli magni in sphæra sese mutuò bifariam intersecent, perspicuum est, stellarum latitudinem quantamcunque habentium, vtrumque quadrangulum perinde ac si latitudine carerent, in Ecliptica perpetuò manere, vtroque trigono & hexagono vnà cum diametro extra Eclipticam non vno modo, sed variabiliter cadentibus. Nam si latitudo stellæ fuerit septentrionalis, vterque eius hexagonus in latitudine septentrionali manebit, diametro cum ambobus triangulis ad meridionalem plagam procurrentibus. Econtrariò verò si latitudo stellæ meridionalis fuerit, vterque quoque eius aspectus sextilis in meridionali parte mundi commorabitur, oppositione cum suis collateralibus triangulis ad septentriones transmissis: cuius rei tibi compendium grammatico typo subiecimus. Apposuimus autem & numeros, qui indicant latitudines triquetrarum & sextilium radiationum, quæ à stellis plus octonis partibus ab Ecliptica minimè distantibus deriuantur. Vt in exemplo paulò antè à nobis posito, Mars principium Capricorni tenens cum latitudine australi p. 7. vtrunque hexagonum in meridie relinquit, distantem ab Ecliptica p. 3. 29 1ª, 37 2ª, reliquis radijs omnibus, exceptis quadraturis, qui in Eclipticam ad vnguem procidunt, ad septentriones eiaculatis. Ac oppositæ radiationis tanta est latitudo, quanta ipsius Martis, nempe p. 7. septent. triquetrarum verò par. 3. 29 1ª, 37 2ª, etiam septent. id quod ostendunt adscripti numeri, & prætereà id quoque monstrant, trigonos & hexagonos tanto penè interuallo distare ab Ecliptica, quanta est medietas stellarum latitudinis.

TABEL-



TABELLA EXPLICANS LATITVdinem trigoni & hexagoni ſtellarum ab Ecliptica plus p.8.non diſtantium.

Gradus ſtellæ latitudinis.	Latitudo trigoni & hexagoni.		
	P.	1ª.	2ª.
1	0	30	0
2	1	0	0
3	1	29	58
4	1	59	56
5	2	29	52
6	2	59	45
7	3	29	37
8	3	59	25

Hæc eſt perſpicua corporearum copulationum ratio, nullis obſcuritatis inuoluta ambagibus, atque ſi rem rectè perpendas, cum traditione Ptolemæi de figura equicruria ſuprà expoſita penè congruens. Verùm enimuerò Blanchinus & alij complures nequaquàm vulgares Aſtrologi, hanc Theoriam non tantùm ad corporum συζυγίας, ſed & ad reliquas omnes nudas & ſimplices radiationes accommodant, atque talia loca ſtellis vacua, non aliter atque corpora ſtellarum ab Ecliptica notabiliter diſtantium obſeruata latitudine dirigunt. Et cùm circuli latitudinum per polos Eclipticæ & limites radiationum latitudinem habentium euntes, non coincidant cum limitibus radiationum ſimpliciter in Ecliptica modo ſuprà tradito ſupputatarum, ſed vltra hexagonum citraque trigonum ferãtur, idcircò, vt æquationem aliquam aſpectuum inſtituant, vtuntur προσθαφαιρέσει ſcrupulorum, quorum multitudo ratione latitudinis planetarum, de quorum aſpectibus agitur, eſt variabilis, prout ſeries numerorum hic deſcripta tibi indicat.

Latitudo planetæ.		Scrup. προσθαφαιρέσεως.	Latitudo planetę.		Scrup. προσθαφαιρέσεως.
p.	ſcr. 1ª.	1ª.	P.	Scr. 1ª.	1ª.
0	30	0	4	30	5
1	0	0	5	0	6
1	30	1	5	30	7
2	0	1	6	0	8
2	30	1	6	30	10
3	0	2	7	0	11
3	30	3	7	30	13
4	0	4	8	0	15

Adduntur autem hæc scrupula hexagonis & adimuntur trigonis. Exemplum, Martis in p.15.49 1ª Capricorni cum latitudine meridionali par.7.commorantis, sextilis aspectus sinister cadit in par.15.49 1ª Piscium,cui si adijcias scrupula 11 1ª,septem partibus latitudinis correspondentia, deprehendes aspectum Martis sinistrum æquatum cadere ad vnguem ad finem partis 16 ♓, cum latitudine meridionali par.3.29 1ª,37 2ª. Cæterùm eiusdem Martis triquetra radiatio sinistra,quæ per longitudinẽ signiferi simpliciter supputata cadit in p.15.49 1ª Tauri,quando propter æquationem eadem scrupula 11 1ª omittit, in p.15.48 1ª Tauri desinit, cum latitudine boreali p.3.29 1ª, 37 2ª.De dextris radiationibus idem est iudicium.Ego verò nullam causam effatu dignam deprehendere potui, quæ artifices potuerit meritò aut debuerit impellere, vt sectarentur hanc laboriosam molestamque operationem,quæ multam ostentationem & fructum nullum præ se ferre videtur.Quidã eam autoritate Monteregij munitam prodiderunt: Sed non satis consideratè. Nam Monteregius hanc rationem operandi tamquam infirmã & inutilem reijcit,tantùm abest vt eam probet, atque nudas simplicesque stellarum latitudine præditarum radiationes absque vlla obseruatione latitudinis ad Eclipticam traducere docet,hoc modo.Omnis stella, sicut omnes alios, ita etiam illos efficacissimos quos obseruamus radios orbiculariter effundit,ita vt pro hexagona radiatione habeamus peripheriã illius circuli,qui ab vno hexagoni magno cœli circulo inscriptibilis latere taliter describitur,vt dicti lateris vna extremitas in centrum stellę desinens fixa maneat, ipsum verò latus vnà cum limite extensionem terminante ita circumducatur, vt in locum vnde moueri cœpit,reuoluatur.Similiter iudicandum est de omnibus radiationibus reliquis,nisi quòd Monteregius non aliter quàm Blanchinus locum radiationis quadratæ à loco longitudinis planetæ quadrante Eclipticæ semper distare, & radiationem oppositam ad terminum diametri desinere voluit. His ita se habentibus,perspicuum est,radium hexagonum nulla sui parte ad Eclipticam peruadere, si latitudo stellæ partes 60.excedat: duobus verò in locis Eclipticam dispescere, si stellæ latitudo partium 60.minor fuerit. Exemplum: Decretum sit explorare, ad quas

Problema 31.tab. direct.

partes Eclipticæ proijciat suos sextiles radios Mars, positus in par. 15. 49 1ª Capricorni, cum latitudine meridionali par. 7. Si iam id in globo stellifero euidenter experiri velis, ante omnia Martis tam longitudinis quàm latitudinis locum in instrumento inuenias, quo facto, mox deinde circino, ad interuallum lateris hexagoni in Ecliptica, vel quod idem est, in æquinoctiali supputati, aperto, ex loco Martis tanquàm centro describas peripheriam circuli, hexagonam Martis radiationem representantem, quæ quidem peripheria duobus in locis vtrinque à stella æqualiter, hoc est, p. 59. 45 1ª, distantibus Eclipticam transeundo secans, sinistrorsum limitem sextilis radiationis sinistræ, ad dextram verò radiationis sextilis dextræ terminũ definiet. Eodem modo de terminis tam triquetrarum quàm quadratarum radiationum cogitandum est. Horum aũt interuallorum varietatem, quam latitudines stellarum diuersæ faciunt, explicat tibi tabella radiorum, hic adscripta, quæ tam triquetrarum quàm sextilium radiationum loca definit.

TABELLA RADIORVM pro hexagona & triquetra radiatione Monteregij.

Arcus Latitudinis,	Eclipticæ.	
P.	P.	Sc. 1ª.
1	60	0
2	59	59
3	59	57
4	59	55
5	59	52
6	59	49
7	59	45
8	59	40

Si itaque de sententia Monteregij, stellarum latitudine effatu digna præditarum, radiationes seu aspectus æquare, atque ad deductiones, quas directiones vocant, preparare voles, intra tabellam radiorum cum latitudine planetæ, & è regione eius offeret se tibi statim quidam arcus Eclipticæ, longitudinem dextræ & sinistræ radiationis hexagonæ à loco stellę longitudinis supputandæ definiens, quo à par. 60. sublato, restabunt scrupula æquationis ab vtriusque sextilis radiationis longitudine subtrahenda, longitudini verò vtriusque radiationis trigonæ addenda, vt longitudo omnium horum aspectuum æquata prodeat Iuxta hanc igitur rationem, Mars in par. 15. 49 1ª Capricorni, cum latitudine boreali par. 7. constitutus,

extendit

extendit radium hexagonum dextrum quidem ad par.15.34 1ª Scorpionis, sinistrum verò ad par.15.34 1ª Piscium. Sed triquetram radiationem dextram ad p.16.41ª Virginis, sinistram ad par.16.41ª. Tauri proijcit. Quadratarum radiationum longitudines, quarum dextra ad par.15.49 1ª Libræ, sinistra verò ad par.15.49 1ª Arietis protenditur, tali æquatione, vt dictum est, minimè indigēt. Similiter nec longitudo diametri, quæ in par. 15.49 1ª Cancri definit. Cæterùm stellæ latitudine carentes, imò verò non plus par.1.41 1ª ab Ecliptica distantes, in vniuersum omnium radiationum longitudinem absque vlla æquatione tuentur. Ex his perspicua est operationum Blanchini & Monteregij differentia. Nam in vna augetur longitudo hexagonorum, in altera verò diminuitur. Similis contrarietas in æquatione triquetrarum radiationum conspicitur. Vtra harum opinionum verior sit, in medium relinquentes, ob duas potissimùm causas neutram modò probare visum est: primò, quòd latitudo quantumuis magna parum discriminis possit adferre aspectibus siue ex Ecliptica, siue per dictos modos sumptis, adeo vt partes octo latitudinis, in radio △ & ✱ vix 20. scrupulorum differentiam locorum faciant. Secunda & potissima causa est, autoritas Ptolemæi, qui latitudines obseruandas esse prodidit non in aspectibus radiorum, sed in corporeis stellarum copulationibus, & tum demum, si stellæ in vno signo congrediantur. Exemplum: Si ♀ distet à Sole p.16. habens latitudinem p.7. vel 8. ipsa certè extra radios Solis versabitur. Quòd verò in aspectibus latitudines obseruare non conueniat, causam dicit esse, quòd non considerentur radij planetarum, vt ex vno in extremitate mundi perueniunt ad alterum, sed vt ambo radij perueniunt ad centrum terræ, & in ipsis angulum faciunt: verba eius in fine libri primi Apotelesmaticorum hæc sunt: καὶ καθόλου δὲ σωάπτειν μὲν λέγονται τοῖς ἑπομένοις οἱ προηγούμενοι. Ἀπερείδεσθαι δὲ οἱ ἑπόμενοι τῶν προηγουμένων, ἐφ' ὅσον ἂν μὴ μακρὸν ᾖ τὸ μεταξὺ αὐτῶν διάστημα. παραλαμβάνεται δὲ τὸ τοιοῦτον ἐάν τε ὁμαλικῶς, ἐάν τε κατὰ μικρὸν τῶν παραδεδομένων ἀναλεσμῶν συμβαίνῃ, πλὴν ὅλου γε πρὸς μὲν τὰς δι' αὐτῶν τῶν σωμάτων σωαφὰς καὶ ἀπερείσεις, καὶ πλάγιον παρατηρεῖν αὐτῶν χρήσιμον, εἰς τὸ μονὰς τὰς π̄ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ ζῳ̄ μέσον εὑρισκομένας πρόσω παρα-

δέχεσθαι.

δέχεσθαι. πρὸς δὲ τὸν γινόμενον ἀκμαζισμὸν πολυειδόν ἐστι τὸ ζητοῦν, πάσσων ἀεὶ τὴν ἀκτίνων ἐπὶ ταὐτὰ, τυπέσιν ἐπὶ τὸ κάτοπτρον τῆς γῆς φερομένων, καὶ ὁμοίως πανταχόθεν συμβαλοῦσῶν, hoc est: Vniuersaliter autem præcedentes sequentibus dicuntur applicare: Sequentes verò à precedentibus defluere, quæcunque longo interuallo minimè distiterint, id quod tam de corporeis illarum congressibus, quàm configurationibus intelligẽdum est, nisi quòd in corporum applicationibus & defluxibus etiam latitudines earum obseruare vtile est: siquidem non nisi ij congressus admittuntur, qui ad easdem partes Eclipticæ reperiuntur. In configurationibus autem huiusmodi curare superuacaneum est, cùm radij vniuersi eodem, id est, ad centrum terræ ferantur, atque ita vndecunque emissi semper concurrant. Ex his verbis Ptolemæi sequi videtur, quòd in Solis coniunctionibus latitudo obseruanda sit, & in nullis alijs aspectibus. Et quanquàm hunc textũ ita exponat Cardanus, & res illud ipsum habeat, non enim potest stellarum corporea effici coniunctio, nisi latitudines habeant æquales, & eas non tantùm in vno circulo latitudinis, sed etiam ad easdem partes Eclipticæ sitas: nihilominus tamen arbitramur, in alijs quoque aspectibus obseruationem stellarum latitudinis, si non ad varietatem interuallorum, sed robur aspectuum referatur, plurimum habere momenti. Si enim, exempli gratia, Martis & Veneris fiat oppositio, cui dubium esse potest, talem oppositionem longè fore efficaciorem potentioremque, si Mars & Venus contrarias latitudines habeant, quàm si simul septentriones vel meridiem lustrarent, aliàs nullum locum habere possent ea, quæ suprà ex sententia Ptolemæi de figura æquicruria dicta sunt. Et vt triquetram radiationem iam silentio præteream, non dubium est, alios corporales intuitus omnes robur assumere, si ab vna parte Eclipticæ ferantur, & econtrariò fieri imbecilliores, si latitudines contrarias habeant. Hanc ob causam scriptum est apud Ptolemæum, vnam causarum, quæ efficiunt, vt loca Anęretica semper in vniuersum vim interficiendi non habeant, esse corporũ Aphetæ & Anęretæ contrariam latitudinem, ἐμποδίζεται γὰρ ἡ ἀναιρετικὴ μοῖρα, inquit, ἐὰν σωμάτων ἀμφοτέρων τοῦ τε ἀφιέντος καὶ τοῦ ὑπαντῶντος, μὴ κατὰ πλάτος ἢ ἑκατέρων, id est, pars

est, pars interimens impeditur, si corpus vtrumque dum est, & quod occursat & quod moderatur, non sit vtriusque eadem seu ad easdem partes latitudo. Vnde constat, fortiorem fieri occursum, si Apheta & Anęreta latitudine meridionali vel septentrionali concordent, languidiorem verò, si eadem dissentiant. Hinc patet, Ptolemæum hîc non reijcere omninò stellarum congressus in vtraque parte Eclipticæ factos, sed maiorem potioremq; vim & perfectionem tribuere coniunctionibus ad easdem partes Eclipticæ factis. Imò verò si latitudo ex eadem parte Eclipticæ, sed tamen inæqualis fuerit, minor sequetur effectus, propterea quòd corpus ad corpus nunquàm queat peruadere. Sed talis obseruatio latitudinum nõ interualla, vt dixi, radiationũ, sed robur stellarum mutat. Nam sicut inerrantes, sic etiam planetæ quantò Eclipticę propinquiores sunt, eò magis euidentiores effectus pariunt: quantò remotiores, tantò obscuriùs agunt, semper in vniuersum siue prope Eclipticam fuerint, siue ab eadem longissimè distiterint, vnum finem actionis, vnumq; genus effectuum intendentes, siquidem omnium cœlestium corporum naturalis actio, ad orbitam Solis, qui rector Olympi, vitæ lucisque fons existit, meritò refertur. Sed cur stellarum latitudines, interualla configurationum in Ecliptica non mutãt? quia, vt inquit Ptolemæus, vniuersi radij ad centrum terræ feruntur, atque ita vndecunque emissi, semper cõcurrunt. Sit maioris euidentiæ gratia Iuppiter in par. 15. Cancri cum latitudine [illegible] par. [illegible] In par. 15. Scorpij cum latitudine meridionali par. 7. dico radios Martis & Iouis corporeos in intimo [illegible] concurrentes, vndique æquali distantia, hoc est, spacio vnius anguli recti & parte eiusdem tertia, seu quod idem est, gradibus 120. distare. Id vt penitius intelligas, cogita vtriusque planetę [illegible] radium, ac vnum quidem per lineam à centro terræ ad Martis corpus proto[illegible]q; signiferi polum integrè reuolutam: alterum verò per lineam alteram similiter à centro terrę ad corpus Iouis procurrentem, & per eosdem signiferi polos circumductam, delineatum. His ita se habentibus, manifestum est, duo magnorum circulorum hemicyclia secare sese mutuò in axe Eclipticę centrum terræ transeunte, & quauis parte vltra citraque Eclipticam obser-

uata æqualitate anguli à se inuicem distare. Similiter planè de omnibus alijs radiationibus cogitandum est, nempè quòd sint hemicyclia in polos signiferi desinentia. Hæc cùm ita se habeant, perspicuum est, nec Blanchini, aspectus in peripheria cuiusdam circuli ad Eclipticam inclinati imaginantis, nec Monteregij, qui radios à corporibus stellarum tanquàm centris effusos orbes esse cogitat, opinionem concordare cum sententia Ptolemæi, qui vt ostensum est, radios omnes transfert in hemicyclia in polis signiferi intersecta, quorum interualla in Ecliptica supputata planè similia sunt, quibusuis interuallis versus vtrumuis signiferi polum procedentibus. Estque hæc summa laus huius sententiæ Ptolemęi, quòd per eam planetæ non tantùm stellis signifero propè adiacentibus, sed & omnibus alijs quotquot vniuersum cœlum intexunt, vno circuitu coniunguntur, id quod aliarum imaginationum nulla præstare potest. Exempli gratia, stella in sinistra manu Persei & capite Medusę lucens, γοργόνιον & κεφαλὴ τῆς γοργόνης appellata, habet latitudinem borealem par. 23. quam Mars nunquàm consequitur, & tamen iuxta hanc rationem rectè dicentur hæ stellæ coniungi, tum cùm Mars iter facit per par. $20\frac{1}{3}$ Tauri: tanta enim ferè est nostro tempore ab ęquinoctio apparente Gorgonis remotio. Talis autem coniunctio longè potentior futura est, si Mars in septentrione cum maxima quàm potest consequi latitudine versetur. Et Ptolemæum tales coniunctiones probare, plurimis eius dictis probari potest. [redacted] Hic signa δίσωμα & πολύμορφα discerni debent. Nam signa numerum conduplicantia alia in signiferum cadunt, vt sunt Gemini, Pisces & Sagittarius, & vocantur δίσωμα: alia verò extra zodiacum commorantur, vt sunt Centaurus, Auriga, Bootes, Hercules, hydra, & vocantur propriè πολύμορφα, id est, multiformia seu multiplicia, quorum nullũ propter magnam ab Ecliptica distantiam, Luna partes quinque latitu-

latitudinis nunquàm excedens, intrare potest, & tamen dicitur commorari in illis, cùm in eadem longitudine fuerint. In hæc prolixiùs nos diuertisse nemini videri debet alienum, propter assiduam artificum disceptationem de capiendis radiorum interuallis, quorum per dicta hemicyclia discretio, si ita veritati sicut sententiæ Ptolemæi consentit, certè Blanchini & Monteregij omniumque aliorum quoquo modo longitudinis aspectus æquantium opiniones, non modò ad artis exercitium minimè necessariæ, sed & erroneæ non immeritò censeri poterunt. Adiuuat nos ipsa dirigendi, vt vocant, ratio à Ptolemæo lib.3.cap.de vitæ spacio proposita, vbi disertè tradit, ratione latitudinis vires seu potentiam stellarum saltem mutari, & non variari tempora, quæ per progressionem definiunt. Etenim quàmuis stella seu paruam seu magnam latitudinem habeat, tamen pro directione perficienda semper assumit tempora horaria partis Eclipticæ longitudinis, hoc est, eius partis Eclipticæ, quam hemicyclium per polos signiferi & stellam transmissum definit, perinde ac si stella Eclipticam lustraret. Nam si stellarum latitudines temporibus per directionem definiendis aliquam varietatem posse adferre putasset, rem tantam tantique momenti, vir ille immensę diligentiæ haud dubiè silentio non præterijsset. Sed iam reliquas species copulationum exponere tẽpus est. Platicæ copulationes sunt, quæ similiter vel in vno signo vel in signis conjunctis existunt, sed tamen iuxta latioré cohærentiam radiorum accidere dicuntur. Hæc subdiuiditur in κόλλησιν καὶ ἀποῤῥοίαν, id est, glutinationem seu applicationem & defluxum, quem separationem nominant. Applicatio fit cùm leuior insequitur ponderosum, atque ad eiusdem copulationem partilem appropinquat. Defluxus seu separatio fit, quoties planeta leuior in pluribus partibus existens à ponderoso recedit: sufficit autem, quòd leuior si non sit in pluribus partibus, vt saltem sit in vno scrupulo vel pluribus recedens, siquidem corpora eorum propter dissimilitudinem latitudinum rarissimè coëunt: veluti si ☉ sit in par.28.scrup.6.♎, ☽ in par.28.scrup.7.eiusdem signi, Luna dicitur recedere à Sole. Sed quanto spacio vis radiorum commista cohæreat, dissentiunt iudices. Autor putat applicationem & defluxum durare, dum

κόλλησις Applicatio simplex.

ἀποῤῥοία Defluxus simplex.

corpus vel radius primarius leuioris distat à ponderoso vel radio eiusdem par.6. Communis opinio est, copulationem planetarum tam diu durare, dum radij ipsorum miscentur, hoc est, medietate orbium amborum sese attingentes cohęrent. Quo pacto ☉ existens in par.5.♌, applicat Saturno lustranti par.29. eiusdem ♌, sic ☽ in par.6. ♑ ex □ applicat Saturno in par.27. ♈ commoranti, est enim differentia par.21. quantam efficiunt semidiametri orbium compositi, quorum spacia suprà indicata sunt: Solis quidem semidiameter p.15. Lunæ p.12. ♄ & ♃ 9. ♂ par.8. ♀ & ☿ par.7. Quare si ☉ sit in par.3. ♈, & ♂ in par. 26 ♌, tunc Sol dicetur se applicare atque ire ad △ Martis, idque tamdiu donec suo velociore motu ad partem ♈, parti Leonis in qua Mars versatur, similem delatus, ei partiliter iungatur. Haly voluit, quòd applicationes fiant ex tribus gradibus ante, separationes verò vno gradu vltra ponderosum, nec tamen applicationem iuxta quantitatem orbium neglexit. Guido inquit: Quando vnus planeta proijcit radios suos super radios alterius, & distat ab eo spacio, quod semidiametri orbium amborum efficiunt: tunc leuis dicitur petere copulationem ponderosi, & significat rei effectum, nisi eiusmodi coniunctionem alius planeta destruat. Quòd si medietate orbis alterius distiterint, coniunctio iam absoluta itidem effectum rei, nisi aliunde impediatur, significabit Postremò si medietas orbis velocioris tangat corpus ponderosi, tunc ponderosum in partibus leuioris esse dicunt. Cardanum hos limites diligentiùs ponderasse atque de sententia Ptolemæi accuratiùs & veriùs finiuisse, haud dubium est: quare eum, quia est artifex, potissimum hic sequendum censeo. Porro spacia cœli quibus corpora siderum eorundemq; radios cohærere cum Ptolemæo indicat, sint in ☉ p. 17. Luna 12 ½, ♃ 12. ♄ 10. ♀ 8. ♂ & ☿ 7.

Tabella applicationũ & defluxuum.

♄	p. 10
♃	p. 12
♂	p. 7
☉	p. 17
♀	p. 8
☿	7
☽	12 ½

Cùm igitur planeta cui applicatur, vel à quo fit defluxus, non plus in tabella assignatis partibus distiterit ab eo, qui se applicat aut separat, dicitur applicatio vel defluxus, sic vt partes illæ de pla-

de planeta cui fit applicatio, vel à quo fit defluxus, nõ autem de eo qui defluit aut applicat intelligantur:id diligenter obseruando,applicationem fortiorem esse defluxu, quantoque propior aspectu vel corpore fuerit applicatio, minusque longè separatio recesserit,tantò copulationem efficaciorem esse dijudicandam. Nam vt Cardanus scripsit,vires aspectuum sunt veluti labor flectendi balistam. Nam coniunctio vel aspectus ex duabus partibus est decuplus illi qui fit cum distantia partium decem: & qui ex eadem parte,decuplus ei,qui fit cum distantia duarum partium : & qui per sex partes minutas, decuplus ei, qui fit per distantiam fermè vnius partis, vnde maximi euentus. Item obserua,vt applicatio leuioris ad ponderosiorem fiat, necesse esse ponderosum plures p. in suo signo confecisse, leuiorem verò pauciores. Vocantur autem ponderosi seu graues planetæ à tarditate motus,quales sunt tres superiores : Leuiores verò à celeritate,quales sunt tres inferiores . Ex quo efficitur, vt leuis retrogradus vel cursu diminutus natura tardo fiat ponderosior. Quo pacto Mercurius retrogradus ponderosior Venere,& hęc tarda cursu ponderosior Sole existimanda est. Ex dictis patet, primum genus applicationis separationisque simplicissimum & facilimum . Secundum applicationis genus est,cùm vterque planeta retrogradus est, sed leuior est in pluribus partibus, & celeriùs eundo grauiorem assequitur,veluti si sit

♀ in parte 9.♎ retrocedens.
♄ in parte 8.♎ retrocedens.

Hic ♀ ocyùs retrocedens,Saturnum segniùs & tardiùs repedantem persequitur, eidemque se tandem coniungit . Quòd si vtroque retrocedente, leuior sit in partibus paucioribus, fiet violenta seu auersa separatio,vt si sit

♀ in parte 8.♎ retrocedens.
♄ in parte 9.♎ retrocedens.

Hic Venus contrario motu se à ♄ separat,quòd ocyùs quàm Saturnus in antecedentia signa feratur. Tertiũ genus applicationis & defluxus vocatur mutuum Est enim applicatio mutua, cùm duo planetæ,vnus qui est anterior motu directo,& alter qui sequitur motu retrogrado,sibi inuicem occurrunt, veluti si sit

♀ in parte 24. ♎ procedens.
☿ in parte 25. ♎ retrocedens.

Hic ♀ & ☿ sibi mutuò occurrunt, & significant duplicationem effectuum, qui per huiusmodi applicationem fieri solent.

Defluxus autem mutuus fit, cùm planeta qui est in pluribus partibus, est directus, & qui in paucioribus retrocedens, & significat frustrationem significatorum, veluti si sit

♃ in parte 9. ♉ procedens.
♀ in parte 8. ♉ retrocedens.

Hi sunt modi generales applicationum & defluxuũ, & habentur per diuisionem. Aut enim vterque planetarum reperitur directus, aut vterque retrogradus: aut denique alter eorum directus, alter verò retrogradus, nec possunt inueniri plures casus, in quibus omnibus quotiescunque iunguntur intra metam luminis, applicationem, quoties verò iunguntur antequàm leuiores grauiorum metam luminis exeant, separationem seu defluxum facient, sicut diximus. In his copulationibus & sequentibus omnibus facilimè & breuissimè dijudicandis non parum iuuaberis compendio generaliter omnium planetarum omnes aspectus tam ad se ipsos, quàm ad reliquas figuræ partes effusos complectente, quod in singulorũ genituris aliarũúe rerum principijs πινακικῶς tibi describere poteris in hunc modũ. Duc in lõgitudinẽ lineas circiter tredecim, atq; in spacijs summitatũ ab Ariete incipiẽdo duodecim signiferi signa describe. Posteà lineas prioribus transuersales septem spacia pro numero septẽ planetarum complectentes ducito. Denique in primo supremoque spacio depinge characterem illius planetæ, qui pauciores sui signi gradus perfecit, idque sub signo illo in quo planeta ille paucissimarum partium reperitur. Proximum spacium occupare debet is planeta, qui post priorem pauciores partes sui signi perambulauit. Pari ratione sequentia spacia reliquis planetis tribuenda sunt, ita vt vltimum spaciũ sortiatur is, qui cæteris omnibus plures sui signi partes peragrauit. His ita se habentibus, si singulorum planetarum epochis ad marginem annotatis, ex vtroq; latere planetarum, aspectus vniuersos conuenientibus signorum spacijs inscripseris, tabellam radiorum Astronomicam perfectam obtinebis.

TABEL-

TABELLA ASPECTVVM PLANETARVM

non tantùm ad applicationes & ſeparationes dijudicandas, ſed & ad Apheticorum locorum deductiones conferens, ad exemplum à nobis aſſumptum accommodata.

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	P.	Sc.
□	✱		☿		✱	□	△		☍		△	1	12
✱		☉		✱	□	△		☍		△	□	8	54
✱		♀	⊕ 1542	✱	□	△		☍		△	□	25	53
♄		✱	□	△		☍		△	□	✱		26	42
✱		♃		✱	□	△		☍		△	□	27	12
✱	□	△		☍		△	□	✱		☽		27	52
	☍		△	□	✱		♂ ret.		✱	□	△	28	21

Hæc tabella omnes planetarum aſpectus, applicationes & defluxus perſpicuè oculis exponit. Nam planetæ in Ecliptica per par. 60. diſtantes, hexagono, qui par. 90. ex quadrangulo, qui p. 120. ex triangulo, qui par. 180. ex diametro ſeſe vident. Quòd ſi non ad vnguem inueneris hunc partium numerum, aſpice primùm ad Saturnum, & perpende quis planetarum reliquorum aut an alicuius planetæ aſpectus eum præcedat, intra metas radiorum, ſuprà de ſententia Ptolemæi annotatas, aut ſi aliorum opiniones te delectant, intra medietatem, vt vocant, orbis, nam is idem ipſi applicare dicitur. Similiter ſi planetam vel aſpectũ intra dictos limites Saturnum ſequi deprehenderis, eundem planetam à Saturno ſeparari ſeu defluere pronunciabis. In propoſito exemplo Venus ſiniſtro ſexangulo Saturno applicat. Et Iuppiter à dextro hexagono Saturni defluens, triangulo Lunæ & corpori Mercurij applicat, &c. Abſoluto Saturno ſimiliter reliqui ponderoſiores ad ſe leuiores conferendi ſunt. Quid latitudinibus ſtellarum in aſpectuum dijudicatione tribuendum putemus, ſuprà prolixè diximus.

Κεφα-

Et cùm separa.&c.

2 Κενοδρομία, seu inanis cursus planetæ est, quando alijs stellis non permiscetur, hoc est, cùm ab alicuius ♂ aliaúe copulatione separatur, nec alteri per corpus aut aspectũ coniungitur, & quàm diu fuerit planeta in eodem signo dicitur cursu vacuus, quod intelligendum est iuxta metas radiorum, quas modò finiuimus. Hoc autem accidens potissimum in ☽ & ☉ obseruatur, (exemplum est apud Ptole. lib. 3. cap. de parentibus) in alijs ferè negligitur. Sit exempli gratia, ☽ in ♑ iuncta ♃, & post separationem eius à ♃ non sit aliquis planeta in ♑, cui intra perscriptos terminos possit coniungi, nec sit radius alicuius quem queat aspicere, Luna tantisper vacua cursu dicetur, donec emenso Sagittario alicui corpore vel aspectu copuletur.

Et cũ fuerit planeta,&c.

3 Feralis planeta nominatur, cùm in aliquo signo solus absq; coniunctione aliorum radijsúe aspicientibus fuerit, sic dictus à similitudine hominis à societate alieni, aut feræ degentis in solitudine. Hoc modo vis planetarum fit languidior, & insigniter debilitatur, præsertim si etiam simul peregrini fuerint. Nominatur autem peregrinus planeta, cùm non fuerit in aliqua dignitatum suarum essentialium, vt ♄ in par. 6. ♈ quoniam nullam dignitatem habet, peregrinus censetur. Differentia verò inter κενοδρομίαν & feralitatem est, quòd in illa sidus in signo quod lustrat habeat socium radium à quo separatur: in hac verò omni lumine aliorum destituitur.

Et cùm separatur planeta, &c.

4 Translatio luminis seu naturę est, quæ fit cũ tres fuerint planetæ, & leuissimus fuerit medius inter reliquos & intra metas: Tunc leuissimus dicitur transferre lumẽ anterioris ad sequentem: Est igitur sententia verborum autoris, quando leuis separatur à ponderoso & ante completam separationem alteri corpore vel aspectu coniungitur: tunc leuis ille transfert lumen & naturam primi ad secundum: verbi gratia, sit

♃ in parte 4. ♓.
☉ in parte 15. ♓.
♂ in parte 21. ♋.

Hic ☽ separatur à corporali ♂ ♃, & ante completam separationem applicans se ex △ Marti, in eundem lumen Iouis transfert. Nam lumen Iouis p. 12. Martis verò par. 7. suprà posuimus. Aliud exemplum, sit

☿ in

☿ in parte 8. ♋.
☽ in parte 10. ♊.
♃ in parte 10. ♓.

Hic ☽ separatur ab aspectu hexagono Mercurij, & partiliter ex tetragono copulatur Ioui, lumenque Mercurij ad ipsum ♃ transfert. Non autem prohibet Mercurium à copula cum Ioue. Nam ♋ & ♓ sunt signa ἀσύνδετα. Quod ideo adijcio, ne quis translationem luminis & prohibitionem ab aspectu, de qua posteà dicetur, nihil differre putaret. Sequitur alius modus trãslationis luminis priori valdè affinis. Cùm, inquit, leuis se ponderosiori iungitur quacunque copula, & ille ponderosior iterum alteri se ponderosiori copulatur : tunc medius dicitur transferre naturam leuissimi ad ponderosissimũ. Exẽplum, sit

♃ in parte 15. ♋.
☽ in parte 14. ♉.
♄ in parte 16. ♎.

Hic Iuppiter Lunæ ex sextili aspectu commistus facit Saturnum de natura Lunæ participem, quamuis ipsa Luna Saturno planè inconiuncta sit. Aliter & melius. Tribus planetis in vno signo existentibus, si grauior fuerit in pluribus partibus, leuior autem in paucioribus, nec intra metas, sed medius intra metam applicationis ad tardiorem, & intra metam qua leuior illi applicat; tũc medius vim leuioris ad tardiorẽ deferre dicitur: vt si sit

♄ in parte 29. ♒.
♃ in parte 28. ♒.
☽ in parte 16. ♒.

Hic ♃ virtutem ☽ Saturno defert. Hæc est generalis via translationum, quam recentiores quidam ad paucos casus constringunt. Vocant enim translationem luminis & virtutis tum demum fieri, quando planeta leuis separatur à ponderosiore se, & applicat alteri qui eiusdem sit qualitatis : veluti si sit

☉ in parte 1. ♈.
☽ in parte 1. ♊.
♂ in parte 8. ♊.

In hoc casu ☽ separans se à ✱ ☉, & applicans corpori ♂, defert caliditatem ☉ ad ♂, qui etiam est calidus. Nam Sol vim suam, quam Luna per aspectũ ab eo accepit, Marti tribuit.

Si autem non iungi tur vnus, &c.

6 Redditus seu collectio luminis est, quando duorum planetarum huiusmodi situs fuerit, vt non alter alteri, sed ambo iungantur alicui tertio: tunc tertius ille amborum lumen colligit, & recipit naturam eorum, & ad partes zodiaci, quas ✱ □ △ vel ☍ radiatione intuetur, proijcit, in quibus locis planeta aliquis existens lumen prædictorum duorum accipit. Verbi gratia, sit ☉ in ♎ & ♀ in ♏, nullo aspectu se videntes, Mars verò Cancrum lustrans Solem ex □ & ♀ ex ✱ videat. In hoc casu ♂ lumina ☉ & ♀ colligit, atque ad loca suorum radiorum, vel etiam ad planetas ibidem existentes proijcit, hoc est, Mars tanquàm medium, Solem & Venerem per se inconiunctos coniungit, atque eorundem lumen tam locis quàm stellis quæ aspicit, reddit seu tribuit.

Iterum si vnus planeta, &c.

7 Alio modo dicit accidere luminis redditum, seu duarum stellarum inconiunctarum copulationem, si duos planetas sese minimè radijs contingentes tertius aliquis commisceat, ita vt separans sese ab vno, eiusdem lumen ad alterum cui iungitur, deferat. Sed hic casus à translatione luminis, de qua paulò antè dicebamus, nihil discrepat.

Sequitur prohibitio, &c.

8 Duobus modis planetarum copulationes impediri docet. Primò, tribus planetis vnum signum lustrantibus, si planeta tardior fuerit inter duos leuiores: tunc medius ille prohibet lucem illorum communicari: vt si sit:

♃ in parte 12.
♄ in parte 11. } ↔
☽ in parte 5.

In hoc casu ☽ petit ☌ ♃, sed coniunctionem hanc prohibet ♄, qui in medio propinquiorque existens, repulso Ioue ipsemet Lunam excipit. Quòd si talis coniunctio leuiorum futura esset mala, tũc prohibitio vtilis est & iuuat: Si autem bona, nocet. Secundò, duobus planetis in vno signo existentibus, si leuior ipsorum iungatur ponderoso, & planeta tertius eundem ponderosum, æquè vicino radio feriat, hoc est, si radius aspicientis & corpus planetæ in eodem signo existentis, à ponderoso æqualiter distent, tunc ille qui coniungitur corpore, intuẽtem ab aspectu prohibet. Quòd si radij aspicientis propiùs ad ponderosum accesserint, repulsa societate planetæ in eodem signo existen-

existentis, copulatio aspicientis cum ponderoso perficietur: veluti si sit

Saturnus in parte 10. ♒.
Mars in parte 6. eiusdem ♒.
Iuppiter in parte 6. ♎ vel ♊,

proijciens suos radios △ ad part. 6. ♒, tunc ♂ abacto aspectu Iouis, ipsemet Saturno corpore iungitur. Econtrariò ♃ positus in par. 7. ♎ trigono irradians part. 7. ♒, Martem à ♂ Saturni prohibet, eidemque ipse coniungitur, quod maximè verum est, si is qui prohibet, velocior sit motu eo, qui prohibetur. Quòd si is qui prohibetur, sit velocior prohibente, eoque citiùs ad ponderosi corpus sit peruenturus, contrarium videtur esse verum, siquidem in hoc negotio omne quod potentia est tale, actu tale esse intelligitur.

9 Pulsatio primò fit, cùm planeta fuerit in dignitate aliqua, id est, domo, altitudine, trigono aut termino alterius eundem aspiciens, dicitur pulsare, id est, mittere naturam illius dignitatis ad ipsummet dominum, cuius fuerit dignitas: semper enim hic dominus loci ab aspiciente accipere suam virtutem intelligitur: veluti si ☉ sit in ♑ aspiciens trigono Saturnum lustrantem ♍, tunc ☉ in domo ♄ mittet naturam domus Saturninæ ipsi Saturno loci Solis domino. Similiter si planeta leuis in aliqua dictarum dignitatum suarum existens aspiciat alium ponderosum nullam habentem dignitatem in loco in quo est leuis: tunc leuis propriam naturam transmittit ponderosiori & peregrino: veluti si sit

Et si coniungitur planeta domi. &c.

☽ in parte 7. ♉ △.
♄ in parte 7. ♍ △.

Hic ☽ mittit fortitudinem seu virtutem suam exaltationis Saturno, cùm tamen Saturnus nullam dignitatem in loco Lunæ habeat.

10 Receptio fit, quando planeta in dignitate sua existens aspicit alium qui in eodem loco dignitatem obtinet: veluti si ☉ in ♈ domo Martis & sua exaltatione constitutus, videat ✱ ♂ in ♒, tum ☉ vtramque naturam, suam videlicet & eam quam ♂ in ♈ ratione domus obtinet, Marti communicat. Quòd si inferior existat in dignitate superioris, & vice versa superior

Et si fuerit planeta in &c.

in dignitate inferioris, mutua perfectaque fit receptio, vt ☉ in ♈ & ♂ in ♋, mutua receptione se recipiunt. Nam ☉ est in domo Martis, & ♂ in domicilio ☉.

Nunc sequitur reddi. &c.

11 Redditus seu potius restitutio virtutis fit, cùm inferior aspicit superiorem combustum aut retrogradum, qui effectus debilis remittit inferiori virtutem quam sibi miserat: vt sit ☽ in ♉, & aspiciat ☿ combustum aut retrogradum in Capricorno. In hoc casu ☽ committit naturam suæ altitudinis Mercurio: sed quia Mercurius est combustus, non potest retinere naturam sibi commissam, ideo reddit ei lumen, quod ab eo acceperat. Quando verò vtiliter & quando cum detrimento fiat restitutio, patet euidenter in textu.

Indesequitur Almenen. &c.

12 Refrenatio à ☌ vel aspectu fit, cùm inferior superioris coniunctionem petens, vel iam est retrogradus, vel quia antequàm partiliter cum ponderosiore iungatur, sit retrocessurus: veluti si sit.

♄ in parte 12. ♍.

♀ in parte 5. ♍.

Hic Venus vadit ad ☌ ♄, verùm si partem 8. vel 9. attingens ante copulam cum Saturno incipiat retrocedere, refrenabitur huiusmodi casu ♀ à copulatione Saturni, mutabiturque hæc, quę primo aspectu videbatur simplex applicatio, in separationē mutuam, si videlicet Venere retrocedente, Saturnus progrediatur. Est enim defluxus mutuus, cùm planeta qui est in pluribus partibus, est directus, vt suprà dictum est: qui verò pauciores tenet partes, est retrogradus. Idem verò est iudicium de cōfigurationibus alijs, si nimirum vadat planeta ad aspectum, sed antequàm eum assequatur, incipiat retrocedere.

Hāc sequitur Alicho rad, id est, con. &c.

13 Quando tres planetæ fuerint in eodem signo, quorū vnus sit ponderosus, alij duo verò leuiores, ita tamen, vt alter leuiorum transierit ponderosum, alter verò petat coniunctionem eiusdem, sed antequàm ei copuletur, ille qui transiuit ponderosum, fiat retrogradus, & per retrogradationem iungatur primo ponderoso: deinde verò eundem transiens, leuiori quoque se adiungat, atque hoc modo coniunctionem prioris cum ponderoso destruat: veluti si sit.

♃ in princi.♌ procedens.
♄ in parte 8.♌ procedens.
♂ in parte 10.♌ retrocedens.

Hic ♃ petit ☌ Saturni, sed antequàm eum assequatur, Mars in parte 10.♌ factus retrocedens, priùs ♄ iungitur, ac deinde Ioui obuiat, atque sic ☌ ♃ & ♄ destruit. Id vocat autor contrarietatem: Cardanus verò perturbationem. Perturbatio, inquit, fit, cùm duo planetæ applicant alter alteri, quantum ad naturalem motum: sed est vnus tertius planeta in pluribus partibus vtroque, qui antequàm primi duo iungantur, vel quia iam sit retrogradus, vel quia paulò post fiat retrogradus, iungit se tardiori, & interponit se inter primos duos, & ita perturbat cõiunctionem primorum planetarum.

14 Frustratio à ☌ vel aspectu fit, quando leuis petit coniunctionem ponderosi, sed antequàm ei copuletur, ponderosus intrat aliud signum, in cuius principio sunt radij alterius planetæ, qui signum illud aspicit, isti radij primò ponderoso, mox deinde leuiori occurrentes, dupliciter coniunctionem leuioris cum ponderoso frustrari possunt: verbi gratia, sit. Sequitur Alfazim, id est, &c.

♃ in parte 29.♌.
♂ in parte 19.♌.

petens coniunctionem ♃, sed antequàm venit ad eum Iuppiter intrat ♍, in cuius principio fingamus radios Saturni, qui primò Iouem, deinde Martem excipientes, coniunctionem ♂ cum ♃ frustrantur.

15 Sententia est: Cùm planeta leuis petit coniunctionem ponderosi, sed antequàm eum assequatur, alter planeta copulatur illi ponderoso per retrogradationem, & sic abscindit lumen primi à ponderoso: veluti si sit Hinc sequitur abscisio, &c.

♄ in parte 29. ♈.
♃ in parte 24. ♈.
♂ in parte 1. ♒ retrocedens,

intuens Saturnum valdè propè ex □. In hoc casu ♃ petit coniunctionem ♄, sed antequàm eam compleat, Mars per retrocessionem ex ♒ in ♑ cedens Saturno partiliter ex □ copulatur, atque ita lumen Saturni à Ioue abscindit. Hic tertius planeta, retrogradus videlicet, vel eiusdem radij, ponuntur in prin-

cipio signi sequentis, & reliqui duo circa finem signi antecedentis. In contrarietate verò, de qua paulò antè dixit, omnes tres planetæ in eodem signo existunt, & planeta retrocedens non solùm ponderoso, sed etiam leuiori occurrit, neque in alia re hæ duæ formæ differunt, quare vtramque sub vno nomine vel contrarietatis, vel perturbationis, vel interpositionis rectè concluseris.

Similiter si fue. &c. 16 Quando leuis petit ☌ ponderosi, sed antequàm eum assequatur ponderosus, iungitur alteri se ponderosiori, & ita ponderosissimus abscindit lumen mediocris à leui, vt si sit

♄ in parte 10. ♈.
♃ in parte 9. ♈.
♂ in parte 4. ♈.

Hic ♂ petit ☌ ♃, sed antequàm ei coniungatur Iuppiter copulatur cum Saturno, qui abscindit lumen Iouis à Marte. Sed hoc accidens suprà prohibitionem vocauit, nullum enim discrimen inter hæc duo apparet. Quare horum casuum cùm alter ad perturbationem, alter ad prohibitionem pertineat, abscisio luminis rectius & propriè definienda adhuc relinquitur. Est igitur abscisio luminis, quando tres planetæ fuerint intra metas, & leuissimus sit in paucioribus partibus, sed cursu reliquos vincens prætergrediatur medium, atque attingat illum qui est in pluribus partibus antequàm medius illi coniungatur, tunc ille leuis & cursu velox dicitur abscindere lumen medij à postremo, qui est in pluribus partibus: veluti si sit

♃ in parte 28. ♉.
♂ in parte 14. ♉.
☉ in parte 7. ♉.

Hic ♂ erat iturus ad ☌ ♃, sed ☽ ocyore motu transiens ♂ priùs quàm ♂ attingit ♃, & lumen ♂ à ♃ abscindit. Quamuis enim Luna nondum attigerit Iouem, neque interposita sit inter ♂ & ♃, tamen ita iudicandum est, quasi iam attigisset: quia omne quod potentia tale est, actu vim talem obtinet, ex quo quidem fonte omnia hæc præcepta fluxerunt. Similiter autem per radios alterius planetæ abscisio luminis, sed quæ longè sit debilior, intelligenda est: veluti si sit

♃ in parte 13.♊.
♂ in parte 8.♊.
☽ in parte 6.♍,

proijciens radium □ in parte 6.♊. Hic ♂ erat petiturus coniunctionem ♃, sed ☽ velocior transeundo ipsum Martem quadrato delapsa ad ♃ abscindit Martis lumen à ♃, &c.

DE LOCIS FORTVNATIS & malis.

1 *Sunt quoque his planetis loca in quibus confortantur, & in quibus debilitantur, & loca in quibus fiunt fortunæ, & loca in quibus fiunt mali. Sed loca in quibus fiunt fortunæ, sunt hæc, vt scilicet sint in aspectibus bonorum, id est, in aliquo aspectu vtili, scilicet sextili aut in trino aspectu, quia quibusdam ita nominatur hexagona radiatio quoque ac trigona, & vt sint mali cadentes ab eis, sintq; separati ab infortuna & iuncti fortunæ: aut sint obsessi à fortunis vel radijs eorum, id est, vt sint inter duas fortunas vel inter radios fortunarum.*

2 *Hæc est enim obsessio, vt habeat planeta fortunam vel radios eius ante se, & aliam fortunam, vel eius radios post se. Et quidam vocant hoc altifert, id est, veneratio: aut sint vniti cum Sole in vno gradu, aut sint in aspectu eius sextili, siue trino, vel consimili aspectu Lunæ, & Luna tunc sit fortunata, & vt cursu sint veloces, aucti lumine & numero, aut sint in dignitatibus suis vel in suo Haim, id est, in sua similitudine, vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino, & fœminus in signo fœminino, & diurnus in die super terram, & in nocte sub terra, nocturnus in nocte super terram, &*

ram, & in die sub terra, & reliqua: & vt sint in signis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas, vel in gaudijs suis, vel in gradibus lucidis, recepti. Et ex fortitudine eorum est, vt sint ascendentes in septentrione, aut sint septentrionales, vel sint ascendentes in circulo augis suæ, aut in statione secunda, hoc est, quando fuerint in statione vbi dirigantur à retrogradatione, aut sint exeũtes de sub radijs Solis, aut sint in angulo, vel in sequenti eius, aut sint tres altiores orientales à Sole: quòd si eum aspexerint sextili, aut trino aspectu, erit illis hoc augmentum fortitudinis, aut fuerint in quartis masculinis. Et Sol cùm fuerit in illis quartis masculinis, aut in signis masculinis, erit fortis etiam, nisi sit in Libra, quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferiorum est, vt sint occidentales à Sole, aut in quartis fœmininis, & ex fortitudine Lunæ, vt sit in nocte super terram, & in die sub terra, in loco fœminino, vel in signo fœminino, & cùm fuerit in exaltatione Solis.

Loca fortitudinum.

De infortunio planetarum.

Ex infortunio verò planetarum & destructione eorum est, vt sint in coniunctione malorum, aut in oppositione eorum, vel in eorum tetragona, aut trigona, aut hexagona radiatione: aut si fuerit inter eos & corpus mali vel radios eius minus termino planetæ, aut fuerint in terminis malorum, aut domibus eorum, aut sint mali eleuati super eos à X. vel XI. à locis eorum, & multò deteriùs si non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione So-

Loca infortunãtia.

ne Solis, vel oppositione eius, vel in tetragona radiatione, aut fuerint in capitibus suorum Genzahar, aut cum caudis suis, aut cum capite Draconis vel cauda, sintque inter eos & inter aliquem istorũ scilicet locorũ XII. gradus vel infrà: & maximè si fuerit Luna in aliquo eorum. Similiter & Sol tunc magis impeditur ab eis, id est, à capite vel cauda, cùm fuerint inter ipsum & vnum eorum etiam IIII. grad. ante vel retro. Aut fuerint planetæ obsessi inter duos malos, hoc est, vt sit planeta in signo aliquo & cum eo malus, vel radij eius ante se, & malus vel radij eius post se, aut separetur à malo per coniunctionem, vel per aspectum, & iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus, vel radij eius in signo quod est ante eum, id est, in secundo ab eo: & in signo quod est post eum, id est, in duodecimo ab eo fuerit alter malus, vel radij eius. Similiter dicitur de signis quòd sint obsessa. Quòd si aspexerit fortuna vel Sol eundem planetam obsessum, vel signum obsessum à trino, vel à sextili aspectu: fueritq; inter eum & coniunctionem minus septem gradibus, soluitur ipsa malicia vel obsessio. Et ex hoc vt sit planeta retrogradus, vel sub radijs Solis combustus, aut cadens ab ascendente.*

Luminaria maximè impediuntur in nodis, propterea quòd in eis soleãt deficere.

*id est, in fortunio etiam est.

Et ex debilitate eorum est, vt sint tardi cursu, aut in statione prima, hoc est, quando stant vt retrogradi fiant, aut sint in gradib' tenebrosis: aut sint masculini in signis fœmininis: & gradibus fœmininis, in die sub terra, & in nocte super terram, aut sint fœminini in signis masculinis: & in gradibus masculinis, in nocte sub terra, & in

Loca debilitatis.

die super terram: aut sint in oppositione dignitatum suarum seu potestatum, aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis, vel à succedentibus angulorum, aut in domibus cadentibus.

3 *Aut sint in via combusta quæ est medietas vltima Libræ, & prima medietas Scorpionis, aut iungantur planetæ retrogrado vel impedito seu cadenti: aut non sint recepti. Aut sint tres altiores à Sole occidentales, aut in quartis fœmininis: & debilitas Solis est, vt sit in signis fœmininis, aut in quartis fœmininis: nisi sit in domo nona, & debilitas trium inferiorum est vt sint orientales, aut in quartis masculinis.*

Sunt quoque his plane. &c.

1 Describit catalogum locorum, in quibus planetæ vires augent minuuntque, fortunantur atque infortunantur. Et quid velit, planè intelligi potest ex textu. Hæc phrasis Astrologorum (vt sint cadentes ab eis) hic annotanda est. Planeta cum quacunque stella, si vnum idemque signum teneat, vel ab eadem εἰς τὰ ἑπόμενα, id est, in consequentia distet 4. 7. aut decem signis, dicitur versari in angulo ab ipsa. Quòd si signum ordine ab ipsa secundum, quintum, octauum, aut vndecimum lustrauerit, in succedenti: si 3. 6. 9. aut 12. teneat, in cadenti ab ipsa esse dicetur. Item hoc loco planeta superior eminentiorq; eò esse dicitur, à quo secundum signorum ordinem spacio 10. aut 11. signorum distat: vt ♂ in ♐ extollitur super ♀ lustrantem signum ♑. Nam ♐ decimum est signum à Sagittario. Hoc modo angulus M C. extollitur super ascendens. Reliquas formas sublimitatum, seu vt vocant, eleuationum, infrà in fine sequentis differentiæ videbimus.

Hæc est enim obsessio, &c. ἐκπόδισις πρὸς τὴν.

2 Obsessio ἐκπόδισις est, cùm binæ stellæ aut bini radij vnam stellam quodam modo intercluserunt, nulla in medium alia intermittente radium, vt si sit ♄ in parte 10. ♃ in 11. ♂ in 12. ♐ Iuppiter à duabus infortunis obsessus affligitur. Item, si sit Saturnus in parte 6. Cancri, ☽ in parte 8. eiusdem Cancri, ♂ in

parte

parte 10. ♈, Luna dicetur circumuallari corpore Saturni & radio quadrato Martis. Item si sit in huiusmodi figura: Luna in ♋, & ♂ in ♈, qui triquetram suam radiationem in Leonem, & diametrum in Libram transmittens, circundat Lunam malis suis radijs. Eodem autem modo etiam signa dicuntur obsessa, cùm videlicet vnus malus in principio, alter in fine reperitur. Sed quando Sol vel fortuna aspicit planetam vel signum obsessum aspectu sextili vel tertio, ita vt sit aspectus intra metas, tunc per talem aspectum soluitur obsessio. Cùm igitur malefici, siue Lunam, siue horoscopum obsederint, nullo beneficorum ita obsessis affulgente, breuis vitæ fore sic natum aiunt. Quòd dicit planetas nocturnos die infra terram esse robustiores quàm supra terram, id contra Ptolemæi sententiam esse dictum, suprà in differentia prima ostendimus.

ὑπόδεσις θεωρίας δεύτερα.

μεσεμβόλησις, id est, intercepito.

3 Quod ad viam combustam seu γαλαξίαν attinet, eam determinat Cardanus nostro seculo in parte septentrionali à par. 19. Geminorum ad par. 30. eiusdem. Et in medietate meridionali à par. 5. Sagittarij in par. 15. eiusdem. Et iterum quia ibi bipartita est à par. 23. Sagittarij ad par. 4. ♑. Ex magnis stellis extra zodiacum 4. reperiuntur in confinio viæ lacteæ, nimirum dextrũ latus Persei, Hircus in auriga, Vultur volans, cauda Cygni, & illa quæ est in par. 2. scr. 18 1ª. Sagittarij cum latitud. par. 4. australi secundæ magnitud. αὐτόρης seu cor Scorpij dicta, quod obseruare conuenit. Nam omnis stella in via lactea, aut in eius confinio, aliqualiter turbidum intellectum & multa alia efficit. Atque hactenus de textu.

Aut sine in via, &c.

Hispalensis, cuius sententiã pleriq; sequuntur in examinandis viribus planetarũ, præcipua tantum huius catalogi loca obseruat. Primò perpendit, an planeta sit cõbustus vel non: Secũdò, an sit directus, velox aut tardus: Tertiò, an sit in splẽdoribus suis, vt domicilio, altitudine, trigono, termino aut decuria collocatus: Quartò, an sit in aliquo aspectu infortunarũ, vel in bono aspectu fortunarũ: Quintò & vltimò, quomodo sit collocatus in figura cœli, sit ne in cardine succedenti vel cadẽte. Planetæ ergo à radijs solaribus liberi, directi, veloces, in splẽdoribus suis positi, bonis aspectibus & beneficis associati, in angulis denique aut succedentibus reperti, fortunati & potentes iudicandi

ſunt. Ecõtrariò combuſti, retrogradi, tardiq;, peregrini, minacibus radijs maleficarũ oppugnati, & deniq; ab angulis cadentes, infortunati debileſq; cenſendi. Quòd ſi ex vtraque parte ęqualia ſuffragia adepti fuerint, hoc eſt, ſi ſint partim fortitudine & prærogatiuis nonnullis præditi: partim verò infortunijs deijciantur, indifferentes ſeu mediocres eſſe putantur. Similis breuitas huius loci eſt apud Ptolemęum, cuius verba in prin. lib. 3. τῶ ἀποτελεσμάτων hæc ſunt: σκοπεῖν δεῖ, πότερον εὐαφγῶς τυγχάνουσι διακείμενοι, κατά τε αὐτὸ τὸ κοσμικὸν, καὶ τὸ κατὰ τὴν γένεσιν, ἢ τὸ εὐαντίον. δρασικόταροι μὲν γὰρ εἰσιν, ὅταν κοσμικῶς μὲν εἰ οἰκείοις, ἢ καὶ εἰ ἰδίοις ὦσι τόποις, καὶ πάλιν ὅταν αἰατολικοὶ τυγχάνωσι καὶ προθετικοὶ τοῖς ἀριθμοῖς. κατὰ γένεσιν δὲ, ὅταν ἐπὶ τῶν κέντρων, ἢ τῶν ἐπαναφορῶν προθέωσι, καὶ μάλιστα τῶν πρώτων, λέγω δὲ τῶ κατὰ τὰς ἀναφορὰς καὶ τὰς μεσουρανήσεις. ἀδρανέστατοι δὲ κοσμικῶς μὲν, ὅταν εἰ ἀλλοτρίοις τόποις, ἢ ἀνοικείοις, καὶ δυϊκοὶ, ἢ ἀναποδυϊκοὶ τοῖς δρόμοις ὦσι: κατὰ γένεσιν δὲ, ὅταν ἀποκλίνωσι τῶν κέντρων. Robur ergo planetarum & debilitas ſecundum Ptolemæum dijudicatur ex quatuor circunſtantijs. Primò comparatione ad mundum, cùm videlicet fuerint in locis οἰκείοις, ἢ εἰ ἰδίοις, ἀλλοτρίοις, ἢ εἰ ἀνοικείοις, hoc eſt, domeſticis aut proprijs, in alienis ſiue non domeſticis. Secundò comparatione ad Solem. Nam ἀναϊτλικοὶ validi ſunt, δυϊκοὶ infirmi. Tertiò comparatione ad ſuos orbes. Nam veloces προθετικοὶ τοῖς ἀριθμοῖς robur ſumunt. Econtrariò tardi, retrogradi καὶ τοῖς ἀριθμοῖς ἀφαιρετικοὶ, idem deperdunt. Quartò comparatione ad geneſin ſeu figuram cœli. Nam in centris, & præcipuè in aſcendente & M C. item in ſuccedentibus ſunt validi, in cadentibus verò debiles. Id quoque hic adiiciendum putaui, Iouem & Venerem potentes & fortunatos maximam ſortiri efficaciam: imbecilles verò & infortunatos mediocribus æquiparari, parumque aut omninò nihil præſtare. Rurſum ♄ & ♂ fœlices atque in ſplendoribus ſuis collocatos, minùs nocere, quàm cùm extra prærogatiuas infortunati debileſque reperti fuerint. Mediocres autem ☉ ☽ & ☿ fortes atque fortunatos beneficis æquiparari, infortunatos debileſque non minùs ipſis maleficis detrimentum portendere. [redacted]

[illegible] Ex quo patet, quòd planetæ non noceant tantùm in locis, vbi dominantur. Idem notamus in malis principibus, qui non tam malè tractant suos proprios subditos quàm alienos. Ad extremum loca duodecim cuspidum, planetarum fortiumq; fortunantur per præsentiam & omnes aspectus bonorum, & bonos aspectus mediocrium. Damnantur verò & infortunantur per ☌, ☍ & □ malorum, & ☍ □ mediocrium, & hoc si fiant aspectus intra metas, vel vt plerique tradiderunt, ex medietate, & intra medietatem suorum orbium. Veluti sit cuspis septimæ par. 12. ♓, & ♀ in par. 19. ♓. Hic ♀ sua præsentia ex medietate orbis sui, qui est par. 7. fortunat cuspidem domus septimæ. Idem præstãt gradus intermedij. Nec aliud est iudicium de aspectibus, veluti si ♃ proijciat radium △ in partem 21. ♓, ibidem ex medietate orbis sui fortunaret eandem cuspidem domus septimæ. De fortunio verò & infortunio ☌ & ☍, suprà dictum est.

De amicitia & odio planetarum.

Et dicitur in planetis quòd sint quidam eorum se inuicem diligentes & odientes: nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt, quòd Iupiter diligit omnes planetas & sit amicus eorum, & ipsi illius, præter Martem. Veneris amici sunt omnes planetæ, & omnes diligunt eam præter Saturnum. Saturni autem amici sunt Iupiter, Sol & Luna, & inimici eius Mars & Venus, & ipsa plus habet eum odio. Et amica Martis est Venus, & cæteri planetæ odio habent eum, & plus Iupiter & Sol. Solis verò amici sunt Iupiter & Venus, & inimici

Mars, Mercurius & Luna. Mercurij amici sunt Iupiter & Venus & Saturnus tantùm, & inimici eius sunt Sol & Luna & Mars. Lunæ autem amici sunt Iupiter & Venus & Saturnus, & inimici Mars & Mercurius. Capitis Draconis amici sunt, Iupiter & Venus, & inimici Saturnus & Mars. Caudæ verò amici Saturnus & Mars, inimici Sol & Luna, Iupiter & Venus. Et sunt aliæ species inimicitiæ: cùm fuerint duo planetæ habentes domos suas oppositas, vt Mars & Venus: & cùm coniunguntur, dicitur apertio portarum. Tertia quoq; species inimicitiæ est, vt sint duorum planetarum exaltationes oppositæ. Fortior autem planetarum amicitia est: vt concordet planeta cum planeta in natura & in qualitate atq; substantia & potestate, sicut concordat Mars cum Sole, quia vterque concordat in caliditate & siccitate & acuitione & celeritate, & est dominus exaltationis eius, in qua apparet eius fortitudo: & vti concordat Luna & Venus in frigore & humiditate, & est domina exaltationis eius. Cùm autem concordauerint duo planetæ in natura et substantia, vt Iupiter & Venus, sunt amici.

♃ amici omnes præter ♂.

♀ amici omnes præter ♄.

♄ { amici ♃ ☉ ☽. / inimici ♂ & plus ♀.

☿ { amici ♃ ♀ ♄. / inimici ☉ ☽ ♂.

☽ { amici ♃ ♀ ♄. / inimici ♂ ☿.

♂ ami-

♂ { amica est ♀.
inimici eius sunt omnes, magis tamen ♃ & ☉.

♂ { amici ♃ ♀.
inimici ♄ ♂.

☉ { amici ♃ & ♀.
inimici ♂ ☿ ☽.

☉ { amici ♄ ♂.
inimici ☉ ☽ ♃ ♀.

Inimici ratione { Domorum oppositarum { ♄ ☽. ♄ ☉. ♃ ☿. ♂ ♀.
Exaltationum oppositarum { ♄ ☉. ♃ ♀. ♀ ☽.

Amici ratione concordantiæ in natura, qualitate substantiæ, & potestate { ♂ ☉. ♃ ♀. ♀ ☽.

Finis differentiæ tertiæ.

DIFFERENTIA QVARTA IN EXPOSITIONE NOMINUM Astrologorum.

1 *Et prosequamur nunc expositionem nominũ Astrologorum. Initium horum est: Coniunctio, & res significantes destructiones seu mutationes quæ fiunt in hoc seculo ex coniunctionibus, quarum numerus est sex. Maior autem omnibus coniunctionibus est coniunctio Saturni & Iouis in initio Arietis: et hæc fit in 960. annis. Secunda autem eorum coniunctio est in initio vniuscuiusque triplicitatis: & hæc fit in CC. XL. annis. Iungunt enim in vnaquaque triplicitate duodecies: & fortaßis faciunt in vnaquaque triplicitate XIII. coniunctiones: deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem quæ huic succedit. Tertia autem coniunctio est Saturni & Martis in initio Cancri, quæ fit in omnibus XXX. annis. Quarta quoq; est coniunctio Iouis et Saturni in vnoquoque signo, quæ fit in omnibus XX. annis. Quinta est descensio luminaris maioris in punctum æquinoctij vernalis temporis, scilicet ingreßus Solis in capite Arietis, quæ fit in omni anno. Sexta est coniunctio luminarium & oppositio eorum, quæ fit in dimidio cuiusq; mensis Lunaris.*

2 *Et quando dicitur ascendens coniunctionis, dicitur vel significatur ascendens mundi, id est, signum quod ascendit hora introitus Solis in prædictum punctum æquinoctij vernalis, in initio scilicet illius anni in quo debet fieri coniunctio prædicta.*

Hacte-

Et prosequamur nunc, &c.

Hactenus illa, quæ ad naturam ſpaciorum cœli, cœleſtiumque corporum vim intelligendam faciunt, expoſuit. In ſequentibus vltimis differentijs cuncta nomina Aſtrologorum, quibus loca Aphetica quoque & anæretica, locorumque Apheticorum profectiones, directiones, & aliæ reuolutiones continentur, enarrat. Primum caput ſex magnis coniunctionibus nuncupatum eſt, quæ vt puto, à raritate & magnitudine accidentium, vt bellorum, peſtilentiæ, terræmotus, exundationum & talium effectuum, quos maxima mora & euidentia producere creduntur, nomen acceperunt. Etenim prima omniumque maxima, Saturni ſcilicet & ♃ coniunctio in principio Arietis celebrata, exactis annis 960. redire, eademque tempora generaliter diſponere dicitur. Similiterque coniunctio ſecunda, quæ eſt coniunctionis ♄ & ♃ à trigono ad trigonum tranſitus, annis 240. Tertia, quę eſt ♄ & ♂ in principio Cancri, annis 30. Quarta, quæ eſt ♄ & ♃ in ſigno quolibet annis 20. Quintum locum habet Solis ad pũctum verni æquinoctij verum συναποκάταστις ſeu reditus, ſeu vt vſitatè loquuntur, ingreſſus Solis in primum punctum Arietis. Vltima & reliquis minor eſt ſynodus vel diameter luminarium. Præter has ſunt aliæ multæ minores leuioresque coniunctiones, nempe 120. ferè, quarum catalogum Haly & Pontanus in enunciato 50. centiloquij recenſent. Porro quòd autor maximam ♄ & ♃ coniunctionem exactis annis 960. & ſecundam tranſactis annis 240. reuerti dicit, id valdè παράλογον eſt, & tum demũ verum eſſe poteſt, ſi coniunctionem Saturni & Iouis ſingulis vicenis annis redire, atque per partes 242½. hoc eſt, per ſigna 8. partes duas & ſemiſſem annuatim procedere ſupponamus. Verbi gratia, ſi ♂ ♄ & ♃ primò incipiat in principio ♈, tunc completis annis 20. à radice iuxta hãc theſin fiet ſecunda ♂ ♄ & ♃ in par. 2. ſcrup. 30 1ª ♎. Tertia tranſactis annis à radice 40. in par. 5. ♌. Quarta annis 60. in p. 7. ſcrup. 30 1ª ♈. Quinta annis 80. in par. 10. ♎. Sexta annis 100. in par. 12. ſc. 30 1ª ♌. Septima annis 12. in par. 15. ♈. Octaua annis 140. in par. 17. ſcrup. 30 1ª ♎. Nona annis 160. in p. 20. ♌. Decima annis 180. in par. 22. ſcrup. 30 1ª ♈. Vndecima annis 200. in p. 27. 30 1ª ♎. Duodecima annis 220. in par. 30. hoc eſt, in fine Leonis. Ergo euolutis annis 240. à radice maxima hęc con-

iunctio ab igneæ naturæ trigono migrabit in trigonum naturę terreæ: fiet enim in fine partis 30. ♈, hoc est, in initio Tauri, atque itidem in hac terrestri, vt vocant, triangularitate annos 240. commorabitur, atque in eadem corpora ♄ & ♃ similiter duodecies coniungentur. Quapropter si 12. ducas in 20. exurgent rursus anni 240. quibus emensis coniunctio magna ad principium Geminorum transibit, & rursus denuò exactis annis 240. ad principium ♋ veniet, atque in trigono eius annos 240. commorabitur: atque denique completis annis in summa 960. ad principium Arietis, hoc est, ad triangularitatem igneam reuoluetur. Consistet ergo in quolibet trigono annos 240. Et cùm 4. sint trigoni, duc 4. in 240. fient anni 960. quibus transactis maxima ☌, permutando se ex aqueo trigono, Arietem vnde primò egressa est, repetet. Sed hanc hypothesin astrologorum falsam esse apparet. Nam ☌ ♄ & ♃ minor fit non annis 20. sed 19. & insuper diebus 315. horis 19. Et processus fit per partes 242. sc. 59 1ª. 9 1ª. hoc est, per signa 8. par. 2. 59 1ª. 9 2ª. Et ita in vna eademque trigonorum natura veluti ex ♈ in ♐ non, vt autor videtur velle, p. 2. scru. 30 1ª. sed partibus fermè tribus procedens. Ex quo patet, duos superiores in vno trigono nõ, vt hic scribitur, duodecies aut decies & ter, sed decies saltem congredi, atque ita coniunctionem illam magnam in vno codemque trigono non 240. annis communibus, sed saltem 198. & paulò minus bessé vnius anni persistere. Sed enim prolixiorem de hac re disputationem altioremque perquisitionem, neque ad propositum nostrum spectare, neque ad veræ artis substantiam pertinere arbitramur: siquidem de magnis coniunctionibus doctrinam, quamuis pariter & eruditum & rude vulgus in eam cursu vadat, partim planè erroneam, partim verò nõ ita magni momenti esse vt putatur, probari potest argumentis rerum & autoritate Ptolemæi, qui in secundi libri Apotelesmaticorum principio, τὸ τῆς ἀστρονομίας προγνωστικὸν καθολικῶν μέρος exponens, vtrumque & præscientiam regionum vrbiumque, quibus intenduntur magnorum euentuum significationes, & tempora eorundem, ad solos defectus luminarium magnarum coniunctionum nullam mentionem faciens, transtulit. Verba eius hæc sunt: πρὸς δὲ τὸν καθολικὸν ἐπίσκεψιν μάλιστα

λισα προλαμβανομένων δύο τούτων, τ᾽ τε τῶν δωδεκατημορίων τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ ἐν τῶν ἀστέρων πρὸς ἕκαστα τῶν κλιμάτων σωοικήσεως, καὶ τῶν εἰ ζῶις οἰκείοις μέρεσι κατὰ καιρὸν γινομένων ἐπισημασιῶν κατὰ μὲν τὰς συζυγίας ☉ καὶ ☽ τῶν ἐκλειπτικῶν, κατὰ δὲ τῶν πλανωμένων πρόδους τῶν περὶ ἀνατολὰς καὶ τοῦς σημειωμοὺς προεκθησόμεθα τόν τε τῶν εἰρημένων συμπαθειῶν φυσικὸν λόγον ἅμα πρισάντες ὁμοῦ περιδρομῆς, καὶ τὰς καθ᾽ ὅλα ἔθνη θεωρουμένας ὡς ἐπίπαν ῥωμαϊκὰς τε καὶ ἠθικὰς ἰδιοτροπίας ὐκ ἀλλοτρίας τυγχανούσας τ᾽ τῶν σωοικειωμένων ἀστέρων τε καὶ δωδεκατημορίων φυσικῆς περιστάσεως, hoc est: Cùm ad præcognitionem generalium casuum duo requirantur, quorum alterum est locorum, in quibus fieri debet effectus cum signis signiferi & præterea cum stellis familiaritas & συμπάθεια, alterũ quales singulis in partibus certo tẽpore sint futuræ effectionũ significationes, à defectiuis luminarium copulationibus, & à stellarum meantium circa ortus & stationes suas transitu factę: idcirco ante omnia exponemus dictæ quasi consensionis naturales causas, simul recitantes obiter vniuersarum gentium corporis & morũ proprietates, quæ non sunt alienæ à naturali constitutione tum stellarum dominantium, tum locorum signiferi quibus subsunt. Et infrà iterum dicit: ἡ μὲν ὂν πρώτη καὶ ἰσχυροτέρα τ᾽ ζωτῶν συμπτωμάτων αἰτία γίνεται πρὸς τὰς ἐκλειπτικὰς ☉ καὶ ☽ συζυγίας καὶ τὰς εἰ αὐταῖς πρόδους τῶν ἀστέρων, id est, non est prior neque potentior causa huiusmodi casuum, quàm quæ ducitur à defectiuis Solis & Lunæ copulationibus, & stellarũ transitibus eo tempore. Sed dicat aliquis, hoc textu Ptolemæi potius extolli atque communiri de magnis coniunctionibus doctrinam, quàm tolli: siquidem non tantùm defectibus luminũ, sed & meantium stellarum transitibus vis magnos & generales euentus efficiendi tribuitur? Respondeo, quamuis Ptolemæus in generalibus mutationibus planetis superioribus æquè atq; reliqua astrologorum multitudo vim tribuat, non tamen tantùm, neq; sic quemadmodum ipsi de potentia illorum sentit. Etenim ipsi pro magnorum euentuum temporibus & locis, quibus quippiam significatur, eruendis, Iouis & Saturni coniunctiones potissimùm obseruant, atque earundem effectum ad multa secula extendunt. At Ptolemęus econtrariò tempora

& loca effectuum ex Solis luminarium defectibus colligit. In alterius tamen circunstantiæ, hoc est, in locorum dijudicatione præter Eclipsin sumere videtur trium superiorum stationes & exortus Heliacos, & quidem eos saltem, qui in tempus Eclipsis incidunt, & eorum planetarum qui deliquio præsident. Id autem elici posse videtur ex his ipsius verbis: τῆς μὴ προτελέσεως αὐτῆς τὸ μὲν τοπικὸν, καθ' ὃ δεῖ προγινώσκειν ποίαις χώραις, ἢ πόλεσιν αἱ κατὰ μέρος ἐκλείψεις, ἢ καὶ τῶν πλανωμένων αἱ κατὰ καιρὸς ἔμμηνοι σάσεις, αὐτοῖς δέ εἰσι τῆς πε ☾ ♃, καὶ ὅταν σκεῖζοντες, ποιῶσι τὰς ἐπισημασίας, hoc est: Huius prædictionis primum caput continet præscientiam locorum & vrbium, quibus præ cæteris vel particulariter, cùm luminarium defectus, tum verò errantium stellarum concurrentes menstruę constitutiones, quales in Saturno, Ioue & Marte stationarijs existunt, euentuum significationes adferunt. Hinc sequi videtur, loca euentibus futuris obnoxia, eruenda esse ex dodecatemorijs deliquium continentibus, & etiam ex stationibus trium superiorum cùm locis defectiuis præfuerint, hoc est, cùm fuerint loci defectus domini aut in Eclipsis loco positi, eundémue aspiciant, aut denique hora Eclipsis horizonta conscendant. Sed nec id satis firma consequentia ex verbis Ptolemæi deducitur: Neque enim, si causæ magnorum euentuum & à locis defectiuis & à stationibus exortibusque stellarum errantium sumendæ sunt, statim sequitur horum vtrunque indicare nobis loca talibus effectis obnoxia. Et quod maius est, Ptolemæus in ipsa regionum, ad quas pertinent effectus, consideratione ex professo instituta, stellarum errantium nullam mentionem facit, & defectuum significationes saltem ijs locis accommodat, quæ cum dodecatemorio defectiuo copulantur. Vnde liquet, cum loca, quæ ob συμπάθειαν vel συνοικείωσιν dodecatemoriorum stellas defectui dominantes continentium, Eclipsis significationibus aliqua ex parte obnoxia putamus, aut contempsisse planè, aut certè saltem obiter nobis insinuasse. Quod ad voces attinet, τὰς ἔμμηνους σάσεις idem quod latinis menstruas constitutiones valere existimamus. Sunt qui legant ἐπιμένοντας σάσεις. Vtraque lectio benè procedit. Nam menstruæ stationes diuturnæ sunt, & tribus superioribus familiares, & alienæ ab inferioribus, qui

cùm ob

cùm ob velocitatem motus vix consistant, à menstruatione plurimum absunt. Tempora verò magnorum euentuum non à Saturni & Iouis coniunctionibus, sed potiùs à deliquijs esse supputanda, vel hinc constare potest, quòd illarum effecta ad longissima tempora protensa, tot ipsorum & aliorum siderum per diuersas cœli regiones transitibus quasi infinitis vicibus permutari variariqúe necessum sit. Horum autem decreta cùm biennium cum semisse nunquàm excedere queant, simpliciora manent, & antequàm planetæ ponderosiores loca cœli notabiliter permutent, plerunque expirant. Prætereà Ptolemæus in hoc negotio trium superiorum non insitam vim, sed à deliquijs desumptam, atque ad effectum productam considerat. Dicit enim stellarum errantium κατὰ καίρους ἐμμένους σάσεις, hoc est, concurrentes menstruationes esse obseruandas. Et si maximè eo modo quo Ptolemæus defectus luminarium tractat, coniunctiones ponderosorum planetarum persequi velis, ipsa rei difficultas, cùm tempus coniunctionis superiorum exquisitum humanus intellectus non comprehendat, te facilè à proposito repellet. Nam etiamsi ocyssimo quem habere possunt motu ferantur, Iouem tamen à Saturno discedentem diurno motu sex scrupulorum primorum differentiam nunquàm excedere, ab artificibus iam proditum est. Quæ distãtia cùm sit minor quàm vt vel calculo vel vllo instrumento deprehendi queat, tantùm ab hora & figura cœli certa aberit talis coniunctio, vt ne dies quidem eius certa haberi possit. Id cùm magnarum coniunctionum doctores animaduertissent, idcirco huic morbo aliud pharmacũ, quod autor hoc loco refert, cõminisci coacti sunt.

2 Nam quando magnarum coniunctionum ascendentia nominant, illa signa intelligi volunt, quæ Sole vernam intersectionem adepto, seu vt loquuntur, principium Arietis intrante, idque in illo anno, in quo futura est illa coniunctio, sursum ferun tur. Verbi gratia: Anno Christi Dei 1563. celebrabitur coniunctio magna Iouis & Saturni, ac iuxta Alphonsinorum quidem calculum diebus Septembris completis 26. horis circiter 6. post meridiem in parte 4. scrup. 8. 1ª Leonis: iuxta calculum Prutenicum verò diebus Augusti completis 25. hora circiter decima post meridiem in parte 29. Cancri. Porro pars horoscopans in

Et quãdo dicitur, ascendẽs &c.

reuolutione annua, seu vt vocant, pars ad momẽtum temporis, quo Sol primum punctum Arietis in illo anno attinget, ascendens, erit iuxta ipsorum calculum pars 16. Sagittarij. Hac de causa Sagittarius magnæ illius coniunctionis ascendens ipsis vocabitur, quamuis de annuæ reuolutionis signo scandente par sit incertitudo, & non minor calculorum dissensio. Sed id quoque nullam similitudinem veri planeq; κενόδοξον καὶ ἀλογίστον esse, multis argumẽtis constat. Nam anni naturalis principium, quod pro certo ad introitum Solis in principium Arietis accommodatur, simpliciter incertum est. Etsi enim veritati consentaneum est, Solis ad pũcta signiferi cardinalia ἀποκατάστασιν, seu reditum, principium anni naturalis constituere, tamen non parua hæsitationem secum adfert, quó nam ex his tanquàm primario principio vtendum sit, præsertim cùm harum partium singulæ eximium quiddam habeant, cur principium anni seu νεομηνίαν vendicare iure sibi videantur. Hinc factum est, vt eorum qui de his rebus commentati sunt, alius aliud statueret anni principium, prout quisque rationibus vel naturæ suæ affectu ad hoc illudúe statuendum impulsus est. Ptolemæus quoque cùm hanc hæsitationem exoluere non posset, idcirco disputationẽ de causis, varietatem singulorum annorum facientibus, non ad vnum, sed ad omnia quatuor transtulit, ita vt æquinoctium vernum veris, solsticium æstatis, æquinoctium autumnale autumni, bruma hyemis statum variet.

Cùm itaq; de principio naturalis anni dubitent omnes, de signo sub initiũ eiusdẽ sursum scandente, quomodo certi esse poterimus? Denique etiamsi Solis ad intersectionem vernam reditus πλὴν τοῦ ἔτους νεομηνίαν faceret: tamen signa in Solis ad principium illud reditum scandentia, adhuc nos laterent, quòd tempus illud adeò exactè supputari vix queat, vt perfectioni seu structuræ cœlestis thematis absque crasso errore seruiat. Et hęc est causa, propter quam Ptolemæus pro mutatione quatuor anni temporum considerare præcipit, non Solis ad puncta cardinalia reditũ, sed potius coniunctiones vel oppositiones luminum, immediatè Solis in puncta cardinalia ingressum præcedentes: quarum tempora cùm exquisitissimè supputari queãt, perfectissimam thematis cœli fabricam nobis pręstant.

Hæc

Hæc cùm ita se habeant, manifesta est vanitas hominum nostro æuo vulgi diaria condentium, qui omissa doctrina vera, ex solo Solis ad intersectionem vernam transitu diluuia regionum, excidia vrbium, bella, famem, terræmotus, sterilitatem, & tales publicas calamitates in publicum effutientes suis mendacijs & meris nugis mundum replent, atque ipsam [illegible] præstantissimam professionem reddunt infamem, inq; maximam vituperationem etiam eorum, quibus veritas curæ est, traducunt. Sed adhuc ad maiorem seu socordiam seu impudentiam accedunt; cùm ne absq; causa fabulosam de futuris historiam contexuisse videantur, per magnarum coniunctionum annuas progressiones, paulò infrà etiam ab Alcabicio descriptas, aut per commutationem nescio cuius magni orbis, nihilò certius magno anno Platonis in verrum natura existentis, vaticinia sua communire nituntur. Quapropter aut nulla aut magis erudita de causis maiores illos in mundo effectus producentibus, coniectatio in rebuspub. non immeritò optari poterat. Ea verò est quæ de causis naturalibus primis & omnium potentissimis per omnia media ad maximè seu propria seu particularia perua dit. Non est autem, vt paulò antè de sententia Ptolemæi diceba mus, prior neque potior causa huiusmodi casuum, quàm quæ à luminarium defectiuis copulationibus ducitur. Hanc sequitur ratio, qua per συζυγίας luminum Solis in puncta cardinalia transitum antecedentes, vniuscuiusque quadrantis anni generalis constitutio eruitur. Hinc aspicienda est ἔφοδος μηνιαῖα, id est, ratio menstrua, qua singulorum anni mensium futuræ constitutiones produntur. Inde sequitur subtiliorum quarundam significationum ad quadrantes vniuscuiusq; mensis pertinentium ἔφοδος. Reliquis inferior est illa ratio, qua quocunque die qualitatem aëris ex illustrium stellarum ortu & occasu colligere docemur. Postremum locum habet ea ratio, quæ per diei singulas horas ex luminarium per cardidines transitu qualitatem in aëre constitutionum venatur. Hic est Ptolomæi de aëris constitutionibus cõiectandi modus, à maximis ad minima traductus, qui & plus laboris, & longè maiorem rerũ peritiã eruditionemq; requirit, quàm quę omnibus nostris Calendariorũ conditorib' in vnã massam cõflatis inest.

De

DE ANNIMODAR, ID EST, GRADVS ASCENDENTIS NATIVITATVM INVESTIGATIONE.

1 *Et ex hoc Annimodar, quod est inuestigatio gradus ascẽdentis alicuius natiuitatis. 2 Et putant multi Astrologorũ, quòd inueniatur per eundem idem gradus ascendentis natiuitatis alicuius: sed hoc falsum est, & hoc iam patefeci in libro meo quem feci de annimodar: sed inuenitur per eundẽ dignior omnibus gradibus circuli post gradum ascendentis in eadem hora secundum cursum naturalem: & concordat multotiẽs, id est, accidit aliquando quòd inueniatur per eum gradus ascendentis. Cuius rei cognitio est, vt consideretur gradus cõiunctionis vel gradus præuentionis quæ fuerit ante ipsam natiuitatẽ: & si fuerit cõiunctio illi natiuitati proprior, vocatur ipsa natiuitas coniunctionalis: & si fuerit præuentio illi propior, dicitur præuẽtionalis. i. in qualicunque eorũ fuerit natiuitas, in coniunctione scilicet, vel præuentione, eodẽ modo & nomine natiuitas prædicta nũcupatur: & quia gradus cõiunctionis est idẽ gradus in quo iũguntur luminaria, nulla est inquisitio, nec indiget ex positiõe: in præuentione aũt quia vnumquodque luminariũ est in gradu suo. i. in diuersis gradibus. Necesse est nobis scire, quem horum graduũ velit intelligi gradum præuentionis. Et iam dixit Ptolemæus: quia gradus illius luminaris quod fuerit super terram, est gradus præuẽtionis. Et quidam sapientum dixerunt, quòd si euenerit in præuẽtiõe, quòd vnum luminarium sit in gradu orientis, & alterum in gradu occidentis, tunc gradus orientis erit gradus præ-*

uentionis. Et dixit Vellius, quia præuentionis est gradus in quo fit impletio, volens intelligi gradum Lunæ: sed quia hoc est opus Ptolemæi, oportet in hoc nos redire ad eius sententiam. Cum ergo gradus cõiunctionis vel gradus præuentionis certissime patuerit, constitues gradum ascendentem per æstimationem horæ natiuitatis & quatuor angulos & reliquas domos: deinde aspicies gradum cõiunctionis, vel gradum præuentionis quæ fuerit ante natiuitatem: & quis planetarum in eo fuerit dignior vel fortior in eadem hora cõiunctionis vel præuentionis per multitudinem dignitatum seu potestatum, id est, considerabis quis planetarum habeat maius dominium in eodẽ loco. Hunc ergo planetam æquabis ad horam opinatam natiuitatis. Deinde aspicies vtrum sit gradus illius planetæ in signo in quo est propior gradui X. domus aut gradui ascendentis, & cui horum propior fuerit: facies hunc angulum ad instar gradus ipsius planetæ & eius minuti: & diuides XII. domus per eum. Dixit Ptolemæus: si planetæ plures conuenerint in dominio eiusdem loci, & fuerint æquales in fortitudine, constitues dominum loci illum qui fuerit dominus haim: quòd si in hoc etiam conuenerint, constitues eum qui velocius debet mutari ab esse suo ad id quod fuerit melius, id est, eũ qui voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit, & intrare aliud in quo habuerit plures dignitates. Vel si fuerint orientales à Sole, eliges eum qui Soli fuerit propinquior, & non fuerit sub radijs. Si verò in angulo fuerint, ille est eligẽdus qui gradui eiusdem anguli fuerit propinquior. & hoc intellige:

Et ex hoc Annimodar, &c.

1 Caput secundum de Annimodar inscriptum, à Ptolemæo inscribitur περὶ μοίρας ὡροσκοπούσης, id est, de certo ascendẽte, seu quæ pars signiferi momento genituræ verè ascendat. Nam gradus cardinis exorientis in natiuitatibus summa diligentia est perueſtigandus, [redacted] Cæterùm modi habendi verum ascendens plures sunt. Primus & firmissimus est per ἀστρόλαβον. Verùm enimuerò cùm fieri nequeat, vt singulis parientibus adsint artifices, qui idoneis instrumentis Solis alteriusúe astri notata altitudine tempus exitus infantis verum exactè metiantur: idque obstetrices ob imperitiam obseruare atque referre nequeant: denique cùm horologia & reliqua præsidia quæ plerunque adhibentur, multipliciter fallant, idcirco conati sunt veteres sapientes oblatum tempus, quo puerum natum saltem existimant, ad præcisionem arte quadam atq; alijs coniecturis ex ipsa natura petitis reducere. Est ergo secundus modus habẽdi verũ ascendens, qui sumitur ex ijs qui consequũtur effectibus, quem autor & Ptolemæus prætermiserunt, quia præsupponunt natiuitatem esse proximam, nec quidquam scire astrologum de nato, non an masculinus sit, an femella, viuus ne an mortuus, tantùm abest, vt eum scire putent quæ illi contigerint. Porro nos quibus tantùm curæ est, vt quæ prædicuntur futura accidentia, successu temporis ipso euentu comprobentur, assumptis accidentibus si quæ insigniora & præsertim in corpore habeantur, causas talium consecutorum effectuum ex transitibus, profectionibus & directionibus venari debemus: quod si fecerimus, verum gradum ascendentem certiùs quàm vllo alio modo cognoscemus. Id autem qualiter fieri debeat, Schonerus planè & exemplis docuit, quę hoc loco propter euidentiam adscribam. Ac primò ex transitibus de vero ascendente inueniendo sic præcepit. Oblato tempore natiuitatis alicuius, ante omnia conforma thema cœli, eidemq; planetas impone,

pone. Deinde diligenter supputa annos diesque, quibus nato aduersa corporis acciderunt. His deprehensis vide in Ephemeride, an aliqua ex infortunis tali die quo nato corporis aduersa acciderunt, corpore vel radio aliquo malefico feriat ipsum gradum ascendentem vel propè. Nam si hęc contigerint, gradum & minutum talis infortunæ verum ascendens natiuitatis esse arguet. Diligenter autem obserua, quòd corpore vel radio malefico per ascendens transiens Saturnus [redacted] corporis melancholicas infirmitates, [redacted] & tales Martiales infirmitates pariat. Similiter etiam domini ascendentis & dominatoris genituræ transitus, per corpora radiosque noxios maleficarum attendendi sunt. Quoniam verò talia accidentia non tantùm ex transitibus per ascendens, sed & per alias progressiones Aphetarum ad partes anæreticas contingunt, ob eam causam secundo loco ex huiusmodi effectis verum ascendens per profectiones inuenire docet, hoc modo. Aspice vtrum profectio annua ascendentis, de qua statim infrà, pertingere possit ad corpora radiosue noxios maleficorum. Si sic, supputa dies medios inter natiuitatis & accidentis diem, eosdemque per sex multiplica, vt sextæ dierum prodeant, quæ per 73. sectæ (nam 73. sextæ dierum faciunt vnum gradum in annuis profectionibus, quando diebus 365. per par. 30. progrediuntur) educent gradus & scrupula remanentia, quæ si subtraxeris à loco promissoris accidentis, verum gradum & scrupulum ascendentis elicies. Maioris euidentiæ gratia sumamus ipsius exemplum. Natus est Schonerus anno 1477. labente, die 16. Ianuarij à meridie horis 11. in latitudine partium 50. Anno autem ætatis 58. completo die prima Ianuarij, [redacted]. Animaduertit primò tali anno profectionem annuam ascendentis peruenisse ad ♋, & ante completum annum ad ♌, in quo fuit ♄ in radice, peruenisse. Dies à natiuitate ad tempus accidentis, id est, primam Ianuarij 349. numerauit, quibus multiplicatis per 6. eduxit. $\frac{2094}{6}$ dierum. His diuisis per $\frac{73}{6}$ dierum, eduxit gradus 28. scrup. 50 12, quæ tandem à promissoris, hoc est, Saturni loco,

qui erat ſig.4.p.20. ſcrup.32 1ª. ſubduxit, & relicti ſunt gradus 21.ſcrup.42 1ª.ferè,qui ſunt gradus veri aſcendentis,ſcilicet Libræ,quæ in genitura Schoneri aſcendit,vt ſequitur.



Denique per directiones aſcendentis ad partes infortunantes gradum aſcendentem ſic eſt procedendum. Ab aſcenſione obliqua promiſſoris accidentis pro latitudine datæ regionis, ſubtrahe gradus & minuta qui debentur annis & diebus completis à natiuitate vſq; ad annum & diem accidentis (nam quilibet annus vnum gradum, & ſex dies vnum ſcrupulum primũ in directionibus efficere infrà declarabitur.) Id enim quod relinquitur, erit aſcendentis eiuſdem regionis obliqua aſcenſio, quam ſi in tabulam obliquarum aſcenſionum mittas, verum gradum horoſcopantem elicies. Narrat idem Schonerus, fuiſſe ſe ætatis anno 40. completo, diebus 192. completis, ſcabie, vlceribus, varijſque turbationibus melancholicis moleſtatum, quæ ſunt manifeſta effecta Saturni. Quapropter diligenti ſupputatione

tione inuentum est, quòd circa hos dies directio ascendentis ad quadratum Saturni in par.20.32 1ª. Scorpionis incidentem applicuerit, atque talia mala corpori illius inflixerit. His præcognitis, gradum ascendentis verum numeratione retro acta consequi non est difficile. Si enim ab ascensione obliqua dicti quadrati aspectus Saturni, quæ est par.250.46 1ª. subtrahas gradus 40.32 1ª. quæ annis 40. diebusque 192. correspondent, relinquitur ascensio obliqua veri ascēdentis, nempe par.19 1ª. cui in tabula ascensionum ad latitudinem par.50. condita correspondent par.21.40 1ª. ferè ♎, ascendens verum natiuitatis. Neq; verò aliter reliqui significatores & promissores cum suis accidentibus tractandi sunt, vt verè horoscopantem partem prodant. Tertius modus inueniendi verū ascendens est Ptolemæi, quē autor vocat Annimodar, hoc est, qui sumitur ex dominio coniūctionis vel oppositionis, quam præuentionem vocant, proximè natiuitatem præcedentis, & exponitur hoc loco ab autore.

2 Hic verò antequàm modum operandi exponat, difficilimā quæstionem nobis obijcit, nempe an numerus graduum, quos planeta in loco luminarium dominans in signo confecit, verè possit gradum ascendentem ostēdere. Etenim si hæc ratio, qua per numeros dicitur inueniri gradus ascendens, cū gradu ascendente per Astrolabum sumpto congruens, vniuersaliter vera est, quorsum opus est obseruatione per astrolabum aut alijs examinibus? Quòd si verò hæc duo generaliter non congruunt, & tamen vtrique fidendum est, sequi videtur, exortum hominis duo habere ascendentia & gemina decreta stellarum, genere, qualitate, magnitudine & tempore differentia, quod esse nō potest. Antequàm ad hanc hæsitationem respondeatur, priùs quód nam sit humanæ naturæ principium, iudicādum est. Nam homo non nascitur vno momento, vt plurimi putauerunt, sed primò [illegible]uertens se in vtero abrumpit κοτυληδόνες, & χόριον, id est, tunicam qua inuoluitur infans, secundinam vulgò nominatam, aperit. Deinde si secundum [illegible] nascatur, primò capite, postea medius, ac tandem totus prodit. Ad extremum vmbilicus abscinditur aut inter nascendum frangitur, quæ omnes actiones à principio ad finem nūquam minus tribus horis cor-

Et putant multi, &c.

cludunt:plerunque autem vnum & nonnunquàm tres dies cõplectuntur.Iam ergo omnia hæc habebunt vim,aut vnum tantum:Si omnia,nihil habebimus certi:Si vnum tantùm, vnde illud ſumendum ſit meritò dubitari poteſt.Nam cùm caput prodit,nondum natus eſt, & vt totus prodeat, magis voluntarium quàm naturale eſſe videtur, ſiquidem id à voluntate obſtetricũ dependet.Spacium denique à capitis ad totius exortum prolixius eſt,quàm vt pro principio haberi debeat. Sed hic ex ſententia Cardani reſpõdere debemus, quòd tẽpus in quo infans producitur,nõ ſit momentũ,ſed ſicut in arte medẽdi morborũ atq; in omnibus alijs caſibus hominũ latitudinẽ quandã notam',ita quoq; natiuitatis aliquã eſſe morã tribus principalibus momẽtis diſtinctam,nimirum acceſſu,conſiſtentia & fine,in quo vniuerſo ſpacio infans ab aſtris vim requirat,credẽdum eſt.Acceſſus eſt principium primum,Conſiſtentia ſecundum, quod cùm inæqualiter ab extremis diſtet,atque aliquando proximè ad finem vel principum accedat,medium propriè appellari non poteſt.Tertium momentum eſt finis totius natiuitatis. Sed principia hæc à principali infantis actione,nempè à reſpiratione ſumenda ſunt,ita vt principum naſcẽdi eſſe ſtatuatur, quando infans reſpirare incipit.Medium & principale principum eſt,cùm ita reſpirauit,vt per ſe poſsit viuere. Finis cùm iam tantum attraxit aëris,vt ſponte ceſſent reſpirare & moueri vmbilici arteriæ. Singula ergo principia vires totius natiuitatis acquirunt, non tamen æqualiter, ſed ita vt quælibet pars ſuum ſignificatum habeat,& principium de principio, medium de medio,finis denique de fine ſignificet.His ita expoſitis & intellectis,reſponſio ad quæſtionem initio propoſitam etiam patebit, nimirum quòd tempus quod per aſtrolabum ſumi debet,ſit id tempus quod principale & pene medium eſſe diximus. Tempus verò quod autor & Ptolemæus inuenire docent per numeros, aliquando idem ſit cum hoc principali, ex quo [illegible] Aſtrologororum ſumuntur prognoſtica:Quandoque verò idem eſſe cum principio quo [illegible] ſignificantur rerumq; principia, quæ plerunque effectus ſequitur: aliquando denique incidere in natiuitatis finem, ex quo qualitas finis,rei colligitur. Et hoc eſt, quod dicit autor, quòd per Annimodar non ſemper inuenia-

inueniatur gradus veri, ascendentis, sed dignior omnibus gradibus circuli post gradũ ascendentis in eadem hora secundum cursum naturalem. Satius est & tutius per astrolabum notare principium principale, verùm cùm id plerunque non habeatur, capiendum est per Annimodar naturale principum, quod etsi aliquando sit imperfectius, tamen cùm vt ostensum est, pars totius natiuitatis semper existat atque nunquàm otiosum aut inane esse possit, pro vero principio natiuitatis rectè assumitur.

CONSECTARIA DVO EX EODEM Cardano.

Primò ex dictis consequitur, quòd quibus ascendit numerus consimilis numero inuento per viam Ptolemæi vel saltem valde proximus, vt in exemplo à nobis assumpto accidit, tales habeant principia, media & fines valde similia & conformia: quibus verò ascendens verum plurimum distat ab ascendente quæsito per Annimodar, in his principia, media & fines fore valde dissimilia, præsertim si multum distiterint. [redacted]

Secundò liquet, quòd de sententia Ptolemæi & autoris, qui hunc locum ex Ptolemæo descripsit, oporteat vtrumque principiũ considerare, vnũ quod per astrolabum est inuentum, & naturale. Nam etsi per astrolabum verum principium habere nequeas, illud tamen per consensum plurimarum progressionum, quas veras cum experimento deprehenderis, inuenire poteris, vt suprà ostendimus. Sed iam ipsam ephodum, quæ tota à syzygijs luminarium immediatè genituram præcedentibus dependet, explicare tempus est.

Si genituram proximè præcessit coniunctio luminarium, per quem gradum operandum sit, nemo non videt. At si natiuitatem oppositio luminarium proximè præcesserit, ibi quia luminaria gradus oppositos tenent, dubitari potest, vter gradus Solis ne, an verò Lunæ locus præuentionis sit. Ad hanc hæsitationem autor de sententia Ptolemæi respondet, maiorem esse prærogatiuam gradus ejus luminaris, quod tempore oppositionis su-

nis ſupra terram fuerit. Quòd ſi in ☾ vnum luminare orientalem horizonta, alterum verò occiduum cardinem ſtringat, tunc gradum in oriente, gradui occidentali præferendum eſſe ait. Verba Ptolemæi de hac re hæc ſunt: δεῖ δὴ λαμβάνειν τὴν τοῦ ὀκτροπῆς προγινομένου ἔγγιστα συζυγίαν ἐάν τε σύνοδον ἢ ἐάν τε πανσέληνον: καὶ τὴν μοῖραν ἀκριβῶς διασκεπτομένους, σύνοδον μὲν οὖσης τὴν ἀμφοτέρων τῶν φωτῶν: πανσελήνου δὲ τὴν τοῦ ὑπὲρ γῆν αὐτῶν ὄντος ἰδεῖν τοὺς πρὸς αὐτὴν οἰκοδεσποτικὴν ἔχοντας λόγον τῶν ἀστέρων τοῦ τρόπου, καθόλου τοῦ κατὰ τὴν οἰκοδεσποτίαν εἰ ποτέ τοῦτοις θεωρουμένου, εἰ τριγώνῳ τε καὶ οἴκῳ καὶ ὑψώματι καὶ ὅρῳ καὶ φάσει, ἢ συσχηματισμῷ: τουτέστι, ὅταν εἰ ἢ καὶ πλείονα τούτων ἢ καὶ πάντα ὁ ζητούμενος ἔχει τόπος πρὸς τὴν μέλλοντα οἰκοδεσποτήσειν. ἐὰν μὲν οὖν ἕνα πρὸς ταῦτα πάντα ἢ τὰ πλεῖστα οἰκείως διακείμενον εὑρίσκωμεν, ἣν ἂν ἐπέχῃ μοῖραν οὗτος ἀκριβῶς καθ' ὁ προδεύει δωδεκατημόριον εἰ τῷ τοῦ ὀκτροπῆς χρόνῳ, τὴν ἰσάριθμον αὐτῇ κρινούμενον ἀνατέλλειν εἰ τῷ ζῷῳ τοῦ τῶν ἀναφορῶν πραγματείας εὑρημένῳ ἐγγυτέρῳ δωδεκατημορείῳ. ἐὰν δὲ δύο ἢ καὶ πλείους συνοικοδεσποτοῦντας δηλονότι εὑρίσκωμεν, οὗ ἂν αὐτῶν ἢ κατὰ τὴν ἐκτροπὴν μοιρικὴν πρόδος ἐγγυτέραν ἔχῃ τὸν ἀριθμὸν τῇ κατὰ τὰς ἀναφορὰς ἀνατελλούσῃ τοῦ τῆς πρωτῆς μοιρῶν καταχρησόμεθα. εἰ δὲ δύο ἢ καὶ πλείους ἔχοιεν τὸν ἀριθμὸν ἐγγύς, τῷ μᾶλλον ἔχοντι λόγῳ πρός τε τὰ κοίτρα καὶ τὴν αἵρεσιν κατακολουθήσομεν. ἐὰν μοί τοι πλείων ἡ διάστασις τῶν τοῦ οἰκοδεσποτίας μοιρῶν πρὸς τὴν κατὰ τὸ ὁλοσχερὲς ὥροσκόπιον, ἢ πρὸς τὴν κατὰ τὸ ὅμοιον μεσουρανήματι: τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ πρὸς τὴν μεσουρανοῦσαν μοῖραν καταχρησάμενοι, ζῷῳ ταύτης καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κοίτρου κατασκεπτόμεθα, hoc eſt: Eam itaque quæ proximè genituram anteceſsit copulationem, ſiue illa interlunij fuerit ſiue plenilunij, capere debemus, & in interlunio quidem partē vtriuſque luminaris, in plenilunio verò eius quod ſupra terram extiterit partem exactè ſupputatam ſpectantes, conſiderare oportet ſtellas in partem illam ius dominationis exercentes, quod quidem in his quinque conſiſtit, triangulo videlicet & domicilio, altitudine, termino & irradiatione ſeu configuratione, hoc eſt, cùm vnum aut plura horum aut etiam vniuerſa dictus ille locus erga potituram dominatione ſtellam obtinet. Si

itaque

itaque ſtellam vnam his omnibus aut pluribus inſtructam reperiemus, tunc parte, quam ille tempore genituræ occupat, in eo ſigno in quo commoratur, ad vnguem notata, iudicabimus partem numero illi conſimilem exoriri in eo ſigno, cuius partes proximæ maximeque dominatoris partilis loco ſimiles per πραγματείαν ſeu ſupputationem aſcenſionum ſurſum ferri deprehenſum eſt. Quòd ſi duos pluresúe ad principatum dominationis aſpirare deprehendamus, cuius partilis locus tempore genituræ ſimilior, ſeu potius numero fuerit vicinior parti iuxta regulam aſcenſionum ſcandenti, huius partium numero vtemur. At ſi duo pluresúe propinquitate illa numeri conſentiant, tunc eum, qui & angulis & conditione tēporis magis conſentit, ſequemur. Verùm enimuerò vbi huius dominatus partium differentia ratione horoſcopi ad tempus æſtimatum poſiti, maior fuerit, quàm reſpectu cœli culminis, tunc illo ipſo eodemque partium numero ad partem culminantem conſtituendam vtentes, ſecundum eius ductum reliquos cardines conſtituemus. Senſus ergo huius loci eſt hic: Si erecta figura cœli ad tempus æſtimatum (quod eſt quo puerum editum eſſe putant, ſi per correctiſsima inſtrumenta obſeruatum non ſit) iam certò cognouiſti, quod ſignum (nam niſi de ſigno conſtet, hæc regula te in craſsum errorem facilè ducere poſſet) hora natiuitatis orientalem horizonta luſtrauerit, atque ſaltem de gradu horoſcopante hæſitaueris, deq; eo certior reddi velis: Tum, inquit, ſi horam natiuitatis proximè præceſsit ☉ & ☽ coniunctio, vide diligenter, quis inter planetas in loco coitus plures ac maiores prærogatiuas, quæ ex ſententia Ptolemæi, vt patuit, triangulo, domicilio, altitudine, termino, καὶ φάσει ἢ συσχηματισμῷ, id eſt, irradiatione ſeu configuratione continentur, habuerit, atque motum eiuſdem verum ad tempus natiuitatis æſtimatum diligentiſsimè exquire: quo facto, aſpicias thema cœli ad horam natiuitatis æſtimatam conformatum, & perpende vtrum locus dominatoris interlunij gradui horoſcopāti, an verò medio cœli conſtituto ſimilior ſit ſeu propinquior numero, hoc eſt, ſecundum quantitatem deiunctā ſeu Arithmeticam. Nam ſi propinquior fuerit cardini orientali, ea pars ſigni exorientis in horoſcopum promouenda eſt, quæ cōſentit cum gradibus & ſcrupulis

pulis à planeta dominatore interlunij in ſuo ſigno emenſis. Quòd ſi idem planeta dominator propinquior medio cœli fuerit, totidem partes ſigni ibidem verſantis in culmine cœli collocandæ ſunt, atque tandem ad verum vel horoſcopi vel medij cœli ſitum reliqua loca conformanda, eo modo quem paulò infrà exponam. Neque verò aliter examinatur horoſcopus geniturarum præuentionalium, vt vocant, per gradum luminaris in ſuperiore hemiſphærio commorátis: proinde iam exemplorum ſupputatione rem intellectu faciliorem reddere debemus. Ac vt primo loco dicatur de genitura à nobis in toto hoc opere exempli gratia deſcripta, manifeſtum eſt eam conſecutam eſſe luminarium oppoſitionem, & quidem talem, in qua ſupra terram reperiretur Luna, recèns ingreſſa quartam partem Sagittarii, vbi Iuppiter ob domum, trigonum & fines habet Carpentum. Et quoniam Iuppiter tempore genituræ deprehenſus eſt in parte 27. Geminorum, qui numerus longiſsimè à parte culminante diſcedens, proximè ad numerum horoſcopantium partium accedit, atque ob id in horizonta orientalem partem 27. Libræ iuxta regulam noſtram promouendam eſſe indicat, id quod planè congruit cum aſcendente temporis, ſiue illud per ἀϛρόλαβον obſeruatum, ſiue alio modo correptum eſt. Duos quoque potentiores copulationis luminarium antecedentis dominatores, ſi cum cuſpidum præcipuarum altera congruant, regulæ intentionem efficacius perficere eſt conſentaneum. Hic tamen ſicut vbique alibi primatum obtinet potentior, & maximè ſi is idem, vt hic accidit, conditionem temporis ſequatur, & ius trianguli, quod in loco copulationis luminarium exercet, hæreticum fuerit. Idem valens efficitur, ſi duorum potentiorum illorum gubernatorum alter quidem cuſpidi domus decimæ, alter verò primæ congruat, cuius rei euidentia perſpicua eſt in noſtro exemplo, ſi in præuentione loco Lunæ præferas aut ſaltem ſimul conferas locum Solis principium Geminorum luſtrantis, cui Saturnus & Mercurius magna cum potentia imperantes, efficere videntur, vt numerus partium illius quidem cuſpidi domus primæ, huius verò ſecundæ congruat. Aliud exemplum de duobus ad principatum aſpirantibus: Tempore aliquo æſtimato culminet pars 18. Cancri, & aſcendat

ſcendat pars 14. Libræ, & præcedat immediatè hanc genituram luminarium coniunctio in parte 10. Libræ, vbi prærogatiuam primam habet Saturnus in parte 15. Capricorni commorans. Secundam verò prærogatiuam habet Venus luſtrans partem vndecimam Scorpionis. Nam vterque iſtorum duorum planetarum in dicto loco coniunctionis præcedentis carpentum habet, Saturnus quidem propter exaltationem & trigonum, & quia eundem locum ex parte 15. Capricorni quadrangulo radio illuminat: Venus verò propter domum & fines. Sed quia ipſa eſt valde remota à ſimilitudine numeri angulorum, idcirco præferendus eſt ei Saturnus, qui & Venere potentior eſt, & numerum partium partibus aſcendentis viciniorem in ſuo ſigno confecit. Sit rurſus in genitura culmen cœli in parte 15. Aquarij, horoſcopus verò in par. 7. Geminorum, & locus coniunctionis proximè genituram præcedentis in parte 22. Libræ, in qua cùm primam prærogatiuam habeat Saturnus orientalis luſtrans partem 13. Virginis, ſecundam verò Mercurius percurrens partem 5. Scorpij, patet quòd numerus Mercurij ad numerum aſcendentis, & numerus Saturni ad numerum medij cœli æqualiter accedant: quia tamen Saturnus potentior eſt tũ propter prærogatiuas in loco coniunctionis immediatè præcedentis, tum verò propter conditionem diei, ideo pars 13. Aquarii in medium cœli potius quàm pars 5. in aſcendentem cardinem promouenda eſt. Autor videtur ſentire accipiendam eſſe dominatoris ad angulos propinquitatem ſecundum quantitatem continuam. Veluti ſi ſit horoſcopus genituræ æſtimatæ par. 5. ♑, & M.C. par. 4. ♉, & dominator planeta ſit Sol, tranſiens per part. 14. Arietis, tunc iuxta quantitatem continuam Sol propior eſt medio cœli quàm horoſcopo, maior enim eſt diſtantia ab Ariete in Capricornum, quàm in Taurũ, & ob id gradus 14. Tauri in cuſpidem medii cœli eſſet promouendus, atque ad ſitum eiuſdem medii cœli reliqua loca conformanda. Sed quantitas diſcreta protrudit ad horoſcopum p. 14. Capricorni, quod numerus 14. propiùs accedat ad 5. quàm ad 4. Verùm enimuerò hoc negotium intelligendum eſſe de quantitate diſcreta & non continua, ipſa verba Ptolemæi paulò antè à nobis recitata apertè loquuntur. Traditur aũt vulgò alius quartus modus de inue

De trutina Hermetis.

niendo gradu horoſcopante per moram nati in vtero materno, quem trutinam Hermis nominant. Hermes enim rerum cœleſtium antiquiſsimus ſcriptor, ex caſu ſpermatis in matricem tẽpora geniturarum æſtimata emendat, atque verum gradum exorientem exquirit, quòd ille locus cœli, in quo ☽ eſt tempore conceptus, in cardinem exorientem tempore geniturræ incidat. Voluit enim Lunam ad hominis natiuitatem tantam habere cõformitatem, vt locus Lunæ in caſu ſpermatis aſcendat tempore genituræ, & vice verſa Lunæ locus tempore natiuitatis ſit aſcendens caſus ſpermatis in matricem: vt ſi ☽ fuerit in part. 3. ♉. fœmina concipiente fœtum, eundem gradum oriri ſupponit ipſa pariente. Rurſus ſi conceptus tempore emergat primus gradus Scorpij, puerum non naſciturum niſi cùm Luna ad primam partem eiuſdem venerit. Nonnunquàm tamen non idem ſignum, ſed oppoſitum aſcendere prodidit, quod tunc verum eſſe volunt, quando ☽ tempore concubitus in occiduo cardine reperitur. Verba eius hæc ſunt: οἷθα ὅστιν οἱ ☽ καιρῷ τῆς γενέσεως ἡ ☽. ἐκεῖνο τὸ ζῴδιον οἱ τῇ ὥρᾳ ὡροσκόπει Ϛμ: καὶ οἷθα ἐπὶ τῆς ὥρας ἔτυχεν, ἐκεῖνο οἱ τῇ ἀποκυήσει ὡροσκόπει Ϛμ, ἢ τὸ τοῦ τοῦ κατὰ διάμετρον, id eſt, in quo ſigno eſt ☽ genituræ tempore, illud in conceptu fac aſcendens, & in quo ſigno inuenta fuerit in conceptu, illud aut eius oppoſitum fac aſcendens in partu.

Enunciatum. 51.

Hoc alphoriſmo poſito & cõceſſo, per altitudinem, quam Luna tempore partus in noſtro vel τῶν ἀντιχθόνων hemiſperio habet, gradũ tẽpore natiuitatis alicuius exorientẽ venant in hunc modum: Primò conſtruatur thema cœli, & inueniatur locus Lunæ verus ad tempus quo infantem natum eſſe exiſtimant. Secundò inueniatur diſtantia Lunæ ab horoſcopo vel cardine occidentali: ab horoſcopo quidem ſi infra terram, à ſeptima verò ſi ſupra terram commoretur. Talem verò diſtantiam ſupputabis hoc modo. Signa & partes anguli à ſignis & partibus Lunæ ſubtrahe, accommodata, vt calculus aſtronomicus exigit, integra reuolutione, quotieſcunque inferior à ſuperiore deduci nequiuerit: quo facto, remotio Lunæ à cardine relinquetur. Tertiò remotionem Lunæ à cardine repertam quære in tabella moræ fœtus in vtero materno, & deprehendes dies moræ in prioris quidem ſerie numerorum, ſi Luna tempore genituræ ſub terra fue-

ra fuerit: in posteriore verò, si in superiore hemisphærio ambulauerit. Quartò vt tempus conceptionis inuentum habeas, moram inuentam à tempore natiuitatis retrò numera, vel quod idē est, eandem à tempore natiuitatis, quod principio anni Romanorum & puncto natiuitatis intercipitur, subtrahe, accommodata integra reuolutione anni præcedentis, si quando subtractio fieri nequeat, vtrobique diligenter ad bissextum animaduertens, & relinquetur numerus dierum conceptionis anni eiusdem aut præcedentis, quando videlicet vnam anni præcedentis seu communis seu bissexti periodum accommodaueris. Vt in nostro exemplo, motus Lunæ est signorum 10. par. 27. sc. 52. 1ª, & horoscopus signorum 6. part. 26. scr. 44. 1ª, quibus à motu Lunæ sublatis, relinquitur Lunæ ab ascendente distantia, nempè signorum 4. part. 1. scr. 8. 1ª, cui in prima serie tabellæ respondent dies 283. quibus natus in vtero materno detentus fuit. Cùm autem à principio anni 1527. labentis ad tempus genituræ elapsi sint dies saltem $141\frac{1}{6}$. qui pauciores sunt, quàm vt dierum moræ in vtero subtractionem ferant, idcircò adijciam eis reuolutionem integram præcedentis & cōmunis anni, hoc est, dies 365. & producam in summa dies $506\frac{1}{6}$. à quibus mora in in vtero dierū 283. subtracta, reliquos facit dies $223\frac{1}{6}$. cum quibus, vt mensis diem anni præcedentis agnoscas, intra in tabellam mensium anni communis, in qua è regione Iulij offerent se dies 212. proximè minores, quos à diebus $223\frac{1}{6}$. subtrahe, & remanebunt dies $11\frac{1}{6}$. Dies ergo conceptionis æstimatus iuxta hunc modum ὁ πλάθος, colligitur esse duodecimus Augusti, in cuius fine Lunam Libræ partē 20. scrup. 16. 1ª lustrasse, ostendunt tibi tabulæ Ephemeridum.

TABVLA MORAE FOETUS in vtero materno.

Sig.	P.	Dies		Dies	
0	0	273	medię	258	mino.
0	12	274		259	
0	24	275		260	
1	6	276		261	
1	18	277		262	
2	0	278		263	
2	12	279		264	
2	24	280		265	
3	6	281		266	
3	18	282		267	
4	0	283		268	
4	12	284		269	
4	24	285		270	
5	6	286		271	
5	18	287		272	
5	29	288	maio.	273	medię
☽ infra terrã ab horoscopo				☽ supra terrã à septima	

TABVLA MENSIUM vsualium.

31	Ianuar.	31	31
	Februar.	59	60
31	Martius	90	91
30	Aprilis	120	121
31	Maius	151	152
30	Iunius	181	182
31	Iulius	212	213
31	August.	243	244
30	Septem.	273	274
31	Octob.	304	305
30	Nouem.	334	335
31	Decem.	365	366
	Annus	Coīs	bissex

An dies reperta sit dies conceptionis vera, nec ne?

Si die conceptionis æstimata deprehenderis locum Lunæ in signo, tempore quo infans natus esse dicitur, exoriente, sicut in nostro exemplo accidit, vel etiam in opposito eiusdem, scias te certo calculo verum scopum attigisse. Nam vt paulò antè dictum est, in quo signo ☽ reperta fuerit in conceptu, illud ipsum aut eius oppositum ascendit in partu. Quòd si ☽ motu bidui vel infrà à dictis signis absfuerit, motus eius ad dies proximè sequentes capiendus est: Et econtrariò si Luna eadem loca excesserit, motus Lunæ dierum antecedentium tantisper spectandi, quoad locum Lunæ proximè minorem cardinis loco peruenia-tur: sic enim fiet, vt vera genitura, sicut rationi consentaneum est, sem-

est, semper æstimatam præcedat. Cæterùm hora & reliqua scrupula conceptionis sic inquirantur. Ab ascensione climatis in-incepta à principio Arietis, loci quem Luna tempore natiuitatis æstimatæ tenuit, subtrahe ascensionem rectam à Capricorno inchoatam loci Solis ad diem conceptionis completam: Nam id quod restabit si in tempus mutetur, horas & scrupula horarũ conceptionis ostendet. Vel aliter, Intra cum loco Solis ad tempus conceptionis æstimatum tabulam domorum tui climatis sub titulo decimæ domus, atque tempus in margine correspondens nota ad partem. Deinde similiter per motum ☽ diei genituræ æstimatæ extrahe tempus ex eadem tabula sub titulo primæ domus: quo facto, tempus ☉ subtrahe à tempore ☽ assumptis 24. horis, si quando subtractio fieri nequeat, & relinquentur horæ & scrupula veræ conceptionis, quæ diei completæ antea inuentæ adiungenda sunt, atque ad tempus hinc conflatum verus locus ☽ quærendus, qui idem verus gradus cardinis in genesi exorientis secundum hunc modum esse iudicatur. In nostro exemplo epochæ lunaris ascensio obliqua ab Ariete supputata est par. 341. scr. 31ª. Locus verò Solis ad meridiem diei satus reperitur par. 28. scrup. 12. Leonis, eiusdemque loci ascensio à Capricorno inchoata est par. 240. scrup. 231ª, quæ subtracta ab ascensione obliqua loci Lunæ, restare facit par. 100. scru. 401ª, hoc est, horas 6. scrup. 431ª. Idem tempus ex tabula domorum ad latitudinem par. 41. condita faciliùs colligitur, sic:

	Hor.	scr. 1ª.
Tẽpus Lunæ natiuitatis sub titulo primæ domus.	16	45
Tẽpus Solis conceptiõis sub titulo decimæ domᵃ.	10	[illegible]
Horæ pomeridianæ conceptionis.	6	43

Fuit ergo iuxta hanc supputationem conceptio anno Christi Dei labente 1526. die 12. Augusti completa hora 6. scru. 431ª, cuius temporis locus Lunæ verus est par. 24. scrup. 101ª Libræ, atque hæc eadem est pars cœli tempore genituræ horoscopans, per trutinam Hermis explorata.

Quomodo horoscopo aut cœli culmine cognito, reliquæ cuspides innotescant.

Si me-

Si medium cœli cognitum fuerit, aſcenſio eiuſdem recta & reliquarum cuſpidum aſcenſiones obliquæ per ea quæ ſuprà in differentia prima de domiciliorum cœleſtium fabrica diximus, non latebunt. Quòd ſi horoſcopum examinatum habueris, tunc ab aſcenſione eiuſdem in climate ſubtrahe partes 90. accommodata integra reuolutione ſi opus fuerit, & relinquetur aſcenſio medij cœli, qua cognita, per continuam partium 30. additionem reliquarum quinque ſequentium cuſpidum aſcenſiones inquiras, atque ſingulis aſcenſionibus partes Eclipticę correſpondentes ex tabulis ſingulis cuſpidibus conuenientibus, vt ſuprà eſt expoſitum, elicias. Porrò quomodo dato aſcendente vel medio cœli reliquæ cuſpides ex tabula æquationis domorum deſcribendæ ſint, ſatis ex ipſa tabula apparet, quæ à lateribus cuiuſuis cardinis ſitum hemiſphęrij continet. Hæc omnia ex ſe clariora ſunt, quàm vt exemplis elucidari debeant. Ad extremum tempus veræ geniturę inueſtigabis hoc modo. Quęre aſcenſionem obliquam aſcendentis gradus tum ęſtimati, tum emendati, atque minorem à maiore ſubtrahe: Differentiam verò conuerte in tempus, idq; tempori ęſtimato adijcias, ſi aſcenſio obliqua emendati horoſcopi fuerit maior quàm ęſtimati, hoc eſt, ſi natiuitatem veram ęſtimata pręceſsit, aut ab eadem ſubtrahe, ſi contrarium acciderit. Quòd ſi tabulis ęquandarum domorum vti mauis, confer tempus ſcriptum in tabula ęquationum iuxta gradum medij cœli ęſtimati ad tempus ſcriptum in eadem tabula iuxta gradum medij cœli emendati, atque minus aufer à maiori: differentiam verò adde ad tempus ęſtimatum, ſi gradus ęſtimato tempore horoſcopans pręceſsit horoſcopum verum, vel ſubtrahe idem ab eodem, ſi contrarium acciderit, & proueniet tempus geniturę verę, ad quod ſi etiam motus ſtellarum cum nodis Lunę & ſorte fortunarum deſcripſerimus, figuram cœli omnibus numeris abſolutam obtinebimus.

1 *Et ex hoc Hylech, id eſt, locus vitæ in natiuitatibus, cuius ſcientia eſt, vt primò aſpicias horam natiuitatis, quæ ſi fuerit in die, incipies à Sole: qui ſi fuerit ante*

gradum

gradum signi ascendentis per V. gradus aut infrà: aut fuerit in X. vel XI. siue masculinum fuerit ipsum signum seu fœmininũ, aptus erit vt sit hylech. Si autem fuerit in his tribus locis, scilicet in septima, vel octaua, vel nonã in signo masculino, similiter aptus erit vt sit hylech. Si verò fuerit in his tribus locis in signo fœminino, non erit aptus vt sit hylech. Hinc aspicies Lunam: quæ si fuerit in ascendente vel in secunda vel tertia, aut in septima vel octaua, erit apta hylech, siue masculinum siue fœmininum fuerit signum. Et si fuerit ante gradum signi ascendentis per V. gradus vel infrà: aut si fuerint in X. vel XI. aut in quarta vel quinta vel in septima * in signo fœminino, aptetur hylech. Si autem fuerit in aliquo istorum in signo masculino, non erit apta hylech, si fuerit in die natiuitas. Si verò natiuitas fuerit nocturna, incipiamus à Luna: quæ si fuerit in aliquo prædictorũ locorum, secundũ quod prædiximus, erit apta hylech. Si autem Luna non fuerit in eis, aspicies post hoc ad Solem, qui si fuerit ante gradum septimæ per V. gradus vel infrà, aut si fuerit in quarta vel in quinta, erit aptus vt sit hylech, siue signum fuerit masculinum siue fœmininum. Si verò fuerit * ante ascendentem V. gradibus vel infrà: aut in ascendente, vel in secundo signo masculino, aptabitur etiam hylech. Si autem fuerit in aliquo istorũ locorum in signo fœminino, non erit aptus hylech. Quòd si luminarium aliquod non fuerit aptum hylech: Aspice post hoc natiuitatem, vtrum sit coniunctionalis aut præuentionalis, id est, vtrum sit post coniunctionem vel præ

* Videt legẽdum: in 5. gradib', qui cuspidem septimæ antecedunt.

* Videt redundare. Nam talis positus non noctem, sed diem efficit.

uentionem. Quòd si fuerit natiuitas coniunctionalis, & fuerit gradus coniunctionis in aliquo angulorum: vel in succedenti angulo: erit in loco apto hylech. Si verò prædictus gradus fuerit cadens ab his octo locis .i. ab angulis & â succedentibus angulis, non erit hylech. Aspicies tũc gradum partis fortunæ: qui si fuerit in aliquo angulorũ, vel in succedentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si verò cadẽs fuerit ab his VIII. locis: aspicies post hoc gradum ascendentis & constitues eum hylech. Si verò natiuitas præuentionalis fuerit, incipies à gradu præuentionis, aspicieq; eum sicut priùs fecisti in gradu coniunctionis: & post ipsum gradũ partis fortunæ: post ipsum gradum ascendentis eo ordine quo prædiximus in gradu cõiunctionis. De sexu autem signorum non curabis. i. non aspicies vtrum sint signa illa mascul. vel fœmin. nisi tantummodo in luminaribus, hoc est, in gradu cõiunctionis, vel præuentionis & ascendentis & partis fortunæ non consideres vtrum sint in mascul. signis vel fœmin. tam in angulis, quàm in succedentibus angulorum: sed hæc quatuor tantùm erunt tunc apta hylech, cùm fuerint in his octo locis, id est, in angulis vel succedentibus eorum: si verò fuerint in locis recedentibus, id est, cadentibus ab angulis, non erunt apta hylech.

2 *Apparet itaq; quòd Sol sit hylech aptus in die, & nocte super terram, & sub terra in XI. locis, super terram in VI. locis, & sub terra in V. Luna quoq; apta erit hylech in die, & nocte super terram, & sub terra similiter in XI. locis, super terram in V. & sub terra in VI.*

3 Et cum

3 *Et cum hoc si fuerit Luna in his locis sub radijs Solis, non erit apta hylech.*

4 *Aspicies autem hylech in angulis & succedentibus eorum secundum quod æquantur XII. domus circuli per gradus horarum ascendentis, secundum quod exponitur eius opus in canone planetarum, id est, in libro cursuum planetarum.*

5 *Cumque æquaueris domos hoc modo: omnis planeta qui fuerit ante gradum signi ascendentis, vel cuiuslibet domus per V. gradus, vel infrà, erit fortitudo eius valida in domo quæ ei succedit.*

6 *Et omnis locus ex locis quæ prædiximus, est aptus hylech: si aspexerit eum aliquis dominorum illius qui sit dominus domus, ant dominus exaltationis: aut dominus termini: aut triplicitatis: aut dominus faciei: & si non, non erit aptus hylech.*

De Alcochoden.

Et ex hoc Alcochoden, qui est significator vitæ. i. dominus annorum vel dans annos: quem cùm volueris scire, & iam prænosti hylech: eo ordine quem prædixi, aspicies dominum domus hylech, aut dominum exaltationis eius, aut dominum termini eius: aut dominum triplicitatis: aut faciei eius, quis horum fortior fuerit & autentior in loco hylech: & si aspexerit hylech, erit dignior alcochoden: quòd si non aspexerit hylech, qui fuerit pluris auctoritatis: aspicies eum qui fuerit auctoritatis minoris, donec inuenias aliquem ex illis qui aspiciat: quòd si non aspexerit hylech, nõ poterit ille

locus esse hylech: & tunc quæres ab alio hylech, & iterum quæres ab eodem secundo hylech alcochoden eo ordine quo prædiximus: quòd si æquales fuerint duo planetæ vel tres in auctoritate gradus hylech, & aspexerit vterq;, erit dignior alcochoden qui fuerit fortior loco. Si verò fuerint æquales in fortitudine loci, scilicet vbi fuerint ipsi planetæ, erit ille alcochoden qui propior fuerit gradui hylech. Quibusdam autem videbatur melius inspicere à domino domus: qui si aspexerit hylech, ponebant eum alcochoden, & non considerabant alterum: & si non inuenissent dominum domus aspicientem hylech, accipiebant dominum exaltationis: quem si aspicere viderent hylech, ponebant alcochoden eum, & non considerabant alium: similiter faciebant de domino triplicitatis termini atq; facici per ordinem: & erat Dorotheus præponens dominum termini in hoc domino domus. Et quidam dixerunt, quòd si æquales fuerint duo planetæ, vel tres, vel plures in dignitate, & in propinquitate aspectus gradui hylech: ille erit alcochoden, qui erit in loco laudabili à Sole: id est, qui fuerit cum Sole in vno gradu per XVI. minuta, aut infrà: vel propinquior gradui anguli: aut in initio ortus sui, id est, cum mane apparuerit: aut fuerit in statione sua secunda, vel in aliquo esse scilicet laudibili à Sole, sicut prædiximus, ipse erit alchocoden. Si verò gradus Solis fuerit in hylech, & fuerit in Ariete vel in Leone, erit Sol hylech, & alcochoden simul: & non considerabitur alius alcochoden præter eũ

simi-

similiter si fuerit gradus Lunæ hylech, & fuerit in Tauro vel in Cancro, habeto eam pro hylech & alcochoden simul, & non considerabis alcochoden aliũ præter eam.

7 *Almut est qui præest natiuitati: ab eo significatur esse nati post hylech & alcochoden, & ipse planetis cæteris est pluris auctoritatis, in ascendente & in locis luminarium atque in loco partis fortunæ, in loco quoque coniunctionis vel præuentionis, quæ est ante natiuitatẽ. Quòd si præfuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus, aut quatuor, aut pluribus præ multitudine potestatis suæ, erit ipse Almut, id est, auctor & significator vitæ post hylech & alcochoden, & per eum significatur esse nati. & quidam habent eum pro alcochoden ad dandum vitam.*

1 Sequentia duo capita ad maximam & præcipuam Genethlialogicæ quæstionem, qua vitæ spacium nati exponitur, pertinent. Etsi verò teste Ptolemæo, huius quæstionis non simplex aut leuis nec facilis sit expositio, & deniq; magni laboris sit prudentiæque non vulgaris videre, quando vitæ datoris vis extinguatur, & quæ stella sit ἀνῃρετικὸς seu vitæ nati interemptrix, perspicere: Tamen præcepta quæ hic traduntur, nec adeo obscura sunt, nec difficilia, & tribus potissimum locis concluduntur. Omnino enim hæc tractatio dependet ex Apheticorum locorum, ijsque dominantium stellarum, atque denique astrorum locorumque interimentium deprehensione, quorum vnumquodque quomodo ex traditione Ptolemæi dijudicandum sit, primò capitulatim indicabo, posteà verò his sententiam autoris aliorumque Arabum attexam. Et ex hoc hylech &c.

περὶ τόπων ἀφετικῶν,

De locis Apheticis.

De his sic dicit Ptolemæus: τόποι ἀφετικοί εἰσιν οἱ οἷς εἶναι δεῖ πάντως τὸν μέλλοντα τοῦ κυρίου τῆς ἀφέσεως λαμβάνειν, hoc est:

Loca Aphetica seu loca prorogantia sunt, in quibus omnino necesse est reperiri eum qui velit vitæ moderandæ iurisdictione potiri. Numerat autem sicut prorogatores, ita loca in quibus prorogatores positi vitam decernunt, quinque, quorum series hæc est: Primus locus, quique cæteris potentia & autoritate hic præfertur, est medium cœli. Secundus & primò potestate proximus, est ascendens. Tertius est domus vndecima, ἀγαθοδαίμων. Quartus est septima domus. Quintus & reliquis debilior, est locus nonus θεός. Reliquæ septem domus sunt inutiles. Primò enim omne quod subterraneum est, id Ptolemæus in hoc pręclaro imperij genere meritò posthabendum docet, eo tantùm excepto, quod cum horoscopo in lucem prodit, hoc est, gradus 25. qui cardinem orientalem consequuntur. Deinde ex ijs locis qui supra terram extant, nec octauum τόπον ἀργόν, id est, locum otiosum dictum, qui nullo familiaritatis vinculo cum ascendente coheret, accipere conuenit, nec duodecimum, qui κακοδαίμονος, id est, mali dęmonis locus appellatur. Nam præterquàm quòd ab angulo pręcipitatur, horoscopoque est ἀστώδεος, fumosa tenebricositas ex terrę vaporibus nata, astrorum ibi commorantium effluxus conturbat ac veluti abolet, qua de causa suis neque coloribus, neque magnitudinibus apparent. Loca autem quę ponit esse Aphetica omnia pręter 25. partes centro orientis succedentes, supra terram extant, & horoscopo in ęquinoctiali, vndecimus quidem sexangulo, decimus quadrato, nonus trigono, septimus denique aspectu opposito configurantur. Ad extremum id diligenter hic obseruandum est, singula loca tricenas ęquinoctialis partes comprehendere, quarum quinę cuspidem antecedunt, & 25. succedentes eandem sequuntur. Quapropter quamuis locus vndecimus vsque ad duodecimum per 30. gradus æquinoctialis extendatur: tamen quinque illi gradus vltimi vndecimę, etsi non omnino virtute careant, eam herclè vim non habent, vt stellam ibi commorantem dominam vitę efficiant. Quãdo verò locus idoneus, idoneo loco succedit, tunc illi quinque gradus vltimi nõ auferũtur, quia quamuis ratione loci cuius sunt pars, boni non sint, tamen ratione loci sequentis idonei censentur. Veluti 5. partes vltimę loci noni, licet non sint bonæ ratione loci noni,

sunt

ſunt tamen aptæ ratione loci decimi. Et quinque gradus vltimi decimę, quamuis reſpectu eiuſdem ſint impotentes & inutiles, idonei tamen iudicantur ratione ſequentis domus vndecimę. Proinde domum 9. & 10. abſque detractione quinque circa finem ſequentium partium conſiderare, eaſque ſolùm à prima, ſeptima, & vndecima, quarum domus ſequentes, nempe ſecunda, octaua, & duodecima non ſunt Apheticę, ſubtrahere debemus. Hęc ſunt Ptolemęi loca Aphetica.

περὶ ἀφέτων,

De Aphetis.

Significatorem & principem moderandę vitę Chaldęi Ilech nominant, Ptolemęus verò κύριον τῆς ζωῆς καὶ ἀφέτην, id eſt, dimiſſorem, ἀπὸ τῆς ἀφετῆς appellat, quòd quaſi penſum poſſideat, ex quo deducta demiſſaque fila fatale ſpaciũ vitę hominis metiuntur. Etenim imaginem poëtarum de tribus Parcis, quas Varro à partu, mutatione vnius literę, deduci putat, huc pertinere cenſeo: has enim naſcentibus hominibus bonum aut malum conferre, atque eorundem vitam moderari & quaſi filando ducere arbitrantur. Lacheſis veluti colus penſum prębet, ex quo Chlotho ducit & contorquet fila, quę tãdem abrumpat Atropos. Quare Lacheſin Aphetam, Chlothon Aphetę profectionem, Atropon locum anęreticũ ſignificare putaui. Sed quibus principatus iſte vitæque diſpenſatio attribuenda ſit, longè minùs quàm in conſtitutione locorum Apheticorum Arabes à Ptolemęo diſſentiunt. Arabes in vnum ex his ſex, nempe in ☉ aut ☽ aut in gradum coniunctionis pręuentionis ſũe, aut deniq; in ſortem fortunarum vel in horoſcopum moderamen vitę transferunt. Sed Ptolemęus 5. ordinat, nempe ☉, ☽, horoſcopum, ſortem fortunarum, horumque locorum dominatorem, quorum quos eligere conueniat ex ipſius ſententia vitę rectores, ſequentes deſcriptiones ſatis apertè oſtendent.

In diurnis genituris aſpice

1. Solem, qui ſi in aliquo quinque dictorum locorum Apheticorum fuerit, præ cæteris Apheta eſto. Quòd ſi Sol ad vitam prorogandam propter loci ineptitudinem non idoneus eſſe videbitur, tunc conſequenter

2. Vide ☽, Et ſi nec Lunæ regimen hoc tribui queat, tunc

3. Ca-

3. Cape gubernatorem, qui habet tres ex dignitatibus quinque in locis tribus, nempe	1. ☉ 2. Coniunctionis præcedentis 3. Loco ascendentis	Nam talis planeta gubernator si fuerit in locis apheticis, luminaribus non aptis vitá moderabitur. Sed si nec hic in locis Apheticis reperiatur, tunc

4. Aphesis, seu vt vocant, Ilegium ad ascendens deuoluitur.

Obserua in genituris diurnis respiciendum esse ad locum coniunctionis præcedentis, etsi immediatè ☌ præcessisset, atq; natiuitati esset vicinior. Nam Sol de die potentior quàm ☽ existit.

In genituris nocturnis.

1. Facias Aphetam ☽, si fuerit in locis Apheticis.
2. Cape ☉, si fuerit in illis 25. gradibus, qui sequuntur centrum ascendentis. Et si neutrum luminare vitam queat prorogare, tunc vlteriùs

3. Cape gubernatorẽ, qui habuerit 3. ex quinque dignitatibus in locis tribus, nempe	1. ☽ loco. 2. loco ☌. 3. loco ⊕.	Nam si talis planeta in loco aphetico fuerit, vitam moderabitur: Si nó, tunc

4 si præcesserit natiuitatis proximè coniunctio, capias ascendens, quia ☉ fauet ascendenti. Si vero proximè præcessit ☌, cape sortem fortunarum si fuerit in loco Aphetico: Si non, tunc iterum ad ascendens gubernatio deferenda est.

Notandum in genituris nocturnis attendendam esse oppositionem, etiam tum cùm coniunctio natiuitati proximior fuerit, quia ☽ fauet ☌, cum in ☌ nullam potestatem obtineat. Locus pręterea ☌, vt suprà admonuimus, est loc' luminaris, quod tempore oppositionis supra terram reperitur. Nam ☉ propter

suam

ſuam præſentiam non patitur ſibi eripi ſuum priuilegiũ, quod eſt, vt in diurna oppoſitione præferatur locus eius loco ☽, niſi ☉ in occidente ad vnguem reperiatur. Ad extremum illud hic repetatur, quòd per 5. dignitates apud Ptolemæum intelligantur domus, trigonus, altitudo, finis, coniunctio vel qualiſcunq; alius aſpectus, imò etiam intuentia imperantiaque, dummodo congruunt ad vnguem, aliàs non.

Cautela: Si ambo luminaria & propriæ conditionis gubernator (is verò eſt, qui in diurnis genituris in locis Solis, coniunctionis præcedentis & aſcendente, in nocturnis verò in ☌ præcedente ☽ & horoſcopo dominatur) in locis Apheticis fuerint, luminum id præferendum eſt, quod maioris virtutis ac in loco aptiore fuerit. Veluti in nocturnis genituris ſi ſit ☽ in nona vel ſeptima, Sol verò in aſcendente: tunc Sol præferendus eſt Lunæ, & maximè ſi iuxta gradum aſcendentis vel in dignitate ſua, ſed tamen intra 25. gradus infra horizontem fuerit. In diurnis genituris, ſi ſit ☽ in decima, ☉ in 9. tunc ☽ præponenda erit Soli. Sed ſi ſit ☽ in decima & ☉ in 11. erunt penè ratione locorum pares: quare illud præferendum iudicabis, quod maiore prærogatiua fuerit præditum. Quòd ſi adhuc non ſatis notabiliter differre videbuntur, perpẽde, an alicui ipſorum dominus loci corpore aut benigno aſpectu applicet. Nam ſi dominus loci Aphetæ potens, eundem Aphetam & præcipuè bono aſpectu videat, prorogatorem multò robuſtiorem efficiet. Atque hæc ſanè eſt cauſa, ob quam Arabes ius moderandæ vitæ nunquàm ſoli alicui planetæ attribuant, niſi etiam accedat alter, quem vocant Alcocodes, hoc eſt, qui dignitatem aliquam in loco futuri Aphetæ obtinens, eundem Aphetam inſuper reſpicit. Cæterùm gubernator tum demum vtriſque luminibus præferendus eſt, quando duas habuerit conditiones. Prima eſt, vt ipſa ſit in meliore loco Aphetico quàm luminaria. Secunda, vt ex quinque prærogatiuis colligat tres in locis tribus, nimirum in loco ☉, ☌ præced. & aſcendente: Et aliàs tres in alijs locis tribus, nempe loco ☽, ☌ præced. & horoſcopo, & tunc dicitur gubernator vtriuſque temporis. Hæc eſt prorogatorum lex: reſtat vt Anæretas ſimili ordine recenſeamus.

De Anæretis.

Anęretę ſeu μοῖραι αἱρετικαί, hoc eſt, partes interimentes, ſunt corpora atque hoſtiles radij maleficorum, qui in progreſſionibus vitæ datori obuiantes vitam nati incidunt, aut ſaltem eidem magna pericula imminere portendunt. Nam verbum αἱρέω idem eſt quod occido, & αἱρετὴς idem eſt quod occiſor ſeu vitam incidens. Vnde etiam vulgò non vſque adeo ineptè, ſicut putatur, abſciſſorem ab abſcindenda vita vocarunt. Cæterùm interimentium partium apud Ptolemæum duo prima genera reperio: Vnum eſt eius, quæ verſus præcedentia ſigna fit moderationis, & habet partem interimentem tantùm vnam, nimirum cardinem finitoris occidentalis, eò quòd dominum vitæ abſcondat. Siderum verò vel occurſantium vel teſtificantium partes, adimunt ſaltem vel adijciunt aliquid ijs annis, qui à vitæ moderatore ad occaſum vſque deducto colligebantur, & non interimunt, quòd non in locum Apheticum hæ impingant, ſed contrà Apheta ad Anæretam feratur. Ac quantùm adijciant adimantúe, rem alioqui nonnihil obſcuram infrà exemplo aliquo declarabimus. Alterum genus Anæretarum eſt eius directionis, quæ verſus conſequentia ſigna perficitur, & habet Anæretas præcipuos 16. quorum priores ſex per ſe interficiunt, ſuntque maleficarum duo corpora, eorumque duo aſpectus oppoſiti, & alij duo quadrati. Reliquorum decem Anæretarũ, qui generaliter non per ſe, ſed cum aliqua conditione interficiunt, primus cæteriſque validior eſt, tetragonus ipſius Aphetæ ſecundum ſucceſsionem ſignorum procedens. Conditio verò ſeu potius cauſa propter quam hic tetragonus interimat eſt, quòd hæc loca, quæ ab initio repugnabant, naturam habeant contrariam. Ex hoc liquet, quòd maleficæ ab initio quadrangulo Aphetam pulſantis occurrens trigonus, ipſo per ſe quadrato certiùs perimat. Arabes neque luminarium neq; maleficorum corpora, aut vllos eorum radios perimere tradiderunt, quando vitæ dominium ſuſceperunt. Deinde ſequuntur alij quatuor Anæretæ, ♄ & ♂ è ſignis dicto eorum audientibus aut aſpicientibus ſecundum æquipollentiam: Veluti ſi tempore natiuitatis Apheta ſit in parte ſecunda Geminorum, Anæreta verò in parte 29. Cancri: Hæc conditio, nempe vt ab initio ſit anæreta in intuente cum loco Aphetico, hic eſt neceſſaria, nõ

autem

autem in aspectibus, quos suprà per se interimere diximus: veluti si ☉ sit Apheta lustrans Arietem, Saturnus verò Anæreta sit in Virgine proijciens radios suos quadratos in principium Geminorum: hi quadrati radij maleficę, poterunt opprimere Aphetam Solem, quamuis Saturnus ab initio ☉ non respiciat: Sed eadem conditio etiam requiritur in obedientibus, quibus malefici veluti tyranni imperant. Quando itaque locus Aphetæ obedit loco Anæretæ, tunc Anæreta ad Aphetam deductus perimit. Verùm enimuerò cùm corpora senio confecta leui ex causa dissipentur, poterunt antiscia malorum in senibus, vitæ dominum per sesseu absque prædicta conditione opprimere. Hinc trigoni maleficarũ è signis breuiũ ascẽsionũ afflicti interficiunt: Et econtrariò è signis longarũ ascensionũ deprauati hexagoni, eadẽ ex causa occidũt. Quas radiationes vt facilè discernas, aspice locum respicientem & locum in quem cadunt radij, & si domus horum locorum se respexerint sextili, erit natura radij illius sextilis: et si domus se respexerint ex quadrangulo, erit natura radij quadrati: & si trigono, trigoni, vnde imum medium cœli semper respicit horoscopum quadrato æquinoctialis: veluti si ♒ ascendat, in imo medio cœli intelligitur versari Taurus signum æquinoctialis, quamuis ratione zodiaci signum Geminorum ibidem reperiatur. Interimunt autem huiusmodi quoque quadrati, quia signa ex quadrato se respicientia vniuersaliter sunt naturæ contrariæ.

Ad extremum cùm ☽ vitæ moderationem inijt, Solis quoque locus interimit, quando videlicet malefici alicuius congressu oppressus à beneficorum nemine iuuatur aut liberatur. Quapropter cùm malefica sit in causa, vt locus ☉ incurrens Lunam existentẽ aphetam perimat, sequitur quòd si benefica loco maleficæ ponatur cum Sole, locum Solis nequaquàm interfecturum. Arabes Anæretis, quos numerauimus, cuspidem sextam, septimam, & octauam, atq; earundem cuspidum dominos adijciunt. Similiter & cuspidem quartæ, quando aquea & infortunata esse deprehenditur. Item loca tenebrosa, loca nebulosa, loca Eclipsis, loca Cometarum tempore natiuitatis apparentium, cor Scorpij, cor Leonis, Item ☌ & ☍ Lunæ, partem Martis, partem azemena; Denique Mercurij radios □ & ☍ impedire

 dicunt.

dicunt: Lunam quoque ascendenti obuiantem interficere sicut ♂, & præsertim si dignitatem in octaua habeat. Hæc est Ptolemęi de hoc loco sententia. Reliquum est, vt quos autor vitæ rectores ex opinione aliorum eligere doceat, breuiter & quasi in tabella depingamus.

In diurnus genituris aspice

Primò ☉, qui si fuerit
- Intra 5. gradus, qui supra horizontem ascenderunt in fine duodecimæ domus.
- In decima
- In vndecima
- In septima
- Octaua
- Nona.

} in quouis signo, / in signo masculino, } Sol erit Illech.

Secũdò aspice ☽, quæ si fuerit in
- Ascendente
- Secunda
- Tertia
- Septima
- Octaua.

} in quouis signo,
- Intra 5. gradus, qui supra horizontem ascenderunt in fine duodecimę
- In decima
- In vndecima
- In Quarta
- Quinta
- Intra 5. gradus septimę cardinem antecedentes.

} in signo fœmininotantùm, } Luna erit Illech.

In nocturnis genituris aspice

Primò ☽, quę si fuerit
- Intra 5. gradus qui ascenderũt supra horizontem.
- In decima
- In vndecima
- In septima
- In octaua
- In nona

} in quouis signo. / in signo masculino tantùm, } Luna erit Illech.

Secun-

Secũdò ☉, qui si fuerit
- ante gradum septimæ domus infra terram intra p.5. — in quouis signo,
- In quarta. — in quouis signo,
- In quinta. — in quouis signo,
- In ascendente — in signo masculino,
- In secunda — in signo masculino,

☉ erit Ilech.

Quòd si neutrũ luminare ilegio aptũ fuerit, præcesseritq; genituram
- Coniunctio — Cape gradum — Cõiunctionis — si in angulo vel succedenti fuerit.
- Oppositio — Cape gradum — Oppositionis — si in angulo vel succedenti fuerit.

Quòd si nec ista loca satis apta ilegio deprehendentur, tunc pars fortunarum vitam moderabitur, si in angulis aut succedentibus reperiatur: si non, gradus horoscopans vitam prorogabit. Sed genera signorum non hic, sed tãtummodo in luminaribus consideranda esse præcipiunt.

2 Sol secundum hanc rationem habet loca Aphetica supra terram sex, nimirum gradus 5. supra horizonta extantes, decimam, vndecimam, septimam, octauam & nonã. Sub terra quinque: nempe, quinq; gradus ante septimam, quartam, quintam, horoscopum & domum secundam. Luna verò habet loca Aphetica supra terram, 5. nempe, quinque gradus horoscopum antecedentes, decimam, vndecimam, septimam & octauam. Infra terram sex, nimirum ascendens, domum secundam, tertiam, quar

Apparet itaq;, &c.

tam, quintam, & quinque gradus cardinem occidentis antecedentes.

Et cum hoc si, &c. 3. Prima cautela: Luna combusta non potest esse ilech, imò nullus planeta combustus potest esse vitæ significator. De arcubus autem emersionum & occultationum, intra quos stellæ radijs Solis oppressæ comburuntur, suprà abunde dictum est.

Aspicies autem hylech, &c. 4. Secunda cautela, quę quomodo intelligenda sit, patere potest ex ijs quæ suprà de distributione 12. domiciliorum ex sententia Ioannis de Regiomonte & aliorum diximus.

Cumque aduaueris 60. &c. 5 Tertia cautela, quę etiam cum doctrina Ptolemæi consentit, sed apud Ptolemęum vna domus protenditur spacio 30. partium æquinoctialis circuli, quarum quinque ante cuspidem domus, & vigintiquinque mox sequentes virtutem vnius domus obtinent. At autor videtur loqui de partibus zodiaci.

Et omnis locus. 6 Quarta cautela, quę à Ptolemęi doctrina dissentit. ἀφέσις seu Ilegium nulli decerni potest, nisi concurrat. quoq; Alcocodes, hoc est, planeta qui in loco Ilech dominatur, eundemq; aliquo aspectu intuetur. Quicunque enim planeta maiorem prærogatiuam in loco Ilech habuerit, eundemq; locum respexerit, eum vocant Alcocodes. Quòd si quando contingat plures simul attestari, potior in vtroque aspectu scilicet & dignitate præferendus est: qui enim habuerit plures dignitates, & fuerit ei propinquior gradibus, is erit Alcocodes. Denique si ☉ aut ☽ Apheta fuerit, sitq; in domicilio proprio aut exaltatiõe, tunc simul erit Ilech & Alcocodes, quando videlicet non habuerit aspicientẽ aliquẽ de dominis dignitatum essentialium. Sumunt aũt Arabes ex Alcocodeo coniecturas de longæuitate vel breuitate vitæ geniti. Nam Alcocodes repertus in angulo annos suos maiores, in succedenti, annos medios, in cadenti, annos minores largiri dicitur. Nulla huius rei exempla adferam, propterea q̃ per se satis clara sit, & quòd hæ coniecturæ valde infirmæ sint, & à Ptolemæi doctrina dissentiant, neq; vllam physicam rationem præ se ferre videantur. Sanè si dominus loci potens locum ipsum, & præcipuè bono aspectu videat, Aphetam robustiorem reddit, & ob id vitam nato robustiorem & longiorem præstat, teste Ptolemæo, qui in locis Apheticis & interemptorijs, quibus suffragijs ea fulcita sint, diligenter pensitandũ esse docuit.

Planeta

Planeta ergo signi Aphetici amicus, si Aphetæ radio suo affulgeat, quamuis roboris multum ipsi adijciat, ne ex leui causa succumbat, vtq; Aĩerætas sibi occurrentes faciliùs superet: tamen certum numerum annorum vitæ, qui maiore industria & labore perquirendus est, sine crassissimis erroribus vix indicare poterit.

7 Victorem seu dominum genituræ Arabes vocant Almuten natiuitatis, Græci κύριον γενέσεως: estq; Planeta qui plures potioresq; prærogatiuas obtinet in quinque locis Aphetarũ, nempè loco Solis, loco Lunæ, loco Cardinis exorientis, loco sortis fortunarum, loco ♂ vel ♃ luminarium proximè natiuitatem præcedentis. Quicunque ergo ex planetis in dictis locis maiorem potioremque suffragiorum copiam obtinuerit, is dominium genituræ sortietur. Per suffragia autem hic intelligimus dominium domus, altitudinis, trigoni & finium. Denique conjunctionem & qualemcunque aspectum alium, imò etiam intuentia imperantiaque. Iulius Firmicus lib. 4. cap. 12. eum esse dominum genituræ putat, cuius signum post natum hominem ☾ primò ingressura est. Veluti si quis prima natali hora Lunam in Ariete habuerit, quia Lunæ post ♈ ad ♉ secundo loco facit transitum, ♀ dominium genituræ adipiscetur, eò quòd ♉ sit signum ♀, & sic in cæteris signis. In hoc modo obseruandum est, quòd neque ☉ neque ☾ in aliqua genitura domini efficiantur. Quare si ☾ fuerit in ♊ inuenta eo die quo nascitur homo, tunc neque in ♋, hoc est, in domo sua, neque in ♌ domo Solis genituræ dominum significabit: sed cùm hæc signa transierit, & ad aliud signum venerit, tunc genituræ dominum indicabit, Quia itaq; ♍ domus ☿ est, is dominus genituræ efficietur. Sicut autem pleraque alia Firmici, ita hoc quoque præceptum dissentit à vera doctrina Ptolemæi, etiamsi aliquam similitudinem habere videatur cum Ptolemæi regula, qua locum planetę aut radium, super quẽ primò significator motu diurno ceciderit, obseruare præcipit, vt infrà videbimus. Sed hęc ratio alia est.

Almuten est qui præest natiuitati &c.

De profectione signorum.

8 *Et ex hoc signum profectionis in annis natiuitatum atque*

atque mundi. 2. *Nam in annis natiuitatum ſcientia eſt, vt aſpicias quot anni tranſierunt nato ex annis ſolaribus perfectis, aſpiciesque omni anno ſignum vnum, & incipies ab aſcendente nati per ſucceſsionem ſignorum, quouſque finitus fuerit numerus, ſignum quod ſuccedit eſt ſignum profectionis ab aſcendente, ſignum videlicet anni intrātis, quem non miſiſti in numero, hoc erit in tali gradu ſicut fuit in aſcendente natiuitatis: & dominus eiuſdem dicitur alcochoden: cuius interpretatio eſt dominus anni. Similiter numerabis à ſigno Solis vnicuiq; anno ſignum vnum, & exibit per hoc ſignum profectionis à Sole. Similiter à ſigno Lunæ & à medio cœli, & à parte fortunæ in ſimilitudinem gradus radicis, id eſt, puncti natiuitatis. Cuius rei exemplar eſt, quòd quidam natus eſt oriente Capricorno, ſcilicet XVII. gradu eius: & Sol erat in piſcibus XV. gradu: & medium cœli Scorpionis octo grad. & Luna in Libra XV. grad. & pars fortunæ in Leone XVII. grad. & iam tranſierunt nato tres anni perfecti, peruenietque quartus annus ab aſcēdente in Ariete, qui eſt quartus à Capricorno vſque ad XVII. gradum eiuſdem Arietis, & erit Mars alcochoden: & peruenit locus Solis ad Geminos vſque ad XV. gra. eiuſdem ſigni: & peruenit Luna ad Capricornum ad XV. grad. & profectus à medio cœli ad octo grad. Aquarij, & profectus à parte fortunæ peruenit vſque ad XVII. gradum Scorpij.*

3 *Cumque peruenerit annus ad gradum profectionis, vt ad XVII. gradum Arietis in hoc exemplo: & fuerit*

inter

inter ipsum & similē gradū succedētis signi, ad quē debet peruenire annus sequēs, in eadē domo planeta vel radij eius: & volueris scire quādo puenerit profectio ad ipsum planetā vel ad radios eius: aspicies qd sit inter gradū ad quē pueniet annus, & planetā vel radios ex gradibus & minutis: & multiplicabis illud p XII. & sextā illius numeri, quē multiplicas vel in XII. gra. & VI. vnius grad. & quot prouenerint, erūt dies ex anno illo in quo fueris, in quibus pueniet pfectio à gradu in quo incipit, vsq; ad gradū ad quē numerasti, post fiet pfectio ipsius planetæ.

Et ex hoc signũ profectio.&c.

1 Loca Aphetica tempore rerum exortus in certis partibus signiferi deprehensa non manent fixa, sed annuis, menstruis diurnisque reuolutionibus interuallo 30. graduũ zodiaci in consequentia signa promouentur. Talem horum locorum εἰς τὸ ἑπόμενα progressionem, vulgò profectionem nominant, cuius duas species hoc in loco autor ponit. Vna est profectio natiuitatum, altera annorum mundi.

Nam in annis natiuitatũ &c.

2 Ac annua quidem quinq; locorum Apheticorum in genituris hominum profectio est, in qua generaliter vnicuique anno Solari spacium vnius signi, id est, 30. partes deputantur. Planetam verò qui huiusmodi signo dominatur, dominum anni seu Chronocratorem annuum vocant. Quòd si prædictæ 30. partes

duorum

duorum distinctorum signorum terminis concludantur, sicut plærunque accidit, tunc quoque dominium annuum diuersis planetis per partes temporis distribuitur. Verbi gratia: Si in genitura alicuius 12. part. ♈ in exorientem cardinem incidat, primus annus habebit spacium signiferi, quod à parte 12. ♈ ad partem 12. ♉ protenditur. Et ita primis 7. mensibus & 9. diebus præerunt ♂ & ☉ pro 18. partibus. Residuum anni, hoc est, menses 4. dies 26. gubernabunt ☽ & ♀, qui ijdem planetę primam partem sequentis anni disponent, ita vt dominium vltimæ partis eiusdem sequentis anni deuoluatur ad ☿ Geminorum dominum. In fine tertij anni pertinget profectio ad par. 12. ♋, eritque Chronocrator eius ☽ cum ♃: & sic consequenter iuxta signorum succedentium ordinem annuos temporum arbitros ordinabimus, vsque ad annum duodecimum, quo completo, anno tertiodecimo profectio ad ἐπαχῶν seu ad locum radicis, id est, ad gradum cardinis exorientis, dominumque ☉ & ♂ rursum reuertetur, easdemque ad vices exibit: atque hoc modo, vt dictum est, quilibet locus Apheticus, loca hæc cœli ad finem vitæ orbiculariter lustrans, duodecimo quoque anno vnam periodum complebit. Quòd si ergo pluribus annis nato exactis scire cupias, quem locum profectio horoscopi inambulet, partiaris annos nati completos per 12. & numerum qui remanet extende ab horoscopo eo modo, vt monuimus. Viuat iam, exẽpli gratia, natus, cuius horoscopus fuit par. 14. ♌ annum labentem 40. Quare habebit annos completos 39. qui per 12. secti relinquunt 3. annos completos, quorum primum Leoni, secundum ♍, tertium ♎ si tribuamus, anno ætatis nati labenti, hoc est, anno ætatis nati 40. horoscopum ad par. 14. Scorpionis processisse intelligemus, ac ♂ signi illius dominum, chronocratorem atque anni huiusmodi principalem dominum constituemus, donec eadem progressio in ♓ feratur, quod fiet post reuolutionis dies 194. ferè: siquidem profectio annua singulis diebus scrupula prima 4. & præterea secundaria scrupula 56. peragrat, tum enim ♃ dominus Sagittarij, Marti in imperio annuo succedet. Hæc autem quæ dicta sunt de profectione horoscopi, ex cuius applicatione ad benigniores vel prauiores planetarum radiationes bona vel mala accidentia in corpore nati illo anno

obuentura præuidentur, pari penitus ratione & modo de gradu culminante pro magisterio, de gradu ☉ pro dignitate & honore, deque reliquis ilegiorum partibus pro accidentibus alijs intelligenda sunt. Sed hæc omnia in genituris, quas accuratiùs perspicere volumus, præstabit distribuere per tabulam, quam in hunc modum conficies. In prima serie ponantur anni ætatis nati à 1. ad 12. In secunda à 13. ad 24. In tertia à 25. in 36. in quarta ab 37. ad 48. & sic deinceps vsque ad annos vitæ nati vltimos. Posteà in vertice annorum ætatis atque serie prima scribantur vertentes anni Christi, qui initium genituræ continent, quibus mox addantur 12. atque quod hinc nascitur, ponatur in fastigio secundæ seriei, seu supra annum ætatis 13. & sic deinceps 12. annos addendo pergendum est, donec ad seriem annorum ætatis nati vltimam deueniatur: quo facto è regione anni 1. ætatis ponenda est in signo & gradu epocha horoscopi, deinde epocha Lunæ: tertiò epocha ☉: quartò epocha M.C. quintò & vltimò epocha partis fortunarum. Hæc verticalia signa si secundum naturalem seriem ad pedem tabulæ vsque deducantur, tabula profectionum annuarum absoluetur, sicut videre est in genitura assumpta, cuius quinque locorum Apheticorum ἐπωχὰς & profectiones exempli gratia tibi hic πινακικῶς subiecimus.

Anni Christi.	1527	1539	1551	1563	1575	horosc.	☽	☉	M.C.	⊕ horosc.
	1	13	25	37	49	♑ 26 44	♒ 27.52	♊ 8.54	♌ 1.39	♍ 15.42
	2	14	26	38	50	♏	♓	♍	♐	♌
	3	15	27	39	51	♐	♈	♌	♑	♐
Anni ætatis.	4	16	28	40	52	♑	♉	♐	♏	♑
	5	17	29	41	53	♒	♊	♑	♐	♏
	6	18	30	42	54	♓	♍	♏	♑	♐
	7	19	31	43	55	♈	♌	♐	♒	♑
	8	20	32	44	56	♉	♐	♑	♓	♒
	9	21	33	45	57	♊	♑	♒	♈	♓
	10	22	34	46	58	♍	♏	♓	♉	♈
	11	23	35	47	59	♌	♐	♈	♊	♉
	12	24	36	48	60	♐	♑	♉	♍	♊

Præsi-

Præsidio huius tabellæ rudiores facilimè deprehendere poterunt, ad quod signum quæuis annua profectio quolibet anno ætatis nati applicet. Vt in nostro exemplo anno ætatis 41. currente, qui incidet in annum Christi labentem 1567. perueniet annua profectio horoscopi ad partem 26. scrup. 44 1ª. Aquarij, Lunę ad part. 27. scrup. 52. Geminorum, Solis ad par. 8. sc. 54 1ª ♎, Medij cœli ad par. 1. scrup. 39 1ª ♐, Sortis ad par. 15. scr. 42 1ª Scorpij, &c.

3 Sequitur de inuenienda annua Apheticorum locorum progressione in diebus: Si inquit, peruenerit annus profectionis ad gradum alicuius signi & loci, verbi gratia ad 17. par. ♍, fuerit-que inter ipsum & similem gradum signi succedentis, hoc est, par. 17. ♉, quæ eundem annum finit, atque ad quã eadem progressio sequentis anni deuoluetur corpus vel radij planetæ alicuius, & placeat cognoscere diem, quo profectio dictum planetam vel radios eius sit consecutura: tunc partes & scrupula, quę inter gradum, ad quem annua profectio peruenit, & planetam radiosúe eius cadunt, multiplica per $12\frac{1}{6}$, hoc est, dabis vnicuilibet gradui 12. dies & 4. horas, & proueniẽt dies, qui sunt à principio illius anni, vsque ad tempus quo profectio applicabit ad planetam aut eius radios. Verbi gratia, in eodem exemplo sint Saturni quadrangulares radij in 5. part. ♉, arcus qui inter partem primam quæsitę profectionis, hoc est, part. 17. ♍, & radios quadratos Saturni intercipiuntur par. 18. quæ per $12\frac{1}{6}$ multiplicatæ proferunt dies 219. reuolutionis, quibus exactis progressio radios Saturni ingredietur. Porro distantiam seu arcum ab initio annuæ profectionis ad initium loci sequentis, de quo est quæstio, in partibus atque scrupulis, si adfuerint, sic computabis. Cape aspectum aut alium locum, de cuius applicatione ad annuam profectionem quæritur, atque ab eodem aufer annuæ profectionis initium, & remanebit differentia inter principium annuæ profectionis & locum propositum. Exempli gratia, epocha profectionis horoscopi in assumpta genitura anno Christi Dei 1567. ætatis verò nati 41. perueniet, vt paulò antè dicebamus, ad partem 26. scrup. 44 1ª. Aquarij. Quæritur iam quo die eiusdem anni apprehensura sit hęc progressio radium quadratum Martis, qui in par. 28. scrup. 21 1ª. eiusdem Aquarij incidit.

Cumque peruenerit an. &c.

Tabella profectionum annuarum in diebus.

par.	dies	ho.	sc. 1ª
1	12	4	12
2	24	8	23
3	36	12	35
4	48	16	46
5	60	20	58
6	73	1	10
7	85	5	21
8	97	9	33
9	109	13	45
10	121	17	56
11	133	22	8
12	146	2	19
13	158	6	31
14	170	10	42
15	182	14	54
16	144	19	6
17	206	23	17
18	219	3	29
19	231	7	40
20	243	11	2
21	255	16	4
22	267	20	15
23	280	0	27
24	292	4	38
25	304	8	50
26	316	13	2
27	328	17	13
28	340	21	25
29	353	1	37
30	365	5	49

Primò subtrahe principiũ annuæ profectionis à loco quadraturę Martis, & remanebit media distantia par. 1. scrupu. 37 1ª.

Sig.	P.	scr. 1ª.	
3	28	21	Quadratura Martis
3	26	44	initiũ annuę profectiõis.
0	1	37	Distantia inter initiũ profectionis & □ Martis.

Duciam $12\frac{1}{6}$ in distantię p. 1. scr. 37 1ª, & prouenient dies $19\frac{2}{3}$. quibus emensis progressio horoscopi in hac reuolutione Martis quadraturam transibit. Aliud exemplum: Placet scire, quo die dicti anni profectio consecutura sit quadratum radium Solis, qui in par. 8. scrupu. 54 1ª Piscium incidit. Subtracto annuę profectionis principio à quadratura Solis, restant par. 12. scrup. 10 1ª, quę multiplicata per $12\frac{1}{6}$. produt dies 148. quibus exactis profectio horoscopi in dicto anno ętatis quadratũ Solis assequetur. Sed tempus progressionum annuarum in diebus ope appositę tabellę adiutus, faciliùs supputare poterunt rudiores. Cognitis enim partibus atque scrupulis, quibus initium profectionis & locus sequens dissidet, ingredere tabellam cum partibus integris, nam è regione offeret se tempus progressionis quęsitæ in diebus, horis & scrupulis, cui pro quibuslibet scrupulis primis quinque, si vnum diem adiicias, verum tempus profectionis conflabis. Vt in priore exẽplo, partibus 12. respondent dies 146. horę 2. scrup. 19 1ª, quibus si dies 2. ratione scru. 10 1ª adiicias, habebis tempus verum die-

rum

rum 148.hor.2.ſcru.19 1ª. Iam vt anni menſem & diem eius, in quem reperta applicatio incidit, queas agnoſcere, inuentis diebus profectionis, adde dies qui numerantur à principio anni Chriſti, ad punctum natiuitatis ſeu potius reuolutionis, quę nihil aliud eſt, quàm Solis ad ſuã in genitura ἐπόχην reditus, nam numerus dierum, qui hinc exurgit, in tabella menſium vſualiũ, quam tibi hic & ſuprà in tractatu περὶ μοίρας ὡροσκοπήσης ordinaui, facilè oſtendet, in quem diem mẽſis reperta profectionis applicatio incidat. In noſtro exemplo à principio anni Chriſti ad radicem geniturę, elapſi ſunt dies 141.horę 3.ſcru.47 1ª. Quòd ſi adhuc exactiùs hunc numerum ſcire velis, tunc ratione reuolutionis anni 41.auferre debes à prędicto tempore horas 21.ſcrup.12 1ª, quo facto relinquetur reuolutionis tempus exactum, nempe dies 140.horę 6.ſcrup.35 1ª, quod tempus inuento tempori profectionis, hoc eſt, diebus 148.iungentes, producemus dies 288. hor.6.ſcrupu.35 1ª, à quo numero dierum proximè minor numerus, nempe 274. qui è regione Septembris in tabella anni biſſextilis ponitur, ablatus, relinquit dies cõpletos 14.ho.6.ſcr.35 1ª Octobris, in quorũ fine horoſcopus ad quadraturam Solis prouoluetur. Obſerua ſi ex additione duorum temporum excreſcant dies plures, quàm vnus annus Solaris continet, tunc ſi annus labens fuerit communis, dies 365. ſi biſſextilis, dies 366. reiiciendos eſſe, atque id quod reſtat, ad annum Chriſti immediatè ſequentem referendum. Cęterùm Ptolemæus circa finem quadripartitæ conſtructionis docet, ſignificatores cuiuſlibet geniturę nõ tantùm per annos, ſed etiam per menſes & dies progredi. Ac annuarum profectionum ratio dilucidè iam declarata eſt. In profectione autẽ menſurna vnicuique menſium profectionalium, qui ſunt 13. numero, datur ſignum vnum, eiuſque dominus prę ſes, vt diximus, ita quòd ſignum cuiuſlibet profectionis annuę, ſit ſignum primi menſis profectionalis eiuſdem anni. Vnus ergo annus in 13 partes dirimendus eſt, quarum quęlibet dicitur menſis profectionalis. Hoc pacto efficietur, vt in ſuccedenti reuolutione tam in anno, quàm in menſe ad ſignum ſequens profectione peruenia mus. Veluti in ſuperiore exemplo anno 41. profectio annua horoſcopi peruenit ad partem 26. ſcrupu.44 1ª. Aquarij, quod

idem

idem est signum primi mensis profectionalis eiusdem anni: ♓ secundi: ♈ tertii: ♉ quarti: ♊ quinti: ♋ sexti: ♌ septimi: ♍ octaui: ♎ noni: ♏ decimi: ♐ vndecimi: ♑ duodecimi: ♒ decimitertii: ♓ decimaquarti, qui mensis profectionalis simul est initium anni sequentis. Ex quo patet, menstruam profectionē ex vno in aliud signum detulisse annuum dominatum per vnū signum. Cùm igiur annus diuiditur in 13. menses, fit vt vnus mensis profectionalis contineat dies 28. horas 2. scrupu. 17 1ª, 37 2ª. Sed Ptolemæus prætermittit horas & scrupula, & quia parum erroris adducere poterant, & quia facilè se insinuabant cōstruēti tabulas. Similiter etiam pro profectione diurna, mensis vnus profectionalis partiēdus est in partes 13. æquales, quarum quælibet habebit dies 2. horas 3. & scrupu. 52 1ª ferè. Cæterùm vt cognoscas quo pertingat profectio tam mensurna quàm diurna ad quodcunque tempus in anno propositum, supputa tēpus elapsum à principio annuæ conuersionis anni currentis, vsque ad tempus propositum vel assumptum, hoc modo: Numera primò dies & reliquas partes temporis, si adsint, comprehensas inter principium mensis currentis vsualis, & epocham natiuitatis, seu quod idem est, pūctum reuolutionis, & tempus hoc adde numero dierum reperto è regione mensis vsualis immediatè præcedentis posito, in prima quidem serie, si fuerit annus cōmunis, in secunda si bissextilis, tempus quod hinc exoritur (est autem id quod inter principium anni Romanorum seu Christi, & epocham Solis in natiuitate comprehenditur) serua per totū annum Solarem. Deinde eodem modo, quem diximus, addisce, quantum tempus effluxit ab initio anni Romanorum vsque ad tempus propositum: Tandem subtrahe prius à posteriore, & relinquetur tempus transactum à radice conuersionis vsque ad tempus propositum. Id emensum tempus iam inuentum quære in tabula mensium profectionalium: veluti fieri solet, quando per medium motum cuiuscunque planetę quæritur tempus ei motui correspondens. Ac si præcisè in area tabellæ inueneris tempus, numerus sinister ostendet tibi numerum mensium profectionalium trāsactorum ab initio anni Solaris currentis. Si autem tuum tempus non præcise inueneris in area tabellæ, cape tempus exactum proximè minus, atque id ipsum à tempo

re, quod

re, quod in tabulam mittere non potuisti, subtrahe, vt superflui dies cum scrupulis relinquantur. Dabis autem cuilibet mensi profectionali signum vnum, incipiẽdo à signo profectionis annuæ. Dies verò superfluos cum scrupulis adherentibus mitte in tabulam profectionis mensurnæ, & è regione offerent se gradus & scrup. addenda signis & gradibus priùs notatis, & sic perduceris ad locum zodiaci, quo peruenit profectio in fine temporis transacti. Quòd si modo prædicto cum diebus superfluis ingressus fueris tabulam profectionis diurnę, elicies numerum signorum & graduum computandorum à signo profectionis mensurnæ: quibus cognitis loca vniuersarum profectionũ inuenta habebis. Exemplari discursu rem planiorem faciemus. In assumpto exemplo atque in reditu anni 41. ostensum est, annuam profectionem horoscopi attigisse p. 26. scr. 44. 1ª. Aquarij, idq; die Maij 20. completo, horis 6. scr. 35 1ª. Nam à tempore radicis ratione præsentis reuolutionis horas 21. sc. 12. 1ª. auferenda esse, paulò antè dicebamus. Sint iam exempli gratia inuestiganda loca profectionum ad 9. diem Iulij eiusdem anni currentis. Primò tempus quod ab initio anni Romanorum ad punctum reuolutionis effluxit, reperitur esse dierum 141. hor. 6. sc. 35. 1ª, est enim currens præsens annus bissextilis. Deinde similiter idem tempus, quod ab eodem initio ad tempus propositum protenditur, est dierum 191. à quibus si subtrahatur tempus prius, nempè dies 141. horæ 6. scrup. 35. 1ª, remanebũt dies 49. horę 17. scrup. 25. 1ª, quod est tempus à radice conuersionis ad limitem temporis propositi emensum. Hunc dierum scrupulorumq; temporis numerum si mittas in aream tabellæ iam iã à nobis descriptę, inuenies ei correspondere partes 5. ferè, quas iunge cum partibus 26. scr. 44. 1ª Aquarij, fiunt p. 1. scr. 44. 1ª Piscium. Quapropter pronunciabis annuam progressionẽ horoscopi ad datum tempus processisse ad p. 1. scrup. 44. 1ª Piscium. Cęterùm pro profectione mẽstrua habẽda, tempus illud, nempè dies 49. horas 17. scrup. 25. 1ª, in area sequentis tabellæ mensium porfectionalium quærendum est. Id verò cum ibi nõ reperiatur, subtrahe ab eo numerum proximè minorem ibidẽ repertum, nempè dies 28. hor. 2. scrup. 17. 1ª, 37. 2ª, quo facto remanebũt dies 21. horæ 15. scr. 7. 1ª 23. 2ª. vltra vnum mensem

profectionalem completum. Quapropter mensis secundus habet signum secundum à signo profectionis annuę, id est, à signo Aquarij incipiendo, atque ab eius parte 26. scr. 44. 1ª, ad part. 26. scrup. 44. 1ª Piscium progrediēdo. Porrò superfluis diebus 21. horis 15. & reliquis scrupulis adhærentibus in tabula profectionis mensurnæ in diebus respondent part. 23. scr. 5. 1ª, 46. 2ª, quæ adde partibus 26. scr. 44 1ª Piscium, & produces part. 19. sc. 49. 1ª, 46. 2ª Arietis, & hic est locus profectionis mensurnæ ad tempus propositum. Eodem modo cum dicto superfluo tempore intrando tabellam profectionis diurnę, deprehendes signa 10. p. o. scr. 15. 1ª computanda à par. 26. scr. 44. 1ª Piscium: quo facto inuenies profectionem diurnam ad datum diem processisse ad partem 27. Capricorni. Ex his profectiones horoscopi omnes patent ad vnguem. Neq; verò reliqua loca Aphetica aliter, sed planè eodem modo procedere cogitandum est.

TABELLA MENSIVM PROFECTIONALium & vsualium.

Menses profectionales.	Dies	Horæ	1ª	2ª.
1	28	2	17	37
2	56	4	35	14
3	84	6	52	51
4	112	9	10	28
5	140	11	28	5
6	168	13	45	42
7	196	16	3	18
8	224	18	20	55
9	252	20	38	32
10	280	22	56	9
11	309	1	13	46
12	337	3	31	23
13	365	5	49	0

Menses Vsuales	Anni Cois Dies	Anni Bissex. Dies
Ianuarius	31	31
Februarius	59	60
Martius	90	91
Aprilis	120	121
Maius	151	152
Iunius	181	182
Iulius	212	213
Augustus	243	244
September	273	274
October	304	305
Nouember	334	335
December	365	366

TABV-

TABVLA PROFECTIONIS
Menſurnæ.

	In diebus					In horis & ſcrupulis					
Dies	Sc.	P.	1ª	2ª	Horę	P.	1ª	1ª	Min.	P.	1ª	1ª
1	0	1	4	4	1	0	2	40	31	1	22	45
2	0	2	8	8	2	0	5	20	32	1	25	25
3	0	3	12	12	3	0	8	0	33	1	28	6
4	0	4	16	16	4	0	10	41	34	1	30	46
5	0	5	20	20	5	0	13	21	35	1	33	26
6	0	6	24	24	6	0	16	1	36	1	36	6
7	0	7	28	28	7	0	18	41	37	1	38	46
8	0	8	32	32	8	0	21	21	38	1	41	26
9	0	9	36	36	9	0	24	1	39	1	44	7
10	0	10	40	40	10	0	26	42	40	1	46	47
11	0	11	44	44	11	0	29	22	41	2	49	27
12	0	12	48	48	12	0	32	2	42	2	51	7
13	0	13	52	52	13	0	34	42	43	2	54	47
14	0	14	56	56	14	0	37	22	44	2	57	27
15	0	16	1	0	15	0	40	3	45	2	0	8
16	0	17	5	4	16	0	42	43	46	2	2	48
17	0	18	9	8	17	0	45	23	47	2	5	28
18	0	19	13	12	18	0	48	3	48	2	8	8
19	0	20	17	16	19	0	50	43	49	2	10	48
20	0	21	21	20	20	0	53	23	50	2	13	28
21	0	22	25	24	21	0	56	4	51	2	16	9
22	0	23	29	28	22	0	58	44	52	2	18	49
23	0	24	33	32	23	1	1	24	53	2	21	29
24	0	25	37	36	24	1	4	4	54	2	24	9
25	0	26	41	40	25	1	6	44	55	2	26	49
26	0	27	45	44	26	1	9	24	56	2	29	29
27	0	28	49	48	27	1	12	5	57	2	32	10
28	0	29	53	52	28	1	14	45	58	2	34	50
29	1	0	57	56	29	1	17	25	59	2	37	30
					30	1	20	5	60	2	40	10

TABVLA PROFECTIONIS
Diurnæ.

Dies	Sc.	P.	1ª	2ª	Horę	P.	1ª	2ª	Min.	P.	1ª	2ª
1	0	13	52	52	1	0	34	42	31	17	55	48
2	0	27	45	45	2	1	9	24	32	18	30	30
3	1	11	38	37	3	1	44	7	33	19	5	12
4	1	25	31	29	4	2	18	49	34	19	39	54
5	2	9	24	21	5	2	53	31	35	20	14	36
6	2	23	17	14	6	3	28	13	36	20	49	18
7	3	7	10	6	7	4	2	55	37	21	24	1
8	3	21	2	58	8	4	37	37	38	21	58	43
9	4	4	55	51	9	5	12	20	39	22	23	25
10	4	18	48	43	10	5	47	2	40	23	8	7
11	5	2	4	35	11	6	21	44	41	23	42	49
12	5	16	34	28	12	6	56	26	42	24	17	32
13	6	0	27	20	13	7	31	8	43	24	52	14
14	6	14	20	12	14	8	5	51	44	25	26	56
15	6	28	13	4	15	8	40	33	45	26	1	38
16	7	12	5	57	16	9	15	15	46	26	36	20
17	7	25	58	49	17	9	49	57	47	27	11	2
18	8	9	51	41	18	10	24	39	48	27	45	45
19	8	23	44	34	19	10	59	21	49	28	20	27
20	9	7	37	26	20	11	34	4	50	28	55	9
21	9	21	30	18	21	12	8	46	51	29	29	51
22	10	5	23	11	22	12	43	28	52	30	14	33
23	10	19	16	3	23	13	18	10	53	30	39	15
24	11	3	8	55	24	13	52	52	54	31	13	58
25	11	17	1	47	25	14	27	34	55	31	48	40
26	0	0	54	40	26	14	2	17	56	32	23	22
27	0	14	47	32	27	15	36	59	57	32	58	4
28	0	28	40	24	28	16	11	41	58	33	32	46
29	1	12	33	15	29	16	46	23	59	34	7	29
30					30	17	21	5	60	34	42	11

4 Quod attinet ad profectiones annorum mundi, quarum epochæ à magnis coniunctionibus sumuntur, earum latiorem expositionem de industria omisimus, tum quòd tota hęc res nobis esset in vniuersum suspecta, atque propter causas anteà dictas plena absurdorum errorum videatur: tum verò quòd per se sit facilis, atque ex ijs quæ de profectionibus geniturarum diximus, satis perspicua, nisi quòd speciem aliquam difficultatis ipsi adfert Alcabicius, dum annorum mũdi profectiones nõ ad annos Solares, sed ad annos Persarum accommodat. Profectio autẽ, &c.

De directione significatoris.

1 *Et ex hoc sequitur atazir, id est, directio: hoc est vt dirigas significatorem aliquem, ad aliquem locum signorum, & scias quid sit inter eos ex gradibus directionis, accipiesq; vnicuique gradui annum vnum. Cùm ergo volueris scire hoc, & fuerit ille significator in ascendente, quem vis dirigere ad aliquam partem circuli, minue ascensiones gradus in quo fuerit significator quem volueris dirigere, per ascensiones regionis de ascẽsionibus gradus illius, ad quem volueris dirigere eũ: & quod remanserit, erit gradus directionis. Quòd si fuerit significator in gradu septimæ: minues ascensiones nadir, id est, oppositi gradus in quo est significator, de ascensionibus nadir illius gradus ad quem volueris ipsum dirigere in illa regiõe. Si verò fuerit significator in medio cœli vel in angulo terræ: minues ascensiones gradus significatoris de ascẽsionibus illius gradus, ad quẽ volueris eũ dirigere per ascensiones circuli directi: & quod remanserit, erit gradus directionis.* 2 *Si verò fuerit ille significator quem volueris dirigere, in aliquo loco extra quatuor angulos: aspicies longitudinem eius ab aliquo horum angulorũ,*

qui sunt angulus medij cœli, atq; angulus terræ: hoc est, vt aspicies significatorem, qui si fuerit inter ascendens & medium cœli, minues ascensiones gradus medij cœli per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris. Et si fuerit inter VII. & medium cœli: minues ascensiones gradus significatoris de ascensionibus gradus medij cœli per circulũ directum: & quod remanserit, ex qualicunque horum locorum fuerit, illud diuides per partes horarum illius diei gradus in quo fuerit significator: & quod exierit, erunt horæ longitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendens & angulum terræ: minues ascensiones gradus significatoris per circulum directum de ascensionibus gradus anguli terræ. Rursus si fuerit significator inter angulum terræ & VII. minues ascensiones gradus anguli terræ per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris: & quod remanserit ex qualicunque horum locorum, diuides per tempora horarum diei nadir: id est, oppositi gradus significatoris: & quod exierit, ipsæ erunt longitudinis horæ ab angulo. Cumq; scieueris longitudinis horas ab angulo, & volueris dirigere significatorem ad aliquem locum circuli signorum: & fuerit significator in medio circuli orientalis, qui est à medio cœli vsque ad angulum terræ, de eis quæ succedunt ascendens: minue ascensiones gradus illius, in quo fuerit significator de ascensionibus gradus illus, ad quem volueris dirigere per circulũ directum: & quod remanserit, erit significator circuli directi seruat eum. Post hoc minues ascensiones illius gradus,

id est, per tempora horaria nocturna.

dus, in quo fuerit significator per ascensiones regionis de ascensionibus illius gradus, ad quem volueris eum dirigere: & quod remanserit, erit significator regionis: post hoc aspice residuum, quod fuerit inter significatorem circuli directi, & significatorem regionis, accipiesq; sextam partē eius, & multiplicabis in horas longitudinis ab angulo, & quod fuerit, erit æquatio: & si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis: addes æquationem super significatorem circuli directi. Et si fuerit significator circuli directi plus, minues æquationem ex eo: & quod remanserit, erit gradus directionis.

3 *Item si fuerit significator, quem volueris dirigere, in medietate circuli occidentalis: quæ est ab angulo terræ, vsque ad medium cœli de eo quod succedit VII. minues ascensiones nadir gradus significatoris, quem volueris dirigere de ascensionibus nadir gradus illius, ad quem volueris dirigere eum, per circulum directum: & quod remanserit, erit significator circuli directi. Post hoc minues ascensiones nadir gradus significatoris per ascensiones regionis de ascensionibus nadir gradus illius, ad quē volueris eum dirigere: & quod remanserit, erit significator regionis: deinde accipies residuum, quod fuerit inter significatorem circuli directi, & significatorē regionis, accipiesq; sextam partem eius, & multiplicabis in horas longitudinis ab angulo: & quod fuerit, erit æquatio. Post hoc aspicies significatorem circuli directi, si fuerit minor significatore regionis, addes æquationem super significatorē circuli directi: & si fuerit significator circu-*

li directi plus significatore regionis, minues æquationem de significatore circuli directi: & quod ex eo exierit, erit gradus directionis. 4 *Quòd si fuerit significator in aliqua quarta, & locus ad quem diriges eum, in alia quarta, diriges significatorem ad angulum qui ei succedit: post hoc diriges ab angulo ad locum, quemadmodum ostendi tibi directionem ab angulo, & iunges vtrasque directiones.* 5 *Quòd cùm sciueris significatorem, & volueris scire quo perueniet directio de circulo signorũ in aliquo annorum: fueritq; significator in ascendente: addes numerum annorum super ascensiones gradus ascendentis: & facies eum arcum in ascensione regionis: et quo exiuerit arcus grad. de circulo signorum, ibi perueniet directio in eodem anno. Si verò fuerit significator in VII. addes numerum annorum super ascensiones nadir gradus significatoris: & arcuabis eum etiam in ascensionibus regionis: & quod exierit de circulo signorum, ad eius nadir perueniet directio eodem anno. Quòd si fuerit significator in X. vel IIII. addes super ascensiones gradus significatoris in circulo directo numerum annorum: & arcuabis eum in ascẽsionibus circuli directi, & quod exierit de circulo signorum, ibidem perueniet in eodem anno directio. Si verò fuerit significator extra hæc quatuor loca quæ sunt anguli: scias horas longitudinis ab angulo, sicut prædixi: quòd si fuerit significator in medietate orientali: addes super ascensiones grad. significatoris per circulum directum numerum annorum quos volueris: & arcuabis hoc in ascensionibus circuli*

directi,

[illegible] & quod exierit, erit significator circuli directi, [illegible] Post hoc addes numerum annorum etiam super ascensiones grad. significatoris in regione: & arcuabis hoc in ascensione regionis: & quod fuerit, erit significator regionis. Post hoc accipies sextam partem residui inter significatorem circuli directi, & significatorem regionis: & multiplicabis eam in horas longitudinis ab angulo: & quod fuerit, erit æquatio. Quòd si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis: addes æquationem super significatorem circuli directi: & si fuerit plus, minues eam de eo: & quod remanserit, ibi perueniet directio ex circulo signorum eodem anno.

Quòd si fuerit significator in medietate occidentali, facies eum nadir grad. significatoris, sicut fecisti cum gradu significatoris in opere quod est ante eum: & quod fuerit, ibidem perueniet directio ex circulo signorum in eodem anno. 6 *Et locus ad quem perueniet directio, dicitur locus diuisionis: & dominus termini illius loci, dicitur diuisor: quòd si fuerit in gradu diuisionis planeta alius aut radij eius aut propè locum ante eum: dicitur hic planeta aut dominus radiorum, particeps diuisoris in diuisione.*

7 *Significatores quoq; qui diriguntur, sunt quinq; [illegible] id est, gra. ascendentis, & gra. Solis & gra. Lunæ, grad. quoque partis fortunæ, ac gradus medij cœli. Gradus nanque ascendentis dirigitur ad accidentia dignoscenda, quæ accidunt in corpore: & grad. Solis [illegible]*

Aphetæ 5. seu loca climacterica.

[redacted]

8 *Si autem fuerit aſcendens reuolutionis alicuius annorum mundi vel natiuitatum, diriguntur ſignificatores eius ſecundum hanc directionem, vnicuique ſcilicet gradui diem vnum.* [redacted]

De directionibus ſeu deductionibus ſignificatorum.

Et ex hoc ſequitur ata. &c.

1 Dirigere Latinis id quod Græcis εὐθύνειν, ἢ ἰθύνειν τὸ σκολιόν, id eſt, Obliquum emendare & rectum facere ſignificat: & directum iter eſt, quod in ambages non deflectit ſed directè & [redacted]

vt Græ-

vt Græci loquuntur, ἐπ' εὐθείας progreditur. Hinc credo receptum esse, vt zodiaci obliquarum & inæqualium ascensionum reductio ad regulare æqualemque mensurã dicatur direrectio. Quoniã enim tam in recta quàm in obliqua sphæra, partes Ecliptice inæqualiter peroriuntur & occidũt, sic vt alibi plus, alibi minùs tẽporis ascendendo descendẽdoq; absumãt, idcirco hæc anomalia seu inęqualis incessus Ecliptice, modò obliquè, modò rectè incedentis emendandus, atque ad certũ regularemq; motum æquinoctialis, singulis horis in omni sphæræ situ præcisè part. 15. attollentis deprimentisque conferendus est, vt euentuum tempora progressione partium cœli emensa, certò queant cognosci. Nam quando singulę partes, singulos annos in hac doctrina denunciare dicuntur, id non de Ecliptica, vt Albumasar putabat, sed de partibus æquinoctialis intelligendum est. Verbi gratia, signum Leonis antequàm totum Coloniæ ascendat, horas 2. scrup. 49 1ª penè consumit. At Aquarius vnica hora scrupulisque 10 1ª integer exoritur, ita vt partes Leonis, partibus Aquarij longiorem tractum efficere nemo non intelligat. Etenim signum Leonis ascendendo trahit eo in loco ęquinoctialis partes 42. scrup. 23 1ª, Aquarij verò signum saltem partes 17. scru. 25 1ª. Quamobrem cùm in Ecliptica vnius quidem signi partes, longitudinem coorientium partium ęquinoctialis facilè vnicant, alterius verò ab eodem longiùs absint (singuli enim gradus Aquarii annos non implent, Leonis verò gradus vnusquisque plus vno anno occupat) vtrunque ad vniformem & æqualem mensuram æquinoctialis meritò examinandũ erit. Talem autem obliquæ & inæqualis progressionis emendationem, vulgò directionem nominant, quam vocem Pontanus tanquàm ineptam sæpius reiicit, atq; inambulationem profectionemque dicendam esse pręcipit: Gręci πολίπαζον & ἄφεσιν dixerunt. Quidam πολίπαζον generis vocem esse, atque cuiusilibet loci quamcunque progressionem significare volunt: ἄφεσιν verò speciem inambulationis, de qua hic agimus, qua prorogator & vitæ dominus Arabicè Ilech dictus, aliusue significator progrediẽs, ad obuios planetas aut eorũdẽ aspectus motu ęquinoctialis seu diurno deducitur, imò verò non ipse prorogator, sed potius teste Ptolemæo, partes interimentes, prorogatore

immobiliter in Ecliptica nonę sphærę fixo, & circulum positionis sustinente ad Aphetam deducuntur. Quotiescunque ergo prorogatorē in sua sede, quā in genituręę cœli positu tenuit, cōmorantem, maleficarum corpora, aut radii quadrati vel oppositi earundem inuadunt, διέρχεσθαι dicitur, id quod vulgò abscindere vocant. Nam malefici aut radii eorum minaces, quando hac via in vitę moderatorem aut horoscopum incurrunt, vitam incidunt, aut saltem discrimen corpori adferunt. Partes verò quæ suo ad vitę dominum appulsu mortem aut periculum vitę adferre solent, μοίρας αἰκιαρελικὰς, id est, partes lethales interimentesque à loci malignitate vocari, suprà dictum est. Hęc ex sentētia Ptolemęi ita discerni possunt: sed nos in expositione autoris docendi gratia seruabimus eius & reliquorum, qui post Ptolemęum scripserunt, appellationes, quibus progressiones vniuersę non vsque adeò malè, vt videtur, peculiaribus appellationibus discernuntur. Rationem διὰ ἀφέσεων, qua ex temporibus circuli ęquinoctialis Catholici chronocratores sumuntur, vocant directionem. Alterum verò modum progrediendi, quo annui & menstrui diurnique temporum dispositores ordinantur, profectionem nominant. Ac de profectionibus superiore capite dictum est: In hoc verò exponit autor leges directionū, quarum hęc sit descriptio. Dirigere est artificiosè inuestigare arcum ęquinoctialis inter significatorem & promissorem interceptum coascendentem vel condescentem arcui Eclipticæ, respectu circuli positionis, in quo alter eorum iacet, hoc est: Dirigere nihil aliud est, quàm videre, quot mundi gradus medium cœlum siue horizonta climatis, aliumúe circulum positionis prętereant, dum stella seu locus primus ad stellam alteram vel ad alterius radios, aliumúe aliquem locum secundum ducitur. Nominamus autem hic, vt suprà, circulū positionis per meridiani & horizontis intersectiones & sidus ductum. Significatorem seu Aphetam dicimus locum primum, ad quem secūdus ducitur, atque vicem subiecti mutationem aliquam certo tempore à promissore recepturi obtinet. Alterum verò qui ad priorem progreditur, atque vicem causę agentis gerit, promissorem & Anęretam. Nam vt paulò antè monui, in directione directa ex sententia Ptolemęi, Anęreta ad locum apheticum, nō autem

Aphe-

Apheta ad Anæretam, vt vulgò putant, deducitur. Verba autem eius de partibus anęreticis, aphetę in directione cõuersa occurrentibus paulo pòst subiiciam, ex quibus patebit, quòd in directione conuersa, Apheta partes interimentes inuadit, vnde statim consequitur, in directione altera seu directa anęretas incursu aphetam petere. Tempus verò, quod labitur dum locus quispiam cœli ad sedem loci alterius promouetur, aut periodum vitę nati metitur, aut alterius cuiuspiam rei euentum definit, si id in ęquinoctialis partes seu tẽpora resoluatur, tot enim sunt futuri anni, quot fuerint directionis ęqualia tempora. Quapropter quinq; scrupula mensem, singula verò scrupula dies sex & duas horas monstrabunt. Porro duæ sunt species directionis: Vnam Regiomontanus problemate 25. directionem directam vocat, in qua locus secundus, id est, promissor seu anæreta intelligitur traduci ad situm primi, hoc est, ad sedẽ significatoris seu aphetæ. Hæc εἰς τὰ ἑπόμενα, id est, in consequentia signa secundum ascensiones ipsius aphetæ perficitur, & à Ptolemęo ἀκτινοβολία, id est, radiorum proiectio vocatur, quòd sola radij deductione ad similem situm llegij simpliciter tempus futuri euẽtus colligat. Alteram εἰς τὰ προηγούμενα, id est, in signa præcedentia, vocat conuersam directionem, in qua locus Apheticus ad locum anæretæ secundum ascensiones ipsius anęretæ in signis antecedentibus transfertur. Hanc directionẽ adhibent quidam ad horoscopũ aliasque sortes, & retrocedẽtes planetas deducentes. Sed Ptolemæum video hunc modum proprium facere vitæ significatori constituto inter cuspidem decimæ & septimæ domus. Vult autem Ptolemæus cùm à tali situ vitæ significator εἰς τὰ προηγούμενα deducendus est, eũ tantũ locum, qui est in finitore occidentali, perimere, atque ob eam causam datorem vitæ in locis occidentalibus, id est, à cœli culmine & inter cardinem occiduum repertum, tam in consequentia quàm præcedentia signa agit. Verùm in hoc casu quando Apheta motu diurno ad consimilem situm stellæ aut radij in signis antecedentibus existentis deducitur, tempus quod interea labitur, nõ metitur moram futuri euentus, sed tempus quo apheta ad centrum occasus fertur, auget aut diminuit, ratione temporum horariorum loci planetę, qui, vel cuius radij delabentem aphetam

retardant aut ocyùs protrudunt,& ratione distantiæ,qua idem planeta ab occidente cardine distat. Nam radij aut planetarum corpora,qui sunt ante Aphetam &inter cardinem occidentem, non occidunt,sed si obuiantes fuerint benefici,tunc aphetæ ad occidentem progredientis lapsum inhibent, eique annos, menses & dies adijciunt. Econtrariò si malefici fuerint,Aphetam ad cardinem occiduum tendentem ocyùs & ante tempus detrudunt,eiq; annos,menses & dies detrahunt:Mercurius verò vtris adiunctus fuerit,hos adiuuabit. Hæc directio ὡριμαία dicitur, quòd præter progressionis tempus,insuper obseruet dona & spolia locorum Aphetę decidenti obuiantium. Sed quantum addant diminuantque,colligitur ex partium vniuscuiusque situ. Quot enim fuerint horaria tempora vniuscuiusque partis, id est,planetæ adijcientis vel diminuentis,interdiu diurna,noctu nocturna, tot significantur anni: qui sanè numerus,cùm in ortu planeta beneficus repertus fuerit, integer addendus est ad annos per progressionem Aphetæ ad occidentem collectos: vel subtrahendus est ab ijsdem, si maleficus & in ortu repertus fuerit. Quòd si verò talis planeta non sit in oriente, quot horis ab horoscopo distiterit planeta addens vel minuens,tot decedunt vel accedunt horarijs temporibus asses, ita vt in occasu in nihilum abeat,quod tempori prędicto addatur, vel ab eodem minuendum sit:quam quidem rem alioqui obscuram,exemplari discursu planiorem reddemus. In nostro exẽplo Solem,cùm in loco octauo & in signo masculino, & denique in hexagono platico Saturni in parte Solis ius diurni trianguli exercẽtis deprehendatur,de sententia Arabum non immeritò Aphetã pronunciare poteramus,nisi ipsi in hoc dominio longè præferendam putaremus partem horoscopantem,idque autoritate Ptolemæi,qui planetis in octauo tanquàm otioso loco commorantibus,dominium vitæ disertè adimit. Cæterũ nos docendi gratia fingamus cum esse vitæ moderatorem in medietate occidentali positum, quandoquidem in exemplis non tam rei veritatem, quàm regularum claram expositionem spectamus. Primò ergo iuxta regulam Ptolemęi infrà explicandam,inquirenda sunt tẽpora æquinoctialis, quibus Sol ad occasum deuoluitur. Distantia Solis à cœli culmine est par. 56.scrup.57 1ª, & horaria tem-

ria tempora eiusdem diurna par.18.scrupu.27 1ª.Occasus verò distat à medio cœli horis temporalibus sex,quæ ductæ in horaria tempora Solis diurna,proferunt horaria tempora part.110. scrup.42 1ª,quibus à culmine distat locus Solis quando occidit. Aberat verò iuxta primum situm versus eandem partem temporum partibus 56.scrupu. 57 1ª,quibus à distantia secunda,nempe à par.110.scrup.42 1ª sublatis,relinquuntur tempora 53.scr.45 1ª,quibus Sol supra terram repertus in occasum fertur. Atque planè ijsdem temporibus ferè descendit arcus inter locum Solis & occasum interceptus,in latitudine loci part.41. His ita supputatis,considero radiationes inter locum Solis & occidentem cadentes, & reperio eas esse □ Lunæ, ☌ Martis, ✱ Solis,& ✱ Veneris. Horum radiorũ nullus suo occursu Aphetam perimit,sed quidam eorum Aphetæ robur adijciunt, quidam verò debilitant eundem.Sanè quantum addit sextilis Veneris,tantum adimere videtur Lunæ quadratus. Rursus quantum adimit Martis oppositus, tantum adijcere videtur Solis sextilis.Sed tamen vt huic supputationi in nostro exemplo locus sit,supponamus relinqui solam diametralem radiationem Martis infra terram in par.28. scrup.21 1ª Scorpij commorantis,quę Aphetæ ad partem occiduam directioni aliquos annos possit adimere. Quapropter vt quantum adimat scias,cape partes horarias loci Martis in parte 28.scrup.21 1ª Scorpij commorantis nocturnas,quæ sub eleuatione poli par.41.sunt par.16.scrupu. 50 1ª, non hercle ob id,quia genitura nocturna sit, nocturna horaria tempora capimus: sed quia planeta,cuius sunt radii,infra terram versatur,qui si supra terram commoraretur, horaria tempora diurna nobis capienda fuissent,quamuis genitura nocturna fuisset. His ita perspectis, quære deinceps, quot horis nocturnis distet Mars ab occidente, & inuenies horas decem ad vnguem ferè. Iam procede iuxta regulam proportionũ hoc modo.Horæ 12.adimunt par.16.scrup.50 1ª, quantum auferent horæ 10?Duc numerum secundum in tertiũ, hoc est, horas 10. multiplica in par.16. scrup.50 1ª,& produces sexage.2 1ª.p.48. scrupu.20 1ª,hoc est,par.168.scrup.20 1ª,quæ secta per numerum primum,hoc est, per 12.produnt par.14.sc. 2 1ª ferè, à partibus 53 scrupu.45 1ª, quibus Sol in occasum fertur auferenda,

quo fa-

quo facto, relinquuntur huius directionis part. 39. scrup. 43 1ª. Hanc esse veram Ptolemæi de hac forma directionis sententiam, intelligi potest ex ipsius verbis, quæ extant Apotelesmatico tertio, vbi de spacio vitæ dimetiendo agens, sic scripsit: ἀναιρεῖται γίνονται μοῖραι κατὰ μὲν τὴν εἰς τὰ προηγούμενα τῆς ζωδίων ἄφεσιν ἡ τοῦ δυσικοῦ ὁρίζοντος μόνη, διὰ τὸ ἀφανίζειν τὸν κύριον τῆς ζωῆς· αἱ δὲ τῆς ὅτως ἀπαντώντων ἢ μαρτυρούντων τῆς ἀστέρων ἀφαιροῦσιν μόνον ἢ προσιθέασιν ἔτη τοῖς ὑπὸ τοῦ ἀφέτου σωματομαίοις μέχρι τῆς καταδύσεως τοῦ ἀφέτου, καὶ οὐκ ἀναιροῦσι· διὰ τὸ μὴ αὐτοὺς ἐπιφέρεσθαι τοῦ ἀφεσικοῦ τόπου, ἀλλ' ἐκείνου τοῖς αὐτῆς. καὶ προσιθέασιν οἱ ἀγαθοποιοί, ἀφαιροῦσι δὲ οἱ κακοποιοί. ὁ δὲ τοῦ ☿ πάλιν ὁποτέροις αὐτῆς συγκαταλιθῇ προσιθέμενος. ὁ δὲ ἀριθμὸς τῆς προσθέσεως ἢ ἀφαιρέσεως θεωρεῖται διὰ τῆς καθέκαστον μοιροθεσίας. ὅσοι γὰρ ἂν ὦσιν ὡριαῖοι χρόνοι τῆς ἑκάστου μοίρας, ἡμέρας μὲν ὄσης οἱ τῆς ἡμέρας, νυκτὸς δὲ, οἱ τῆς νυκτὸς, τοσοῦτον πλῆθος ἐτῶν ἔσται τὸ τέλειον, ὅπως ἐκ τῆς αὐξήσεως αὐτῆς ὄντων ὅλων λογισέον, καὶ κατὰ τὸ ἀνάλογον τῆς ἀποχωρήσεως ὑφαιρετέον, ἕως ἂν πρὸς τὰς δύσεις εἰς τὸ μηδὲν καταντήσῃ, hoc est: Vitæ moderationis, quæ per præcedentia signa perficitur, partes interemptoriæ nullæ fiunt, præter solam finientis occidentalis lineam, eò quòd dominum vitæ abscondat. Porro partes siderum corpore aut per aspectum ad hunc modum occursantium, adimunt tantùm vel adijciunt annos ijs, qui ab Apheta vsque ad occasum labente colligebantur, & non interimunt, propterea quòd hæ non in locum Apheticum impingant, sed potius ille in loca harum feratur. Ac adijciunt quidem benefici, malefici verò adimunt. Mercurius rursus vt solet, adijcit robur ijs cum quibus cõfiguratur. Numerus autem temporis adijciendus aut auferendus ex partiũ vniuscuiusque situ colligitur. Etenim quot fuerint horaria tempora vniuscuiusque partis, interdiu diurna, nocturna noctu, tot significantur anni, sed ita, vt ipsis in ortu commorantibus integer hic numerus seruetur, ac postea secundum discessus ab ortu proportionem taliter attenuetur, donec ad occasum in nihilũ abeat. Cùm iã etymologiã, definitionẽ & species directionũ recensuerimus, & insuper exẽplo τῆς εἰς τὰ προηγούμενα ζῴδια ἀφέσεως πραγματείαν planã fecerimus, reliquum est vt modos, quibus loca Aphetica per signa cõsequẽtia ducuntur, aperiamus.

Primus

Primus & facilimus est per Sphęram solidam, quem vide in tractatibus de vsu Sphæræ solidæ. Secundus est per Astrolabum aut Planisphærium magnæ amplitudinis, vbi exterior limbus in partes 3600. distribuitur. Tertius, & exactissimus est, quem exposuit in tabulis directionum, profectionumq; doctissimus vir Ioannes Regiomontanus. Quartus est autoris ex sententia Ptolemæi deriuatus. Quintus & antiquior modus est proprius Ptolemæo, qui alijs facilior & breuior est: nam Solis tabulis ascensionum rectarum, & per tabulam quantitatis dierum omninò potest absolui. Etsi verò viam dirigendi secundum doctrinam & tabulas Regiomontani plerique nostri seculi Astrologi probent: nobis tamen propter rationes suprà, cùm de copulationibus corporeis ageremus, dictas modus Ptolemęi satisfacit, atque simpliciter ipsius de arte præceptis, & ob id veritati magis consentire videtur. Nullum enim verbum in quadripartito deprehendere potuimus, quo diligentissimus atq; sapientissimus mortalium Ptolemæus insinuasse saltem nobis videri posset, in Apheticorum locorum deductionibus, quibus sola tempora euentuum definiuntur, ab Ecliptica deuiationum obseruationē esse vtilem. Cardanus quoq; maximus artifex, hanc antiquam rationem dirigendi à Ptolemæo traditam magis probare, illam verò exactam rationem Regiomontani, quam in prima ætate exercuerat, tandem in senio propter summam difficultatem & laborem operandi quasi aspernans negligit. Verba eius de hac re in commentarijs in lib. 3. Ptol. hęc sunt: Exactissimus modus dirigendi est per tabulas Ioannis de Regiomonte, qui ætate nostra laborem hunc illustrissimum & difficillimum suscepit: sed si conficiendi difficultas parem laboribus vtilitatem afferret, certè omnino illis vti præstaret. Et paulò infrà vsum aptorum instrumentorum tabulis istis præfert. Stellæ, inquit, coascendere dicuntur, quotiescunque fuerint in eodem semicirculo positionis: hoc autem si velis inuenire, per Planisphæriam licebit, meliùs etiam per Sphæram solidam. Non veto quin per tabulas Ioannis Monteregij id peragas, & sunt exactiores instrumentis, nisi instrumenta sint magna valde: Tamen vsus tabularum est valde tædiosus, laboriosus & periculosus de errore, & maximè, quia Monteregius malè fecit in

hoc, quòd non apposuit rationem operationum, quam videmus in tabulis Alphonsi, adeo vt nisi sit peritissimus Mathematicus, oportet vt perpetuò inhæreat regulæ & tabulæ Monteregii, quod ipse studiose fecit, vt homines essent serui libri eius, vnde iuste à patre meo reprehendebatur. Nam homo fit obnoxius errori trifariam. Primùm, si tabula aliqua in parte mendosa sit. Secũdò, si sinistrè aliquo modo regulam intelligas, quod facilè euenit inter tot varietates latitudinis borealis, australis, ascensionis rectæ, obliquæ, arcus nocturni vel diurni, totius vel medietatis in medietate descendente vel ascendente, supra vel infra terram: ob id meo iudicio optima est sphæra solida magna, vel planisphærium magnũ, ad amussim ex ære factum, &c. Sic sanè doctissimi Regiomontani à plerisque laudatissimam dirigendi rationem Cardanus propter operandi difficultatem parum probare, atque in postrema ætate de artis veritate cõfirmatus, rarò vel nunquàm vsurpasse videtur. Sed enim prolixiùs hæc disputare non est nostri instituti, quibus non tam quid in hoc negotio verum sit exponere, quàm planam dirigendi formam facere est propositum. Primò ergo, vt ab autoris modo dirigendi incipiamus, admonemur hoc loco, ante omnia diligenter cognoscendum esse, in qua parte cœli planeta significator constitutus sit, cuius varius atque in diuersis locis positus efficit, vt in colligendis temporibus nunc sphęræ ascensiones, nunc verò climatis, in quo constituti fuerimus, nobis attendendæ sint. Nam si significator positus fuerit in cardine exorientis, iuxta climatis ascensiones, si cardinem occiduum tenuerit, iuxta climatis descensiones, si denique cardinem medium vel imum cœli occupauerit, iuxta sphæræ rectæ ascensiones tempora futurorum euentuum metienda atque supputanda sunt. Quapropter si significatorem in ascendente locatum, ad locum aliquem subsequentis promissoris dirigere volueris, aufer significatoris ascensiones obliquas ab ascensionibus obliquis promissoris, hoc est, principium arcus subtrahe à fine: id enim quod remanet, arcum directionis ostendet. Verbi gratia, si ♂ ex Capricorno feriat quadrangulariter part. 12. Arietis, & Iuppiter in finiente Coloniensi collocatus, tenens partem quintam Piscium, ad quadratos radios ♂ dirigẽdus sit, primò quæres ascensionem obliquã

promis-

promissoris, hoc est, p. 12. ♈, ex tabula ad latitudinem p. 51. supputata (tanta enim est altitudo poli borealis Coloniæ) & inuenies eam esse part. 5. scrupu. 8 1ª. Deinde simili modo capias ascensionem obliquam significatoris, nempe par. 5. ♓, quę est par. 349. scrup. 2 1ª. Tertiò subtrahe posteriorem ascensionem, nempe significatoris, quæ est par. 349. scrup. 2 1ª, ab ascensione priori, hoc est, promissoris, quę est par. 5. scrup. 8 1ª, accommodata integra reuolutione seu par. 360. id enim semper faciendũ est, quoties in calculo physico inferior superiorem excellit, atque ab eo ob id auferri non potest: quo facto remanebunt directionis quæsitæ partes 16. scrup. 6 1ª. Quòd si significator fuerit in angulo occidentis, subtrahe descensionem obliquam significatoris à descensione obliqua promissoris, & relinquentur tempora directionis. Nec aliud est, quod autor præcipit, minuendam esse ascensionem obliquam puncti loco significatoris diametraliter oppositi (id enim Arabes nadir vocant) ab ascensione obliqua puncti, quod loco promissoris ex diametro obijcitur. Nam in sphæra obliqua ascensio signi, est descensio signi oppositi, & econtrariò descensio signi, est ascensio signi oppositi, vt in priori exemplo: Si ♃ in cardine occiduo existat, atq; ad □ radium ♂ dirigendus sit; primò quærenda est promissoris, hoc est, par. 12. ♈ descensio, seu quod idem est, partium 12. signi oppositi, id est, Libręinuenienda est obliqua ascensio, quæ est par. 196. scrup. 55 1ª. Deinde similiter excerpenda est significatoris, hoc est, par. 5. ♓ descensio, hoc est, oppositi signi ♍. par. 5. ascensio, quæ est par. 144. scrup. 40 1ª, quæ subtracta à priori, relinquit quæsita tempora directionis par. 52. scrup. 15 1ª. Ad extremum si significator in medio aut imo cœli fuerit, ascensio recta significatoris auferenda est ab ascensione recta promissoris, vt quæsita tempora directionis exeant. Exemplum: In eadẽ regionis altitudine par. 51. fuit cuiusdam genituræ culminans par. 16. ♋, significator [redacted], quem ad △ Solis, id est, ad promissorem volo dirigere, qui erat in par. 9. ♌: subtrahe ergo ascensionem rectam significatoris, quæ est par. 107. scrup. 22 1ª, ab ascensione recta promissoris, quæ est p. 131. scrupu. 27 1ª, & remanent part. 24. scrupu. 5 1ª, directio M.C. ad trigonum Solis quæsita. Penitus eodem modo operandum est,

quotiescunque significator I.M.C. tenuerit. Hoc modo dirigendos esse Aphetas existentes in cardinibus, omnes probati magistri consentiunt, & sæpius Ptolemæus admonuit. Item Hermes enunciato 25. πόῳ, inquit, τὴν προκοπὴν τοῦ ἐπικρατοῦντος, ὅτε μὲν ἐν τῷ μεσουρανήματι διὰ τῶν ἀναφορῶν τῆς σφαίρας, ὅτε δὲ ἐν τῷ ὡροσκόπῳ, διὰ τῶν ἀναφορῶν τοῦ κλίματος, hoc est: Dominatoris progressionem cùm in medio cœli positus est, per sphæræ ascensiones, cùm verò in ascendente constitutus est, per climatis ascensiones facito.

Si verò fuerit, &c.

2 Hactenus de modo dirigendi significatore in angulis constituto, in sequentibus exponit, quid sequendum sit si extra angulos reperiatur, nimirum vtræque tam climatis quàm sphæræ ascensiones capiendę sunt, simulque miscendæ inuicem temperando: vbi ante omnia explorandum esse monet, an significator supra, an verò infra terram commoretur, quo facto, distantia significatoris à M.C. vel I.M.C. perueſtiganda est in hunc modũ: Si Apheta supra terram existens fuerit in quarta orientali, id est, si nondum attigit meridianum, auferas ascensionem rectam medij cœli ab ascensione recta Aphetæ: Si autem fuerit in quarta occidentali, id est, si meridianum transierit, supra terram tamen adhuc commorans, aufer ascensionem rectam Aphetæ ex ascensione recta M.C. & relinquetur distantia Aphetæ à meridiano seu M.C. diurna, quæ vt autor præcipit, per horaria tempora Aphetę & quidem diurna partienda est, vt temporales horę Aphetæ quibus à M.C. distat exeant. Similiter si Apheta infra terram fuerit, pari facilitate distantiam eius à meridiano seu I.M.C sup putabis. Si enim in quarta medietatis descendẽtis, hoc est, si ante meridianum sub terra fuerit, ascensionem rectam anguli terræ, ex ascensione recta Aphetæ minue: Si verò in quarta medietatis ascendentis fuerit, hoc est, si angulum terrę transierit, tunc ascensionem rectam Aphetæ aufer ex ascensione recta anguli, & relinquetur distantia eius à meridiano distantia, quæ per horaria tempora nocturna significatoris partienda est, vt numerus sectionis ostendat elongationem Aphetæ ab angulo terræ in horis temporalibus. Ad eundem verò scopum, & fortasse faciliùs peruenies, si per opposita puncta opereris. Nam distantia loci ab imo cœli par est distantiæ, qua punctum dicto loco diametra-

metraliter oppositum à M.C. remouetur,& hora nocturna loci infra terram æqualis est horæ diurnæ puncti diametraliter oppositi supra terram. Porro quomodo horaria tempora Solis aliorumque locorum tam diurna quàm nocturna,facilè queant Fol.265
inueniri,suprà in fine differentiæ secundæ in capite de horis,abundè demonstratum est. Quòd si quando de stella,an supra vel infra terram commoretur, in occidentali ne,an verò orientali medietate versetur,dubitaueris,de his accidentibus ex punctis,cum quibus stella cooritur vel condescendit,cœlumq; mediat,facilimè fies certior. Si enim punctum cum quo stella oritur,fuerit in parte orientali,nondum tamen ortum sit, stellam quoque nondum ortam esse scias. Rursus punctum cum quo stella cõdescendit, si fuerit in parte occidentali,nondum tamẽ occiderit,stellam quoque nondum occubuisse certum est.Pariformiter ex puncto cum quo stella cœlum mediat, stellam esse in medietate orientali vel occidentali ratiocinabimur:si enim punctum cum quo stella meridianum transit,supra terram fuerit,nondum tamen meridianum transierit, ipsam quoque stellam in parte orientali commorari scias.Quòd si idem punctum infra terram fuerit,imum tamen cœli nondum transierit, stellã quoque in medietate occidentali commorari colligemus. Hoc pacto ex habitudine puncti,cum quo stella oritur,occidit,cœlumque mediat, an ipsa stella supra vel infra terram sit,aut medietatem orientalem occidentalemúe teneat, an denique in ipsum finientem vel meridianum incidat,planè colligitur.Ad extremum dicta puncta,quum ascensionibus descensionibusque stellarum correspondeant,latere non poterunt.Sed modus inueniendi punctum,cum quo stella occidit,adhuc est alius & facilior.Si enim ascensioni obliquę ipsius stellę arcum diurnum eius adijcias,prodibit ascensio obliqua puncti oriẽtis dum stella occidit: quo cognito punctus quoque ei diametraliter oppositus, cum quo propositam stellam occidere necesse est, nequaquam latebit.His ita pręparatis,Aphetam seu significatorem perinde ac si in cuspidibus existerẽt,bis ad promissorem deducito.Ac primò quidem per ascensiones aut descẽsiones sphæræ, colliges directionis arcum,quem autor hic significatorem circuli directi nominat. Secũdò per ascensiones vel descensiones

climatis supputa directionis arcum secundum, quem autor significatorem regionis vocat: quo facto subtrahe minorem arcum directionis à maiori, & id quod restat per 6. (nam vnus quadrãs, vt ex supradictis liquet, 6. horas temporales continet) partiaris, atque per eandem sextam partem quæ hinc exit, multiplica per numerum horarum, quibus Aphetam seu significatorem à meridiano distare priùs supputatum est: id quod ex huiusmodi multiplicatione gignitur, vocat autor ęquationem, quę quidem addenda est directioni sphæræ, si eadem directione climatis minor fuerit, aut subtrahenda ab eadem, si contrarium acciderit, nam numerus restans vel compositus quæsita tempora directionis ostendet. Est autem per ascensiones operandum, quando Apheta in medietate ascendente fuerit: per descensiones verò, aut per punctorum oppositorum ascensiones, quando idem significator medietatem descendentem tenuerit. Summa itaque huius loci est: si Apheta sit supra terram, capiendam esse differentiam ascensionis rectæ à C. M. eandemq; per horaria tempora diurna partiendam: si autem infra terram fuerit, accipiendam esse differentiam ascensionis rectæ ab imo cœli, eandemq; per horaria tempora nocturna aphetæ partiendam, vt horæ temporales, quibus Apheta à culmine cœli distat, exeant. Si igitur Apheta fuerit inter M.C. & ascendens, exibunt horæ temporales distantiæ sequentis: Si autem inter C. M. & Cardinem occidentalem, distantiæ antecedentis, pariformiter si apheta fuerit inter horoscopũ & imum cœli, prodibunt horæ distantiæ antecedentis, quæ per omnia æqualis est distantiæ diurnæ antecedentis puncti oppositi in hæmisphærio superiore. Denique si inter imum cœli & finitorem occidentalem fuerit, exurgent horæ distantiæ sequentis, pariformiterque per omnia æqualis distantiæ sequenti in superiore hemisphærio & in puncto diametraliter opposito, quia quartæ cœli oppositæ omninò sibi correspondent. Cognita tali distantia, mox differentia directionum duarum eo modo, quem exposuimus, duplici operatione, sphærę videlicet & climatis, colligenda, eademque sic collecta, per sex secanda est, vt numerus προσθαφαιρέσεως, id est, qui directioni sphęrę iungendus aut adimendus sit, exeat. Exemplum de significatore in medietate ascendente, & in-

& inter horoſcopum & M C. verſante: Sit apheta ☉ cõſtitutus in part.9.♒, Radij verò Saturni quadrati, ad quos ☉ dirigendus eſt, ſint in p.6.♓. Angulus M C. ſit p.15.♑. Aphetæ ſeu Solis aſcenſio recta eſt, p.311.ſcr.27 1ª. Aſcenſio verò recta M C. eſt part.279.ſcr.48.1ª, quę ablata ab aſcenſione recta Aphetæ, relinquit eius diſtantiam à M C. part.31. ſcr. 39.1ª, quę primò quęrenda erat. Deinde horaria tempora Aphetę ſeu Solis partẽ 9.Aquarij luſtrantis volo inquirere, & video in tabella quantitatis dierum ſub altitudine poli p.51. è directo p.9.♒, horas 7. ſcr.35.1ª, quæ multiplico per 2½. fiunt horaria tempora 18.ſcr. 58 1ª, & quidem nocturna, quia ♒ eſt ex ſignis auſtralibus. Sed quia opus eſt nobis diurnis horarijs temporibus, detraxi nocturna hęc tempora à par.30. & confeſtim prodierunt tempora diurna p.11.ſcr.2 1ª, per quæ diſtantiam Aphetę à M C. hoc eſt, p.31.ſcr.39 1ª, diſſecui, & eduxi horas temporales 2.ſcr.52.1ª, quibus Apheta à medio cœli diſtat. Iam porrò vt ſignificatorem circuli directi haberem, ab aſcenſione recta radiorum Saturni, nempè ſextam partem Piſcis percutientium, quæ eſt p. 337.ſcr. 48 1ª, aſcenſionem rectam Aphetæ, quę eſt par.311.ſcrup.27.1ª, & remanſit ſignificator circuli directi p.28.ſcr.21.1ª. Pro ſignificatore verò circuli obliqui ab aſcenſione obliqua radiorum Saturni, quę eſt p.349. ſc.30. 1 , ſubtraxi aſcenſionem Aphetę obliquam, quę eſt par.335.ſcr.10 1ª, & remanſit ſignificator regionis p.14.ſcr.20 1ª. Quapropter differentia ſignificatorum eſt partium 3.quę per 6.ſectę, eduxerunt part.0.ſcr.30 1ª, ſeu vnius partis ſemiſſem multiplicandũ in horas tẽporales, quibus ſignificator diſtat à meridiano, hoc eſt, in horas tẽporales 2.ſc.52 1ª, quo facto prouenerunt ęquationis loco horaria tempora 1. ſcr. 26 1ª adimẽda ſignificatori circuli directi, ob eam cauſam quòd maior ſit, quàm ſignificator circuli climatis: quo facto relicta eſt directio quęſita partium 27. ſcr. 54. Hic proceſſus autoris planè à regula proportionum dependet: Nam quòd iubet differentiam ſignificatorum per 6. partiri, numerumq; ſectionis in numerum horarum temporalium, quibus ſignificator à M C. diſtat, multiplicare, id perindè eſt, ac ſi in regula proportionum hos numeros vulgato more propoſuiſſet in hunc modum: Sex horis temporalibus variatur directio (vt idem exemplum repetam)

tam)partibus 3,quantum variabitur eadem directio horis temporalibus 2.ſc.52 1ª,quibus Apheta à meridiano receſsit?

Horę tẽporales	differẽtia ſignificatorum	horę temporales quibus Apheta diſtet a MC.
6	p. 3	2 52 1ª

Cęterùm cùm in proceſſu regulę proportionum non ſolùm numerum ex mutuo ductu ſecundi tertijq; genitum,per primũ ſecemus,verumetiam ſecundum per primum partiamur, numerumq; ſectionis in tertium rectè ducamus,vt ad quartum ignotumq; perducamur,perſpicuum eſt, cur autor differentiam ſignificatorũ iubeat partiri per 6. & numerum ſectionis ducere in horas temporales,quibus Apheta à cardine cœli diſtat, vt ęquatio directionis prodeat.Sed hanc eandem ęquationem certiùs atq; longè expeditiùs elicies,ſi in regula proportionum ſemiarcum diurnum aut nocturnum ſignificatoris ponas in loco primo,in ſecundo verò loco differentiam ſignificatorum collocces.In tertio deniq; diſtantiam ſignificatoris à cardine ſtatuas, Nam perfecta operatione regulę numerus quartus ęquationẽ oſtendet ſignificatori ſphęrę addendam aut auferendam,prout ipſa ratio calculi exiget: Veluti in ſuperiore exẽplo ex tabulis aſcenſionum vel etiam ſi placet ex tabula quantitatis dierum reperies arcum aphetæ ſemidiurnum par.$66\frac{1}{4}$.Dic ergo ſpacio tẽporum $66\frac{1}{4}$.variatur directio p.3.quantum variabitur temporibus $31\frac{2}{3}$,quibus locus aphetæ ab apice cœli remotus eſt? facit p. 1.26 1ª, vt ſuprà. Quòd ſi ſignificator fuerit inter horoſcopũ & cœli imum,eodem penitus modo operandum eſt, niſi quòd in tali caſu aphetę ſicut horæ locorum nocturnæ,ita etiam arcus ſeminocturni adhibentur. Quare hic nullo exemplo opus eſſe reor. Ex his de directione ſignificatoris in medietate aſcendente commorantis, ſententia autoris eſt perſpicua.

Item ſi fuerit &c.

3 Sequitur modus dirigendi aphetam ſeu ſignificatorem cõmorantem in medietate deſcendente, quæ eſt arcus ab angulo terrę vſque ad M C.per ſeptimam domum ſupputatus. Canon autem operandi hic non differt à priori,niſi quòd, vt etiam ex textu patet,vbi in medietate aſcendente adhibuimus aſcenſiones,hic in medietate deſcendente adhibendę ſunt deſcẽſiones,

ſeu

seu quod idem est, per oppositorum punctorum ascensiones ad vnguem opus instituendum est. Exempli gratia, sit imum M.C. par.15.♋, & Apheta seu significator sit ♃ in par.15.♌ constitutus, dirigendus ad corpus Mercurij in par.15.♍ collocati. Et quoniam Apheta infra terram & in medietate descendente reperitur, ideo per puncta opposita, & horaria tempora nocturna operantes, verum scopum attingemus.

Ascensio recta Aphetę est	par.137. scrup.291ª.
Ascensio recta I.M.C.	par.106. scrup.171ª.
Distantia Aphetę à cardine	par.31. scrup.121ª.

Sed semiarcus ♃ nocturnus (♃ enim Apheta infra terram commoratur) est par.68.scrup.45 1ª, & horaria eius tempora nocturna par.11.scrupu.28 1ª, seu in summa scru. 688 1ª, per quæ diuisi distantiam Aphetæ ab imo M.C. quæ est par.31.sc.12 1ª, hoc est, scrupulorum primorum 1872. & produxi in continentia horas 2.scrupu.43 1ª, quibus videlicet horis temporalibus Apheta à cardine remouetur. Hinc differentiam significatorum quæsiui hoc vt sequitur modo.

Descensio recta promissoris, hoc est. ascen.recta, par.5.♊ est	par.346.scrup.12 1ª.
Descensio recta Aphetæ, hoc est, ascensio recta, par.15.♒ est	par.317.scrup.27 1ª.
Significator sphæræ	par.28. scrup.43 1ª.
Descensio obliqua promissoris est	par.353.scrup.34 1ª.
Descensio obliqua Aphetæ est	par.338.scrup.46 1ª.
Significator climatis est	par.14.scrup.48 1ª,

quem subtraxi à significatore sphęrę, & relicta est differentia significatorũ p.13.scru.55 1ª, quem partitus sum per 6. & eduxi numerum sectionis part.2.scr.19 1ª, quem multiplicaui in horas, quibus Apheta ab I.M.C. distat, hoc est, in horas 2.scr.43 1ª, & produxi par.6.scrupu. 18 1ª, æquationem videlicet auferendam à significatore sphæræ superante significatorem climatis: quo facto relicta est directio quęsita par.22.scrup.25 1ª.
Ad eundem scopum operatione per semiarcum Aphetę nocturnum peruenitur.

Dispositio numerorum ad Regulam Proport.

Arcus Aphetæ seminocturnus	Differentia significatorum	Distantia Aphetæ à cardine
par.68.45 1ª.	par.13.55 1ª.	par.31.12 1ª.

Vel sic:

$68\frac{3}{4}$.	$13\frac{11}{12}$.	$31\frac{1}{5}$.

Numerus secundus in tertium ductus, elicit partes $434\frac{1}{5}$. quæ sectæ per $68\frac{3}{4}$. educunt æquationem par.6.scrup.18 1ª, auferendam, vt dictum est, à significatore sphęrę, vt remaneat directio part.22.scrupul.25 1ª, quam inuenire proposueramus.

Postremò directio conuersa seu in præcedentia fit eodẽ modo, per quem directa perficitur, hoc vnico obseruato, quòd ascensiones & descensiones in circulo positionis promissoris & non significatoris supputentur. Sicut enim promissor ad locum significatoris vehitur, ita hic significator ad locum promissoris duci intelligitur. Quapropter si promissor in M.C. positus fuerit, subtrahemus ascensiones rectas promissoris ab ascensionibus rectis significatoris: sin idem horoscopauerit, ascensiones climatis promissoris ab ascensionibus climatis significatoris auferemus. Postremò si promissor angulum occidentis tenuerit, descensiones eiusdem à descensionibus significatoris deducemus, vt directio quæsita remaneat. Quid autẽ sequendum sit, si nullus cardinum promissorem teneat, sed idem inter dicta loca constituatur, perspicuum potest esse ex iis canonibus, qui in expositione directionis directæ sunt positi, nimirum vtræq; ascensiones vel descensiones capiendæ, atque simul proportionabiliter miscendæ sunt, sicut diximus.

Ex his patet autoris de locis Apheticis deducendis sententia, in qua vt Ptolemæus contempsit planetarũ latitudines, quæ cũ maiores sunt in hoc negotio obseruatæ, euidẽter directionum tempora variare consueuerũt. Quapropter si hunc autoris dirigendi modum quispiam sequens, latitudinum quoque rationem habere velit, tabulas Ioannis Blanchini adhibere debet, quarum præsidio omnium locorum cœli ab Ecliptica deuiantium ascensiones facilimè eruuntur. Idem & copiosiùs prestãt tabulę directionum Monteregij, sed harum vsus difficilior est, & non nisi probè exercitatum calculatorem admittunt. Blanchini quoque tabulæ in vsum Italiæ compositæ sunt. Pro alijs

vero

verò regionibus, quo ad rectam sphæram, omnibus satisfacit. Quod ad obliquam attinet, quilibet sibi vnam præsidio tabularum Monteregij pro suæ regionis altitudine fabricare debet. Non est autem multum absimilis forma dirigendi autoris à traditione Ptolemæi, iuxta cuius sentẽtiam tempora directionum colliguntur ad hunc modum. Primò & ante omnia obseruandus est Apheta & reliqui significatores, quorum progressiones principaliter tempora euentuum significant. Similiter etiam anæretarum seu promissorum, hoc est, stellarum radiationumq; occurrentium loca describenda notandaque sunt. Placuit enim vitandę obscuritatis gratia his vocibus admodum generaliter hoc loco vti, ita vt quicquid hic dicitur de deductione Aphetæ seu vitæ dominatoris, id etiam de omnibus reliquis euentuum significatoribus intelligas, sic vt nomine Aphetæ, omnem intelligamus significatorem, & nomine Anæretæ, omnem promissorem. His ita se habentibus, mox deinde tam Aphetæ, q promissorum distantia à medio cœli capienda est, si Apheta supra terram fuerit: aut earundẽ differentia ab imo cœli indaganda, si Apheta infra finitorem deprehendatur. Post hęc horaria tempora singulorum locorum, diurna quidem si locus Aphetę supra terram, nocturna verò si infra terram fuerit, colligenda, atque mox per horaria tempora Aphetę modò inuenta partienda est distantia eiusdem Aphetę à cardine, vt horæ temporales, quibus Apheta à cardine remouetur, prodeant: quę omnia iuxta modum in expositione textus abundè expositum perficientur. Ad extremum horaria tempora anęretę multiplicanda sunt per horas, quibus Apheta à cardine cœli abest, idque quod producitur, iuxta sequentes cautelas adijciendum aut auferendum est differentiæ seu distantię anęretę à cœli cardine: numerus qui hinc fit, erit numerus partium & scrupu. directionis, seu erit numerus annorum, mensium & dierum, quibus exactis promissor ad significatorem veniet: siqnidem singuli gradus sic computati, singulos annos, & scrupu. 5. mensem, & vnũ denique scrupulum sex dies & duas horas numerant. Regulę προσθαφαιρέσεως.

Ptolemaica directio.

naturalion sig.

Si Apheta fuerit supra terram, numerum productum subtrahe à recta differentia promissoris (nominamus hic differentiam loci à cardine distantiam) si Apheta inter ascendens & M. C.

fuerit. Quòd si vterque sit inter M.C. & septimam, differentia recta promissoris à producto numero auferenda est. Si verò Apheta infra terram inter imum cœli & septimam fuerit, tunc vt in primo casu, productum ex differentia promissoris subtrahi debet. At si Apheta inter imum cœli & horoscopum fuerit, differentia promissoris, vt in secundo casu fiebat, ex producto detrahitur. Denique si Apheta in quadrante orientali, promissor verò in quadrante occidentali siue supra siue infra terram fuerint, tunc differentia Aphetæ producto adijcienda est. Ex his patet, quòd quartæ cœli oppositæ omnino sibi correspondent. Quapropter quando Apheta infra terram reperitur, cum punctis oppositis, perinde ac si Apheta supra terrã versaretur, totam operationẽ perficiẽtes ad eundẽ scopum, minore fortasse labore perueniemus. Ethęc est causa, propter quam Cardanus in toto hoc negotio non plures quàm 4. vel 3. potius differentias quæ sequuntur, reperiri docet, quod verum est, si vt dixi, loca opposita attendantur.

Si fuerit

1. Apheta in M.C. nihil additur differentiæ ascensionum, sed simpliciter, vt dictum est, per ascensiones sphæræ conficitur directio.

2. Apheta inter M.C. & horoscopum: productum ex differentia promissoris aufertur.

3. Vterque Apheta & Anæreta in quadrante occidentali: tunc differentia ex producto auferenda est.

4. Apheta / Anęreta } in quadrante } occidẽtali / orientali } tunc differẽtia cum producto coniũgitur.

Exemplum de significatore inter medium cœli & horoscopum. Volo dirigere Lunam primò ad triquetram radiationem Martis, & mox deinde ad corpus Saturni, ita vt Luna Marti ab initio inimica habeat locum primum seu locum significatoris, Martis verò radij & Saturnus, promissoris. Cùm autem Luna sit infra terram, idcirco per loca opposita in quartam mundi orientalem

talem incidentia commodiùs operabimur, hoc est, faciemus locum Lunæ in par. 27. scrup. 52 1ª Leonis, & radiorum Martis in par. 28. scrup. 21 1ª Virginis, & denique locum Saturni in parte 26. scrup. 42 1ª Libræ. Et quoniam locus Lunæ inter horoscopum & medium cœli positus esse intelligitur, idcircò subtraxi primò ascensionem rectam medij cœli ab ascensione recta loci, quem pro loco Lunæ habemus, & remansit differentia Lunæ par. 26. scrup. 11 1ª, quam per horaria tempora diurna loci Lunæ, quæ sunt par. 18. scrup. 2 1ª, partitus sum, & numerus sectionis ostendit mihi hor. 1. scrup. 27 1ª distantiæ antecedentis Lunę à cœli medio. Deinde subtraxi ascensionem rectam medij cœli ab ascensione recta maleficorũ, & remansit distantia recta, Martis quidem trigoni part. 54. scrupul. 35 1ª, Saturni verò part. 80. scrup. 52 1ª. Denique multiplicaui tempora horaria triquetræ radiationis Martis diurna, hoc est, part. 15. scrup. 7 1ª, in temporales horas 1. scrup. 27 1ª, quibus locus Lunæ à medio cœli distat, & productus est numerus par. 21. scrupu. 57 1ª, quem quoniam locus Lunæ est supra terram in quarta orientali, subduxi à differentia Martis triquetrę radiationis, hoc est, ex par. 54. scru. 35. & remanserunt part. 32. scrup. 38 1ª, hoc est, anni 32. menses 7. cum 18. diebus: quo tempore exacto corpus Lunę per trigonum Martis pertransit. Tempora directionis par. 59. scrup. 34 1ª, quibus Luna ad Saturnum fertur, planè pari supputationis forma produximus. Hæc est Ptolemæi formula dirigendi, qua nonnihil mutata atque vna operatione sublata, eundem scopũ assequemur, atque omnes directiones facilimè perficiemus hoc vt sequitur modo. Aphetis & Anæretis omnibus adscribe primò differentiam ascensionis rectæ ab ascensione recta medij cœli, ex tabula ascensionum rectarum infrà posita. Deinde his similiter è regione adiunge singulorum locorum horaria tempora ex tabula quantitatis dierum: diurna quidem, si Apheta supra terram fuerit: nocturna verò, si Apheta infra terram commorabitur. His ita dispositis multiplica Aphetę seu significatoris differentiam rectam in horaria tempora Anęretę seu promissoris, id verò quod producitur partiaris per horaria tempora significatoris, numerumque sectionis minue à recta differentia promissoris, vel hanc eandem ab illa auferes, secundum quadru

plicem illam distinctionem suprà expositam. Numerus enim qui hinc fit, est numerus directionis quæsitę. Repetamus maioris euidentiæ gratia exemplum proximum, in quo Luna ad Martis triquetrum & corpus Saturni ducitur. Primò ergo è regione horum cœli locorum apposui differentias ascensionum à medio cœli, & deinde quòd locus significatoris supra terram versetur, adieci singulis sua tempora horaria diurna, vt in præsenti descriptione vides.

	Differentiæ.	Horaria tempora.
☽	Par.26.scrup.11 1ª.	Par.18.scrup.2 1ª.
♂ △	Par.54.scrup.35 1ª.	Par.15.scrup.7 1ª.
♄	Par.80.scrup.52 1ª.	Par.14.scrup.40 1ª.

His ita positis multiplicaui horaria tẽpora triquetrę radiationis Martis p.15.sc.7 1ª, in differentiã rectã loci ☾, quæ est p.26.sc.11 1ª, & produxi sexag.6 1ª, p.35.sc.45 1ª, vel si mauis, p.395.scr.45 1ª, quæ partitus sum per horaria tẽpora loci ☾, nẽpè p.18.sc.2 1ª, & eduxi numerũ sectionis p.21.sc.57 1ª. Et quia Aphetæ & Anęretæ loca inter horoscopũ & medium cœli versantur, ideo productum hoc à differentia recta triquetrorum radiorum Martis, quæ est par.54.scr.35 1ª sustuli, & remanserũt p.32.sc.38 1ª, quibus congruunt anni 32. menses 7. dies 18. non aliter quàm in superiore supputatione. Ad eundem modum differentiam Lunarem in tempora horaria Saturni multiplicantes, produximus sexag.6 1ª, p.24.scr.1 1ª, quæ secta per horaria tempora loci Lunę, pepererunt p.21.sc.18. à differentia eiusdem Saturni auferenda, vt exeat numerus directionis, nempè p.59.scr.33. 1ª. Aliud exemplum. In eadem genitura, si Saturni quadraturam ad Solem deducere velis, tunc horum locorum differentijs & horarijs temporibus sic, vt præceptum est, descriptis, multiplica differentiam Solis in horaria tẽpora quadratę radiationis Saturni, &

	Differentię	ὡριαῖοι χρόνοι
☉	P.56.scrup 58 1ª	P.18.scr.22 1ª
♄ □	P.37.scr.32 1ª	P.18.scr.42 1ª

produces sexag.1 7 1ª, p.45.sc.16 1ª quæ per horaria tẽpora Solis, hoc est, per p.18.scr.22.1ª si partiaris, & elicies p.58. ad vnguẽ, à quibus differentia Saturni, quòd vterq; locus inter finitorem occidentalem & culmen cœli contineatur, subtrahenda est, vt relin-

relinquatur numerus directionis p.20.scrup.28.1ª.

4 Ex his exẽplis perspicua est ratio dirigẽdi, si vterq; significator & promissor in hemicyclio ad culmen cœli scandente reperiat: tũc em directio tota fit per ascensiones in semicirculo positionis significatoris. Omnes enim circuli positionis in medietate ascendente sunt ascensionum: Similiter si vterque hemicyclium mundi ad subterraneam cuspidem delabente teneat, tota directio per ascensiones in hemicyclio Aphetæ seu significatoris perficitur: omnes enim semicirculi positionis in medietate descendente sunt descensionum. Sed quid faciendum est, si ascensio in descensionem, aut descensio in ascensionem commutatur? Veluti si Apheta inter septimam & medium cœli versans, ad promissorẽ inter horoscopum & medium cœli hęrentem ducendus sit? Respondeo ex sententia Ptolemęi & autoris, in tali casu primò medium cœli ad Aphetam per descensiones circuli positionis Aphetę esse ducendum: deinde verò promissorẽ ad culmen medij cœli per ascensiones Sphęrę rectę promouendum; & denique duos hos arcus directionis iungendos, vt numerus totius directionis prodeat. In assumpta genitura, Solem in quadrante medietatis mundi descendentis positum, ad quadratam radiationẽ Martis, quę in p.28.sc.21 1ª Leonis, & in quadrantem mundi medietatis ascendentis incidit, dirigentes, primò vtriusque loci tam à medio cœli differentiam, quàm horaria tempora descripsimus sic,

Quòd si fuerit significator &c.

vt à latere vides. Deinde Differentiam Solis in horaria tempora quadraturę Martis multiplicãtes, produximus sexag.15 1ª, p.58.scr.56 1ª, quę secta per horaria tempora Solis, prodiderunt quadraturę Martis in locum Solis traductę à medio cœli distantiam part.52. scr.12 1ª, quę quando cũ eiusdem quadraturæ Martis distantia prima, quæ est p.26.sc.36 1ª, coniungitur, facit numerum directionis par.78.scr.48 1ª.

	Differentię ὡρισμοὶ χρόνοι	
☉	P. 56. scru. 58 1ª	P.18.scr.22 1ª
♂	□ P.26.scr.36 1ª	P.16.scr.50 1ª

5 Sequitur alter huius capitis locus, de inuenienda parte signiferi, ad quam directio Aphetæ, in dato anno ætatis peruadit. Veluti in nostro exemplo, in quo finiens orientalis in part.26. scrup.44 1ª Libræ incidit, si inueniendum proponatur, ad quem gradum

Quòd cũ scieris &c.

gradum signiferi directio horoscopi anno ætatis nati 40. mensibus 5. diebus 6. peruadat, capias primò ascensionem obliquam significatoris, id est, horoscopantis partis 26. scr. 44 1ª, quæ est partium 213. scrup. 55 1ª, atque eidem adiunge partes 40. scr. 26 1ª, ratione temporis à radice elapsi, & colliges partes 254. scrup. 21 1ª, cum quibus in aream tabulæ obliquæ ingressus, (nam barbara vox arcuare id hic significat) reperies eisdem respondere part. 28. sc. 21 1ª Scorpij, vbi Martis est epocha. Ad eum igitur punctum signiferi pertinget directio horoscopi, annis 40. mensibus 5. diebus 6. completis. Reliqua huius loci sunt facilia, atque ijs quæ dicta sunt, non dissimilia.

Et locus ad quem &c.

6 Sequitur, quomodo Catholici temporum arbitri eligendi sint. Videtur autem hic diuisorem, hoc est, dominum termini præferre domino radiorum, quod est contra Ptolemæum, qui præcipuum dominium stellę vel radio, Aphetæ occurrenti tribuit, eiusq; dominij participem facit dominum termini. Verba eius de hac re extant circa finem quadripartitæ constructionis: καὶ πρῶτον μὲν, inquit, δοτέον τὸν χρόνον καθηκόντων ἄφεσιν τῷ κατ' αὐτὸν τὸν ἀφετικὴν μοῖραν τυχόντι ἢ συγκαταθέντι: ἐὰν δὲ μὴ ὅτως ἔχῃ, τὸν τῷ ἔγγυς προσήκοντι ἐπιλαβόντι, μέχρι τοῦ τῷ ἑξῆς εἰς τὸ ἐπόμενα μοῖραν ἐπιθεωρήσαντος, εἶτα τοῦτο μέχρι τοῦ ἑξῆς, καὶ ἐπὶ τὴν ἄλλων ὁμοίως, παραλαμβανομένων εἰς τὸν οἰκοδεσποτίαν καὶ τὴν τοῦ ὅρια ἐπεχόντων ἀσδρῶν, hoc est: Ac primum sanè tempus in singulis moderationibus illi dabitur, qui Apheticum locum corpore occupat vel radijs. Quòd si nullus fuerit in loco Aphetico pręcise, ascisceemus proximè antecedentem planetam vel radium eum vsq;, qui proximè succedentem aspicit partem. Deinde hoc vtemur vsque ad proximum, atque in alijs similiter, assumentes in gubernandi communicationem terminorum dominos planetas. Exemplari discursu res fiet clarior. In nostro exemplo orientalé horizonta circundat pars 26. scr. 44 1ª Libræ, cui cùm ad vnguem penè insideat radius oppositus Saturni, idcircò Saturnum primum temporũ arbitrum constituimus, participe imperij Marte, de sententia Ptolemęi terminorum domino. Sed paulò pòst in parte 27. scr. 52 1ª, vbi diametro Saturni succedit triquetra radiatio Iouis &

Lunæ

Lunæ, imperium illud à Saturno transfertur in Iouem & Lunam mox sequentem, quæ vsque ad finem Libræ, & par. 1. scrupu. 12 1ª Scorpij dominatur, Marte vtrobique ratione finium participe. Nam Mars tam ex sententia Ptolemæi, quàm Aegyptiorum in Scorpij prioribus sex partibus terminorum dominium obtinet. Hinc verò paulò post partem primam Scorpij imperium radiorum à Luna transfertur in Mercurium, qui triquetram suam radiationem in partem 1. scrupu. 12 1ª Scorpij proijcit, atque ratione horum radiorum suum imperium vsque ad partem 28. Scorpij extendit, participante propter dominiũ terminorum primò Marte, deinde Ioue, hinc Venere, & denique Mercurio. Hinc in parte 28. scrup. 21 1ª Scorpij, potentissimum omnium imperium suscipit Mars: Nam pręterquàm quòd corpore dictum locum occupat in propria domo atque trigono, & inimicus ascendentis existens, in signo fixo & venenoso retrocedit, cum testimonio eiusdem Martis & Saturni domini finium illius directionis, principium anni 41. attingentis, cuius annuæ signorum commutationes stellarumque πρόδοι tales futurę sunt, vt sequitur.

Progressiones annuę.	par.	scr.	1ª.	πρόδοι stellarum.	par.	scru.	1ª.	
Horoscop.	26	44	♒	☉	8	54	♊	
☽	27	52	♊	☽	11	58	♍	
☉	8	54	♎	♄	20	3	♑	
Sors	15	42	♏	♃	4	46	♐	retroce.
M.C.	1	39	♐	♂	22	20	♌	
				☿	5	50	♉	
				♀	11	44	♉	
				☊	12	18	♎	

Aliud exemplum: Sit horoscopans pars sexta Tauri, vbi nullus sit planeta nec vllus radius (nam si parti horoscopanti insideret aliquis planeta vel radius, is esset primus temporum arbiter) sed tamen in præcedenti loco, hoc est, in parte 4. Tauri sit corpus Iouis, & in sequente parte 12. sit trigonus Lunæ, quem proxime sequatur corpus Martis in parte 12. Geminorum, di-

co, quòd Iuppiter primò gubernabit vitam à parte sexta Tauri, vsque ad partem 12. eiusdem, vbi sunt radij triquetri Lunæ: particeps autem eius erit ♀ finium domina, sed tamen etiam ipsa potens, nam in eodem loco habet trigonum & domum. Damus autem primum annum parti sextæ, & non quartæ Tauri, quam occupauit Iuppiter ante ascendens, quia vt dictum est, directio & directionis gubernatio, debet inchoari à loco Aphetę, & non à loco gubernatoris. Porro à parte 12. Tauri, vsque in finem Tauri, imò vsque ad partem 12. Geminorum, cùm nulli alij radij nec planetæ sint medij, gubernabit Luna cum finium dominis, sed multifariàm & non vno modo. Nam à parte 12. ♉ vsque in partem 24½. eiusdem, plus poterit ☽ quàm domini finium, quia tanta est magnitudo luminis Lunæ, quę quantò plenior erit, eò maior eius efficacia iudicanda. Sed à parte 24. in finem Tauri, cùm ☽ in ♉ altitudinem habeat, æquales fermè erunt vires ☽ cum domino finis illius partis. Denique ab initio ♊ ad partem eius duodecimam, propter longinquitatem radiorum trigonorum, & mutationem signi, vbi Luna nullam habet potestatem, finis domini maiorem habebit vim quàm ☽. Hunc igitur in modum generales temporum arbitros creabimus.

Significatores quque, &c.

Tabula ascensionum rectarum

	♈		♉		♊		♋		♌		♍	
G.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.
0	0	0	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6
1	0	55	28	51	58	51	91	6	123	14	153	3
2	1	50	29	49	59	54	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	57
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	51
6	5	30	33	40	64	6	96	32	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	66	13	98	43	130	26	159	41
9	8	15	36	36	67	17	99	48	131	27	160	37
10	9	11	37	35	68	21	100	53	132	27	161	33
11	10	6	38	34	69	25	101	58	133	28	162	29
12	11	1	39	33	70	29	103	3	134	29	163	25
13	11	57	40	32	71	33	104	8	135	29	164	21
14	12	52	41	31	72	38	105	13	136	29	165	17
15	13	48	42	31	73	43	106	17	137	29	166	12
16	14	43	43	31	74	47	107	22	138	29	167	8
17	15	39	44	31	75	52	108	27	139	28	168	3
18	16	35	45	31	76	57	109	31	140	27	168	59
19	17	31	46	32	78	2	110	35	141	26	169	54
20	18	27	47	33	79	7	111	39	142	25	170	49
21	19	23	48	33	80	12	112	43	143	24	171	45
22	20	19	49	34	81	17	113	47	144	23	172	40
23	21	15	50	35	82	22	114	51	145	21	173	35
24	22	12	51	36	83	27	115	54	146	20	174	30
25	23	9	52	38	84	39	116	57	147	18	175	25
26	24	6	53	40	85	38	118	0	148	16	176	20
27	25	3	54	42	86	43	119	3	149	14	177	15
28	26	0	55	44	87	48	120	6	150	11	178	10
29	26	57	56	46	88	54	121	9	151	9	179	5
30	27	54	57	48	90	1	122	12	152	6	180	0

residuum tabulæ ascensionum rectarum.

	♎		♏		♐		♑		♒		♓	
G.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.	G.	m.
0	180	0	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6
1	180	55	208	51	238	51	271	6	303	14	333	3
2	181	50	209	49	239	54	272	12	304	16	334	0
3	182	45	210	46	240	57	273	17	305	18	334	57
4	183	40	211	44	242	0	274	22	306	20	335	54
5	184	35	212	42	243	3	275	27	307	22	326	51
6	185	30	213	40	244	6	276	33	308	24	337	48
7	186	25	214	39	245	9	277	38	309	25	338	45
8	187	20	215	37	246	13	278	43	310	26	339	41
9	188	15	216	36	247	17	179	48	311	27	340	37
10	189	11	217	35	248	21	280	53	312	27	341	33
11	190	6	218	34	349	25	281	58	313	28	342	29
12	191	1	219	33	250	29	283	3	314	29	343	25
13	191	57	220	32	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	31	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	198	27	227	33	259	7	291	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	324	23	352	40
23	201	15	230	35	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	36	263	27	295	54	326	20	354	30
25	203	9	232	38	264	33	296	57	327	18	355	25
26	204	6	233	40	265	38	298	0	328	16	356	20
27	205	3	234	42	266	43	299	3	329	14	357	15
28	206	0	235	44	267	48	300	6	330	11	358	10
29	206	57	236	46	268	54	301	9	331	9	359	5
30	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6	360	0

De Algebugthar.

Et ex hoc sequitur Algebugthar in natiuitatibus: & est directio gradus ascendentis, hoc est, vt aspicias gradum ascendentis in termino cuius sit planetæ, & minuas ascensiones ascendentis de ascensionibus, quæ sunt in directo finis termini planetæ per ascensiones regionis, & quod remãserit, accipies vnicuiq; gradui vnum annum, & omnibus quinque minutis mensem: & omni minuto VI. dies: & erit dominus termini dispositor annorũ, qui dicitur diuisor. Post hoc accipies gradus termini, qui eũ succedit, & vertes eos etiam in gradus ascensionum, & quod fuerit, accipies vnicuique gradui annum vnum, & omnibus V. minutis mensem, & omni minuto sex dies, eritq; dominus termini diuisor & dispositor illorum annorum. Similiter intrabis cum omni termino domini per successionem vsque in finem vitæ: & si fuerit in termino alicuius planetæ: planeta aut radij eius erũt participes in diuisione: & hæc diuisio dicitur Algebugthar.

De directione ascendentis ad planetarum fines, quod Arabes vocant Algebuthar. Hic perpende gradum horoscopãtem, & obserua, ad cuius planetæ fines referatur, & quousque sese fines istius planetæ extendant. Deinde & gradus ascendentis & extremæ partis finiũ ascensione climatis reperta, subtrahe prio rem à posteriore, & remanebit quæsita directio horoscopi ad terminum propositũ. Verbi gratia, in assumpta genitura, in qua eleuationem verticis supponimus part. 41. horoscopus est par. 26. scrup. 44 1ª Libræ, cui iuxta ordinationem finium Ptolemæi Mars præsidet. Idem Mars habet imperiũ finium in principio Scorpij, atq; id ad finem sextæ partis eiusdem Scorpij extendit. Ascensio climatis horoscopi est part. 213. scrupu. 55 1ª. Ascensio climatis in eadem eleuatione extremæ partis finium

Mar-

Martis, hoc est, par. 6. Scorpij est part. 225. scrup. 46 1ª, à qua sublata ascensione obliqua horoscopi, remanent part. 11. scrupu. 51 1ª, hoc est, anni 11. menses 10. dies 6. cuius temporis Mars est dominus. Immediatè sequentes fines Ioui assignati, ad part. 14. Scorpij porriguntur, quorum ascensio obliqua reperitur part. 236. scrup. 3 1ª, à quibus si auferas ascensionem extremæ partis proximè præcedentium finium Martis, restabunt par. 10. scrup. 117. hoc est, anni 0. mēses 3. dies 12. tempus gubernationis Iouię, quod cum tempore paulò antè Marti assignato cōiunctum, efficit ætatis nati annos 32. mensem 1. dies 18. Hoc modo ad finem vitæ ascendentis directio ad prēuidendas infirmitates atque impedimenta nato in corpore obuentura cōtinuanda est. Poteris autem tibi si velis formare tabellam, ex qua progressio ascendentis ad planetarum fines singulis annis facilimè depromi queat, hoc modo: Pro principio primi anni natiuitatis assigna in capite tabellę gradum horoscopantem. Posteà capias horoscopi in climate ascensionem, cui pro singulis annis sequentibus ordine singulos gradus adijcias, & quod hinc fit, in area eiusdem tabulæ ascensionum perquire, ac cui signiferi loco respondeat, obserua: is enim eo anno ius diuisionis seu dispositionis sibi vendicabit. In nostro exemplo primo anno currenti assignanda est pars 26. scrup. 44 1ª Libræ, cuius ascensioni climatis, hoc est, part. 213. scrup. 55 1ª, si æquinoctialis vnum gradum adijcias, ascensionem obliquam par. 214. scrup. 55 1ª, pro secundo anno conflabis, cui respondent in tabula partes 27. scr. 31 1ª Libræ. Tali continua æquinoctialis partium ad ascensionē horoscopi adiectione, vniuersum ordinem partium pro singulis annis nati tabellę inserendarum, præsidio tabulæ tui climatis vsque ad finem vitæ nati facilè extendes. Ad extremum partibus signiferi hoc pacto repertis, domini finiū, qui diuisoris appellationem sustinent, ex tabella terminorum Ptolemæi, vel si placet, Aegyptiorum adscribendi sunt, sicut in sequenti exemplo patet. Hæc autem de horoscopo præcepta simili ratione ad reliquorum significatorum in suis circulis positionum deductionem possunt & debent referri.

Tabella

Tabella diuisionis seu directionis horoscopi, quam Arabes vocant Algebuthar.

Anni ætatis	Partes diuisionis grad. sc.		Diuisor	Anni ætatis	Partes diuisionis grad. sc.		Diuisor	Anni ætatis	Partes diuisionis grad. sc.		Diuisor
1	26	44	♂	15	7	40		29	18	34	
2	27	31		16	8	27		30	19	21	
3	28	18		17	9	21		31	20	7	
4	29	6		18	10	0		32	20	48	☿ 21
5	30 ♏	0		19	10	47		33	21	41	
6	0	40		20	11	34		34	22	29	
7	1	26		21	12	28		35	23	16	
8	2	13		22	13	7		36	24	3	
9	3	0		23	13	47		37	24	46	
10	3	47		24	14	41	♀ 12	38	25	40	
11	4	34	♃ 6	25	15	27		39	26	26	
12	5	20		26	16	15		40	27	14	♄ 27
13	6	15		27	17	0		41	28	0	
14	7	8		28	17	47		42	28	46	

De duodenariis planetarum & domorum.

1. *Et ex hoc duodenariæ planetarum aut domorum: hoc est, vt aspicias quantum ambulauerit planeta in signo suo in quocunque fuerit, aut grad. domus quem volueris ex gradibus & minutis: multiplicabisque hoc in 12. post hoc addes desuper ipsos grad. atque minuta, quæ multiplicasti in 12. & quod collectum fuerit, ex eo proijce ab*

initio

initio grad. eiusdem signi: dans vnicuique signo XXX. grad. & vbi fuerit finitus numerus, ibi erit duodenaria planetarum ac domorum.

De nouenariis eorundem.

2. *Et ex hoc Anaubarach, quæ sunt nouenariæ. Cuius scientia est, vt scias quantum ambulauerit planeta in signo suo ex gradibus & minutis, aut grad. domus cuius volueris scire nouenarium. Post hoc diuide signum in nouem diuisiones, & vnaquæque diuisio est ex tribus gradibus & tertia parte vnius gradus. Post hoc aspicies in quo nouenario ex nouenarijs ceciderit gradus planetæ aut domus. Post hoc dabis primum nouenarium ex signis domino signi mobilis eiusdem triplicitatis, & secundũ nouenarium domino signi, cuius est ipsum signum quod succedit: donec venias ad aliquem nouenarium, ex quo est gradus, eritque planeta dominus eius nouenarij. Verbi gratia: signum ex quo fuerit gradus ille, erat ex triplicitate Arietis: erit ergo primum nouenarium eiusdem signi Martis domini Arietis, & secundum nouenarium Veneris dominæ Tauri, & nouenarium tertium Mercurij domini Geminorum. Similiter vsque ad nouenarium nonum. Et si fuerit signum ex triplicitate Cancri, erit primum nouenarium eius Lunæ, & secundum nouenarium Solis domini Leonis: & tertium Mercurij domini Virginis. Et si fuerit signum ex triplicitate Libræ, erit primum nouenarium eius Veneris domini Libræ, & secundum Martis domini Scorpionis, & tertium Iouis domini Sagittarij. Similiter in tri*

plicitate Capricorni, primum nouenarium eius, est Saturni domini Capricorni: & secundum similiter Saturni domini Aquarij, & tertium Iouis domini Piscium, deinde quæ sequitur secundum ordinem successionis signorum. Verbi gratia: planeta vel aliqua domus ex domibus XII. erat in XIX. gradu Aquarij, si diuidatur signum per nouem diuisiones, erit gradus XIX. in diuisione sexta, & quia signũ Aquarij est in triplicitate Libræ: ponitur primum nouenarium eius Veneris dominæ Libræ: secũdum Martis domini Scorpionis, & tertium Iouis domini Sagittarij. & quartũ Saturni domini Capricorni, & quintum etiam Saturni domini Aquarij, & sextum Iouis domini Piscium, eritque Naubahar, id est, nouenarium XIX. grad. Aquarij Iouis.

Modus inueniendi dominum decani.

3 *Et ex hoc Adorogen, hoc est, vt diuidas ascendens in tres partes, & sit omnis diuisio X. graduum: dabisque diuisionem primam domino ascendentis, & secundam domino quinti signi ab eo: & tertium domino noni: nam ascendẽs V. & IX. vna semper sunt triplicitas. Verbi gratia: ab initio Arietis vsque in decimum gradum eius, est Dorogen, id est, decanatus Martis. Et si fuerit ex X. gradu vsque in XX. gradũ, erit eius Dorogen Sol dominus Leonis. Et si fuerit à XX. vsque in finem eius, erit Dorogen Iupiter dominus Sagittarij.*

4 *Et ex hoc dominus orbis in natiuitatibus, hoc est, vt aspicias dominum horæ in qua oritur natus, dabisque ascendens & dominũ horæ anno primo natiuitatis eius,*

& signi-

& significabitur per esse eius, id est, dominum horæ, sanitas vel infirmitas corporis nati, sicut significatur per dominum ascendentis radicis, id est, natiuitatis: & dabis dominum secundæ horæ ab ea, secundæ domui ab ascendente in secundo anno, & significabitur per eum esse suũ in eodem anno esse substantiæ, &c. sicut significatur per esse domini domus substantiæ, & dabis dominum tertiæ horæ ab ea tertiæ domui ab ascendente tertio anno, & significabitur per esse illius in eodem anno esse fratrum & sororum & cæterorum, sicut significabitur per esse domini tertiæ domus: & dabis dominũ horæ quartæ domui quartæ ab ascendente in anno quarto, & significabitur per esse suum in eodem anno esse patrum, & eorum qui significantur per domum quartam. Similiter facies de dominis horarum per successionem, dabis scilicet dominum vniuscuiusque horæ domui ex domibus radicalibus, eritq; domino horæ XII. ab hora natiuitatis domus XII. ab ascendente radicis: & annus XII. & dominus XIII. horæ à natiuitate radicis ascẽdẽtis: & anni Xiij. & dominus XIIII. horæ ab ea domus substantiæ & XIIII. anni. Et nominatur dominus horæ primæ dominus ascendentis horæ, & dominus II. horæ dominus horæ domus substantiæ, et dominus horæ tertiæ dominus horæ domus fratrũ: & sic in alijs simili dominus vniuscuiusq; harum horarũ nominatur nomine domus, & nominatur etiã orbis dominus, & significatur ꝑ eũ omni anno sicut significatur ꝑ Alcochodẽ, hoc est ꝑ dominũ anni: et quidã Astrologorũ ponũt dominũ orbis, scilicet ascẽdẽtis radi-

cis anno primo & 2. anno planetam qui huic succedit, & in tertio anno planetam qui huic succedit: sicut dictum est in domino horæ.

5. *Et ex hoc Alfridariæ dispositio, hoc est, cùm natiuitas fuerit diurna, præerit in initio vitæ dispositioni eius fridariæ Sol, secundum quantitatem annorum fridariæ eius, qui sunt decẽ. Post hoc planeta qui succedit Soli, qui est Venus, cuius fridariæ anni sunt octo, & post Venerem planeta qui succedit ei, & est Mercurius, & anni eius sunt tredecim. Deinde Luna: & anni fridariæ eius sunt nouem: deinde Saturnus, & anni fridariæ eius sunt XI. deinde Iuppiter, & anni fridariæ eius sunt XII. deinde Mars, & anni fridariæ eius sunt VII. deinde caput draconis, & anni fridariæ eius sunt III. post hoc cauda, & anni eius fridariæ sunt duo: fiunt aũt anni collecti simul LXXV. anni. Post hoc reuertitur dispositio ad Solem: & similiter vsque ad vltimum planetarum. Si autem fuerit natiuitas nocturna, incipit dispositio à Luna, disponetq; annos fridariæ eius, qui sunt nouem. Similiter planeta post planetam, sicut prædiximus, in Sole. Cumq; disposuerit planeta annos fridariæ suæ: disponet propriè primam septimam solum, id est, septimam partem fridariæ sui, deinde participatur ei in secunda septima planeta qui eum succedit: post hoc participatur ei in tertia septima planeta tertius, qui succedit secundum: & ita donec participatur ei planeta, qui est ante eum in vltima septima ex annis fridariæ eius: & est vnicuique iudicium cùm participatur alteri super natiuitate.*

Exposi-

Expoſita iam ſunt elementa Aſtrologica autoris ferè omnia, quę ad [illegible] artem naneiſcendam pertinét. Reliqua verò quę ſequuntur, excepto capite de planetarum ſupereminentia, Lunariq; horoſcopo ſeu parte fortunarum, à natura diſſentire, & magis ſortilegijs numerorumq; fortuitis caſibus, & id genus nugis alijs, quàm veris & phyſicis rationibus conſentanea, atq; verę arti curioſe afficta eſſe videntur, & non immeritò. Nam & Ptolemęus ea ipſa hoc nomine paucis attingit, atque mox tanquam otioſa & inania reijcit: ταῦτα μὲν δὴ, inquit, πιθανὸν, καὶ ὁ φυσικὸν, ἀλλὰ κενοδόξον ἔχοντα λόγον παρήσομεν. Et circa initiũ libri tertij Sophiſticam & ſuperſtitioſam huiuſmodi Aſtrologiam grauiter reprehendit, his verbis: καὶ τὰ μὴ πολυπράγμονος τῶν πολλῶν φλυαρούμενα, καὶ μηδὲ πιθανὸν ἔχοντα λόγον πρὸς τὰς ἀφ' τ φύσεως αἰτίας ἀποπεμπόμενοι: τὰ δὲ οἰδεχομένην ἔχοντα τὴν κατάληψιν, ὁ ἀφ' κλήρων καὶ ἀριθμῶν ἀναιτιολογήτων, ἀλλὰ δι' αὐτ τ τῆς ἡμαλισμῶν πρὸς τοὺς οἰκείους τόπους θεωρείας ἐπισκεπόμενοι, hoc eſt: Quęq; multi curioſe & petulanter nugati ſunt, neque vllam veri ſimilitudinem prę ſe ferentia, ad ea quę naturę non conuenienter dicta ſunt, relegabimus: quę verò natura deprehendi poſſunt, non per ſortes & numeros, quibus à natura rationes nullę inditę ſunt, ſed contuitus configurationum ad familiaria loca obſeruantes. Hęc ſequentia igitur, cùm ita quoque ſe habeant, leuiſsimo brachio attingentes perſtringemus.

1 δυοδεκατημόρια planetarum inquiſiturus, ſpacia planetarũ in ſignis, in quibus deprehenduntur, emenſa attendat, quibus notatis p. & ſcr. confecti itineris per 12. multiplicet, numeroq; ex multiplicatione genito, id totũ quod planeta in ſigna emenſus eſt, adijciat. Summã verò collectã ab initio ſigni, in quo planeta cõmoratur, dando vnicuiq; ſigno p. 30. proijciat, nam finis proiectionis ſeu numerationis planetę quęſitum δυοδεκατημόριον oſtendet. Verbi gratia, ſit quęrendum δυοδεκατημόριον Solis part. 8. ſcr. 541ª II luſtrantis, multiplica p. 8. ſcr. 541ª per 12. & efficientur ſexag. 11ª part. 46. ſcr. 481ª, hoc eſt, ſigna 3. grad. 16. ſcru. 481ª, quibus ſi adijcias part. 8. ſcru. 541ª, fient ſigna 3. part. 25. ſcrup. 421ª. Da ergo iam primum ſignum Geminis, ſe- Et ex hoc duodenario &c.

cundum Cancro, 3. Leoni, & tandem peruẽniet δωδεκατημόριον Solis ad gradus 25. scr. 42. Virginis. Hoc pacto Sol in parte 9. scr. 53 1ª Libræ collocatus, dodecatemorium suum in part. 8. scr. 26 1ª Sagittarij proijcit.

Et ex hoc Anaubarach, &c.

2 Sequitur nouenarum partium ordo seu series. Si integrum signũ per 9. partiaris, quælibet portio nouena, vt vocant, par. 3. scr. 20 1ª habebit. Atque hæ partes planetis ita diuiduntur, vt primæ nouenæ parti præsideat dominus signi mobilis triplicitatis eiusdem, secundæ dominus signi, signum mobile mox sequentis, & sic consequenter secundum planetarum dominium in signis ipsorumq; signorum naturalem seriem: Veluti primæ parti nouenæ ♌ dominatur ♂, nam ♌ pertinet ad igneum, vt vocant, trigonum, cuius signum mobile est Aries & eius dominus Mars. Secundæ nouenę Leonis domina est ♀, propterea quòd Arietem in ordine signorum proximè sequitur ♉, cuius domina est ♀. Tertiæ nouenę Leonis pręsidet ☿ dominus Geminorum. Quartæ ☽ domina ♋. Quintæ ☉, dominus ♌. Sextæ ☿ dominus ♎. Octauæ ♂ dominus ♏. Nonę ♃ dominus ♓, & sic in reliquis. Si itaque scripta Arabum legentibus, sententię de domino Anaubarach, seu de domino Anaubæ luminarium occurrant, eas de dominio nouenarię hęretici luminis intelligendas esse, hoc capite admonemur.

Et ex hoc Ador. &c.

3 Porrò sequens decanatus iurisdictio, quantum à decanis in prima differentia propositis differat, ex eo ipso exemplo, quod hic recitatur, satis est perspicuum. Si prima pars Arietis horizonta orientalem circundet, tunc ♂ signi ascendentis dominus decanus eius futurus est: & si eiusdem Arietis secunda decuria ascendat, erit eius decanus Sol, dominus ♌, signi quinti ab Ariete & secundi in eodem trigono. Deniq; si tertia decuria ♈ ascendat, tunc ♃ dominus ♓ decanus eius censebitur. Nam ♓ est signum 9. ab ♈, & tertium in eodem trigono. Similiter facile est iudicare de signis reliquis.

Et ex hoc dominus orbis, &c.

4 Si quando quos dominatores orbis vocant, constituere placeat, tunc per ea, quę suprà capite vltimo differentię secundę pręcepta sunt, diligenter inquiras horam temporalem natiuitatis, atque eiusdem horę domino attribue horoscopum, & annum geniturę primum: is enim eo in anno sanitatem aut ęgritudinem

dinem corporis nati aliaq; omnia, quæ dominus ascendentis largiri solet, significare dicitur. Horæ sequentis dominus anno domuiq; sequenti præsidebit, atque in eodem anno par imperium cum domino domus secundæ sortiri putatur. Penitus eodem modo dominos horarum cœliq; stationum succedentium ordinabis, donec ad duodecimæ domus significatorem perducaris. Cæterùm duodecimo anno completo, sequenti deinceps anno ętatis nati 13. labente, domus prima ad dominum 13. horæ reuoluetur, à qua modò dictis vicibus vsque ad finem vitæ nati secundum domorum planetarumque ordinem, hæc imperia permutantur, vt hæc omnia in tabula describere sit facilimum. Etenim planetarum δυοδεκατημόρια, decani domini orbis, & talia longè faciliùs depromuntur ex tabellis, quæ quemadmodum componi à quouis debeant, cùm satis perspicuè hic admoneamur, descriptio earum superuacanea mihi visa est, præsertim verò cùm talium rerum traditio, à veræ artis pręceptis, vt præmonuimus, longè dissentiat.

5 Tale apparet quoq; hoc vltimum caput, quod nihil aliud cõtinet, q̃ præceptũ facilimũ de cõficiendis tabulis Ferdariæ, hoc est, annorũ seu temporũ, quibus iuxta doctrinã Arabũ planetæ ordine vitã nati generaliter gubernant & regunt. Anni integri Ferdariæ singulorũ planetarũ sunt hi: ♄ 11. ♃ 12. ♂ 7. ☉ 10. ♀ 8. ☿ 13. ☽ 9. ♋ 3. ♒ 2. Imperii aũt initiũ est à luminaribus. Nã in genitura diurna ☉ principaliter gubernabit annos 10. cui in imperio succedit in ordine planeta proximus, id est, ♀, atq; nato à decimo vsque ad 18. annum præest: quibus exactis Veneri in imperio succedit ☿ annos 13. Deinde ☽ annos 9. Deinde ♄ annos 11. Deinde ♃ annos 12. Deinde ♂ annos 7. Deinde ♋ annos 3. Tandem ♒ annos 2. Hic est in genitura diurna potestatis planetarum integer circuitus, continens annos 75. quibus completis imperium ad exordium dominiumq; Solis reuoluetur. Porrò in genituris nocturnis luminare noctis per annos primos 9. imperium sumet, cui ♄ aliiq; planetæ insequẽtes cum ♋ & ♒ seriatim ac ordine succedent, sicut diximus. Verumenimuero tam in genituris diurnis, quàm nocturnis, imperium huiusmodi planetis ita distribuitur, vt quilibet per septimam partem suorum annorum solus gubernet: in reliquis verò septi

Et ex hoc Alfri. &c.

mis

mis imperij partibus, sex proximè atq; ordine sequentes planetas collegas admittat. Verbi gratia, in genitura diurna primi decem anni imperio Solis adscribuntur, sed ipse quidem ☉ dictorum annorum parte septima, hoc est, vnum annum Solarem, & dies 156. ferè natum gubernabit. In secunda verò parte septena annorum suorum, hoc est, ab anno ætatis nati primo, diebus 156. ad annos completos duos, dies 313. Venerem consortem imperij patietur: & in tertia parte septena Sol dimissa Venere Mercurium collegam, & sic deinceps alios sequentes assumet, quemadmodum id videre est in tabulis, tum in Ephemeridum, tum verò passim in libris Arabum descriptis. Porrò hæc distinctio Arabum conficta esse videtur ad similitudinem primæ temporum distinctionis Ptolemaicæ, quarum quatuor extant circa finem quadripartitæ constructionis.

1 *Et ex hoc Almanar, id est, supereminentia, qua dicitur, quòd planeta vadit super planetam: hoc est, vt aspicias cursum planetæ medium & locum eius æquatum: & si fuerit locus eius æquatus minus medio cursu eius, erit ascendens à medio circuli sui, vsque ad summitatem circuli: & si fuerit locus eius æquatus plus medio cursu: erit descendens à medio circuli sui vsque ad infimum eius.*

2 *Et si fuerit locus eius æquatus æqualis medio cursui, erit in medio circuli sui. Deinde locum planetæ minues de medio cursu suo.*

3 *Postquàm hoc certissimè cognoueris, id est, locum æquatum: vel è conuerso minorem de maiori eorum subtrahendo: & multiplicabis quod remanserit per septem, & diuides per XXII. & quod de diuisione exierit, erit hoc omni planetæ, pro quantitate eius ascensionis vel descensionis. De Venere & Mercurio accipimus, quod est inter vtraq; loca, id est, quod est inter locum So*

lis &

lis & Veneris & Mercurij, & facimus vt supra: quia per hoc scimus quis eorum fortior sit in circulo augis: sed Venus & Mercurius cùm fuerit aliquis eorum orientalis, & fuerit locus eius æquatus minus loco Solis: accipies residuum, quod est inter locum Solis, & locum eius: faciesq; cum eo quemadmodum feceris, vt dictum est in planetis altioribus ex multiplicatione & diuisione.

4 *Et proprior ac fortior fit significatio planetarum dum abierint super seinuicem: id est, dum abierit alter super alterum in coniunctione: in oppositione autem & in quarto aspectu, erit significatio eorum minus apparẽs & debilior.*

5 *Et tamen cùm vnus illorum fuerit ascendens & alter descendens: tunc ascendens eorum vadit supra descẽdentem. Cùm verò ambo fuerint descendentes: ille qui fuerit minoris descensionis, vadit super illum qui fuerit maioris vel pluris descensionis. Si autem ambo fuerint ascendentes: ille qui est maioris ascensionis, vadit super illum qui fuerit minoris ascensionis.*

6 *Dicitur quoque & alio modo, id est, vt scias latitudinem vtrorumq; planetarum: quia septentrionalis eorũ vadit super meridianum. Et si fuerint ambo septentrionales: ille qui fuerit pluris latitudinis, vadit super eum qui fuerit minoris latitudinis. Si autem fuerint vtrique meridiani: ille qui fuerit minoris latitudinis, vadit super eum qui fuerit maioris latitudinis, ideoq; dicitur quòd Luna vadit super Iouem in his duobus operibus. Similiter si fuerit aliquis duorum planetarum in medio circu-*

li, nullam latitudinem habens: tunc ascendens septentrionalis vadit super eum, qui caret latitudine: & vadit ipse qui sine latitudine est, super descendentem meridianum.

7 *Et ex hoc apertio portarum dicitur, cùm iungitur planeta inferior planetæ superiori, et fuerint cum hoc domus eorum oppositæ.*

Et ex hoc Almanar, id est, &c.

1 De eminentia, superlatione seu sublimitate planetarum, quę vniuersaliter cum respectu accipienda est. Est enim eminentia planetæ, quum in summo apice circuli breuioris, qui Græco nomine Epicyclus dicitur, planeta ipse fertur, altero planeta partes demissiores tenente. Cùm enim planeta in culmine sui epicycli tenetur, videtur illic quodammodo regnare, sedensque in solio ius dicere: alter verò qui ab Apogeo epicycli remotior est, magisque à circuli summitate declinat, ad pedes illius sedere superiorēq; venerari. Hanc potestatem græci nominant καθυπερτέρησιν, recētiores verò eleuationem, sed ineptè planè: nam verbum eleuare Latinis deprimere vel deiicere significat, & opponitur verbo extollere: Veluti eleuare res aduersarii, est eas verbis minuendo deprimere, deprimendoque contemptiores reddere. At καθυπερῆν Græcis idem est quod latinis superare, superiorem esse atque extolli. Primò autem docemur hic, qua ratione alterum planetam superiorem atque eminentiorem esse cognoscamus, idque ex tabulis motuum, sed quodāmodo confusè vt apparet: siquidem cursum planetę medium nominat motum centri epicycli verum, quæ hodie in Theoriis planetarum sic distinguuntur. Medius motus planetæ vel epicycli, est arcus zodiaci ab initio ♈ secundum successionem, vsque ad lineam medii motus planetæ, quæ à centro mundi ad zodiacum protracta, lineæ exeunti à centro absidis ad centrum epicycli porrectæ æquè distat. Verus motus epicycli, est arcus zodiaci ab initio ♈ vsque ad lineam veri motus epicycli computatus, quem autor hoc loco cursum planetæ medium nominat. Verus denique motus planetę, est arcus zodiaci, qui à principio ♈ incipiēs, vsque ad lineam veri motus planetæ protenditur, quæ à centro mundi per corpus planetæ ad zodiacum exit. Anomaliam seu

argumen-

argumentum medium nominant arcum epicycli ab Apogeo eius medio ad corpus planetæ supputatum. Sed verum & æquatum eius argumentum, est arcus epicycli, qui ab eiusdem epicycli vero Apogeo, ad corpus planetæ extenditur, cui arcus in zodiaco respondens vocatur προσθαφαίρεσις seu ęquatio argumenti, addenda motui vero epicycli, si linea veri motus planetæ lineam veri motus epicycli præcesserit: aut subtrahenda, si eandem sequatur, vt tandem verus motus planetæ eliciatur. Porro tota æquatio argumenti lineaque veri motus, planetæ lineam veri motus epicycli præcedit, cùm planeta à summo apice epicycli ad imum fertur, sequiturque eandem cùm in altera medietate ab imo epicycli ad fastigium eiusdem contendit. His cognitis, sicuti facilimè inspectis figuris Theoriarum cognosci possunt, perspicua est sententia autoris. Si inquit, fuerit locus planetæ ęquatus minus medio cursu eius, id est, si arcus veri motus planetæ minor fuerit arcu veri motus epicycli, planeta erit ascendens à medio, id est, imo breuis circuli seu epicycli sui ad summitatem eiusdem. Talis enim situs eius efficit æquationem argumenti sequentem lineam veri motus epicycli, auferendam à vero motu epicycli, vt verus motus planetæ remaneat. Quare etiam tum diminutus numero dicitur. Quòd si locus æquatus plus fuerit medio cursu, id est, si motus planetę verus maior fuerit vero motu centri epicycli, erit descendens à medio, id est, fastigio seu Apogeo rotæ suæ breuis vsque ad eius infimum. Talis positus planetę in medietate epicycli descendente, efficit æquationem argumenti præcedentem lineam veri motus epicycli, atque vero motui eiusdem addendam, vt verus cursus planetæ prodeat. Quapropter tum auctus numero dicitur, &c.

2 Quando inter motum planetę verum & motum verum centri epicycli nullum est discrimen, tum etiam nulla est æquatio argumenti, & lineæ veri motus planetę & veri motus centri epicycli vniuntur: quod non fit, nisi planeta Apogeum aut Perigeum verum sui epicycli permeante. Et si fuerit loc . eius, &

3. Fieri autem potest vt planetæ pari vel impari sublimitate ferantur, idcirco subiungit iam regulas, quarum obseruatione vtriusque planetæ vires altitudinesque in breui circulo examinari atque pensitari debent, vt vtrius sit maior potentia atque Postquàm hoc, &c.

maior autoritas,planè intelligamus.Ac quis inter tres superiores alius alio superiorem inferioremúe locum teneat,vt conijciamus, iubet inquirere differentiam inter verum motum planetæ & verum motum centri epicycli,auferendo minorem à maiori,atq; differentiam repertam multiplicare per.7.& quod hinc nascitur,partiri per 22.& denique numerum sectionis pro sublimitate quando ascendit, aut deiectione quando descendit,seruare: quem operandi modum ex habitudine ambitus circuli ad suam diametrum autorem sumpsisse,haud est dubium. Nam cuius circuli peripheria habet partes 22. talium partium 7.colligit eiusdem circuli dimetiens.Veneris & Mercurii stellæ in exortu matutino parui circuli culmen, vespertino verò imã partem eiusdem petunt.Vtra autem istarum stellarum in circulo breui magis polleat,ex differentia inter verum motum ☉ & verum motum ♀ aut ☿ iam iam exposito modo conijciẽdum præcipit. Sed quali ratione seu causa huiusmodi altitudinum perscrutatio constet,non absque re dubitamus, siquidem hinc sequitur,planetam in alterutram mediarum longitudinum positum extolli supra reliquos, summitates suorum epicyclorum occupantes. Nam cùm circa longitudines indicis versantur, maximè à centro epicycli recedunt,& in fine huius operationis maximum numerum exaltationis ostendunt. Econtrariò in apogeis vel perigeis epicyclorum collocati, cũ inter verum motum corporum & verum motum centri epicycli,nullam differentiam faciant,iuxta hanc operationem,neque altitudinis neque depressionis numerum vllum consequi poterunt. Proinde omnibus his rationem suprà à nobis,cum de ascensu &descensu planetarum ageremus,expositam,tanquàm veriorem & faciliorem preferendam censemus.Hinc enim satis vnicuique constare poterit, illum planetam,cuius Anomalia coæquata,seu vt loquuntur,argumẽtum verum numero superabitur, potiorem in hoc negotio atque superiorem esse illis, quorum Anomaliæ seu argumenti coæquati numerus maior fuerit, & hoc vsque ad sex signa,id est,vsque ad perigeum epicycli.Porro in altera epicycli medietate,quæ ab imo ad fastigium porrigitur,ille planeta,cuius argumentum verum maius fuerit,altior ac eminentior iudicandus est illo,cuius argumentum verum minus fuerit. In

summa,

ſumma, planeta ille qui propiùs ad culmen circuli breuis admouetur, ſublimior iudicatur illo, qui ab hoc faſtigio magis declinat. Quum autem planetæ non tantùm in epicyclis, verùm etiam in ſuis abſidibus ſcandant & deprimantur, ſublimitas hæc non tãtùm ratione ſuorum epicyclorum, verùm etiam ratione ſuarum abſidum eis competere videtur, ita vt is planeta, qui à faſtigio ſuæ abſidis minus diſtat, illo qui ab eodem magis remotus eſt, ſublimior cenſeatur.

4 Superlationis planetarum in epicyclo maximam poteſtatem eſſe in ponderoſorum coniunctionibus, atteſtatur enunciatũ 63. Centiloquij: ἴδε, ὅτε ζωοδοτῶ ὁ ♄ καὶ ὁ ♃, τίς τούτων καθυπέρτερος, καὶ κατὰ τὴν φύσιν ἐκείνου ἀφορίζου. τὸ αὐτὸ ποίει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, hoc eſt: Cùm Saturnus Iuppiterq; coniunguntur, vter eorum ſublimior ſit vide, ac iuxta illius naturam pronunciato. Idem etiam in cæteris ſtellis facito. Et propriior ac fortior &c.

5 Quòd ſi talium planetarum vnum in epicyclo contingat deſcendere, alterũ verò aſcendere, hic illi dominabitur, etiamſi ſublimitatem aut à culminibus declinationem parem habuerint. Sed vtroq; ſurſum ſcandente, altior inferiorem ſuperat. Et tactu erit ſignificatio &c.

6 Duæ ſunt ſpecies præcipuè altitudinum, quarum vna eſt à terra vel medio vniuerſitatis diſtantia, quo pacto planeta in abſidis vel epicycli apogeo altior eſt, quàm cùm perigea dictorum orbium percurrit. Hoc modo etiam Sol nubibus, Luna, Mercurio & Venere eſt ſublimior. Altera ſublimitatum ſpecies, eſt corporum à finiente circulo ſubleuatio, qua ratione fieri poteſt, vt Sole altior ſit Luna, ſi videlicet oriente eo, ipſa in culmine cœli cernatur. De priore modo altitudinuum hucuſque egimus, ſequitur iam altera ſublimitatum ſpecies, quam latitudo & obliquitas ſigniferi efficit. Nam in coniunctionibus planeta, qui habet latitudinem ſeptentrionalem, ſublimior ac potentior eſt planeta habente latitudinem auſtralem. Quòd ſi ambo fuerint præditi latitudine boreali, ſublimior iudicandus eſt is, qui propiùs ad boream acceſſerit, illo, qui longiùs ab eadem plaga abeſt. Si vterque auſtrali latitudine ſit præditus, is qui minorem latitudinem habuerit, præferẽdus erit ei, qui maiorem. Si alter habeat latitudinem borealem, altero in Eclipticacollocato, borealis eminentior iudicatur carente latitudine, Dicitur quoq; &c.

& hic omnes meridionalem latitudinem habentes ſibi ſubijcit. Ad extremum ſi vterque in medietate zodiaci aſcendente vel deſcendente verſetur, eandemq; latitudinem ſeptentrionalem vel meridionalem ſimul habuerint, ſublimior cenſetur is, qui magis ab æquinoctiali ad ſeptentrionem declinauerit. Ex his omnibus manifeſtum eſt, erraticas ſtellas quinque modis ſcandere & deſcendere.

Nam
- terra ſurſum ſcandunt dupliciter.
  - I. Quando ad ſupremam partem circuli breuis feruntur.
  - II. Quando ad apogeum abſidis ſeu τοῦ ἐπικέντρου promouentur.
- à finiente ad verticē attolluntur tribus modis.
  - I. Cùm ad motum vniuerſi mundi ab oriente ad meridianum circulum vehuntur.
  - II. Cùm in aliquo Eclipticæ circulo poſiti, per Capricornum atq; interſectionem vernalem ad arctoam partem pelluntur.
  - III. Cùm ratione latitudinis ſigniferi ab auſtro ad boream protruduntur.

Ptolemæus huius dominationis atque excellentiæ frequentiſſimè in Apoteleſmaticis meminit, ſed nuſquàm quid per καθυπερτέρησιν intelligat, ab ipſo definitum reperio. Sententia tamen ipſius περὶ τῆς καθυπερτέρησεως, vt Cardano placet, talis eſt. Planeta dicitur exaltatus ſuper alium, quando fuerit ponderoſior & occidentalior: Veluti ſi Saturnus ſit in parte 20. Libræ, Sol verò in eiuſdem ſigni Libræ principio: & hoc fit quadrifariam, ſicut eodem exemplo Saturni & Solis oſtendemus. Primò cùm Saturnus fuerit in angulo, & Sol extra angulum, & hoc eſt peſsimum. Secundò cùm Saturnus fuerit in dignitatibus proprijs, & Sol in dignitatibus Saturni. Faciliùs enim ſuperantur

rantur imbecilles planetæ,& qui ſunt extra dignitates, inq; locis ſuæ naturæ diſſimilibus poſiti. [redacted]. Tertiò cùm Saturnus in quadratura vel etiam triangulo aut hexagono Solis fuerit,ita vt Sol ad dextram, Saturnus verò ad ſiniſtram ponatur: alias enim Saturnus Sole occidentalior eſſe non poſſet. Veluti ſi Sol ſit in Libra, Saturnus [redacted] in Capricorno.Simile efficietur ſi Sole per ſignum obediens iter facientе,Saturnus in ſigno imperãte reperiatur.Vt ſi ♄ ſit in p.10. ♈, & Sol in p.20. ♑. Quartò ſi Saturnus ad abſidem ſui Eccentri aſcendat,Sole in ſua abſide deſcendente.Maximè autem aſcenſus vel deſcenſus in epicyclis obſeruatur, vt diximus. Porrò planeta ponderoſus occidentalis ideo dicitur extolli ſupra Solem aut Lunam,aut alium planetam ſe leuiorem, quia Sol vel Luna in tali ſtatu vadunt ad illum planetam,& nunquàm ſuperior planeta vadit ad eos. Et ſicut homo qui alios expectat,domi videtur nobilior ijs qui vadunt ad domum eius: ita planeta ponderoſior cùm fuerit occidẽtalis,dicitur elatus ſuper alium, & maximè ſi adfuerit ei vna vel plures iam dictarum conditionum,quæ ſunt præcipuæ. Non prætermittas tamen rationem declinationum,latitudinum,& denique motum vniuerſi mundi,quo ſtellæ ab oriente ad meridianum locum ratione horizontium eminentiſsimum feruntur. Semper autem declinatio & latitudo borealis efficacior eſt & altior auſtralibus. His ita ſe habentibus, non poterit conſtare amplius de ſupereminentia ſtellarum traditio Porphyrij, qui orientales occidentalibus altiores eſſe prodidit: Verba eius περὶ καθυπερτερήσεως hęc ſunt: καθυπερτερεῖ πᾶς ἀστὴρ, ἐν τῷ δεξιῷ τριγώνῳ ἢ τετραγώνῳ κείμενος ἢ ✱, ὁ μὲν ἐν τῷ διωνύμῳ, ὑπέχει δὲ τοῦ αὐτόν, οἷον, ὁ ἐν αἰγοκέρωτι καθυστερεῖ τοῦ ἐν ♎, καὶ τοῦ ἐν ♋, καὶ τοῦ τοξοτίου. λέγεται δὲ διωνυντωτέρας εἶναι τὰς καθυπερτερήσεις, εἴτε △ εἴη, εἴτε □. ὁ γὰρ οὕτω καθυπερτερῶν ἀστὴρ ἰσχυρότερος ὑπάρχει, οὔτε ἀγαθοποιὸς ἢ οὔτε κακοποιὸς, ἢ δὲ καὶ ἅμα ἐπίκεντρος. ἀγαθοποιὸς μὲν γὰρ ὢν ἐπίσημον τὴν γένεσιν δείκνυσι, φθορεῖς δὲ ἄσημον,

μου, καὶ καθόλου πᾶς ἀστὴρ ἐν τοῖς δεξιοῖς καθυπερτέρει τοῦ ἐν τοῖς εὐω-
[illegible] hoc est: Omnis stella in △ □ aut ✱ posita, sinistram & ad quam accedit, superat. Veluti stella in Capricorno posita superatur à stella in Libram, Virginem & Scorpium [illegible] huiusmodò superationes, quæ ex △ vel □ contingunt, reliquis potentiores esse aiunt. Nam stella ad hunc modũ sublata, robur assumit, siue ea benefica siue malefica fuerit, & maximè si cum hoc in angulo reperiatur. [illegible]. In vniuersum vnaquæq; stella dextrorsum posita, sinistram ad quam fertur, superat.

7. Vltimus locus est de apertione portarum, quas sic à maximis & euidentibus in circumfuso cœlo effectibus nominant. Est autem apertio portarum duplex, magna scilicet & parua. Parua apertio portarum efficitur sic vt hic dicitur, nempe cùm inferior superiori coniungitur, & fuerint cum hoc domus eorum oppositę. Tales syzygiæ si Lunam negligas, tres inueniuntur: Prima est Saturni & Solis, quæ aërem valde turbidum & frigidum efficit: Secunda Iouis & Mercurij, quæ ventos commouet: Tertia Martis & Veneris, imbres & fulgura procreans. Harum trium copulationum singulæ tres pariunt formas, nempe coniunctionem, oppositionem & quadraturam, quarum validissima est oppositio, inde coniũctio, quę plus roboris habet quàm tetragonus.

Et ex hoc, &c.

Apertiones portarum.



Apertionem portarum magnam sic definiunt: Quando Luna separata ab inferiore, applicatur superiori coniunctione, oppositione vel quadrato, sic vt planetæ illi, quos Luna coniungit, habeant domus oppositas, fit apertio portæ vel valuæ magnæ, in qua aëris maxima & euidens fit commutatio, quæ naturam superioris refert, & præsertim si superior & inferior sese respiciant: veluti si sit ☉ in parte 29. Scorpij.
♄ in parte 29. Aquarij.
☽ in parte 27. Leonis.

Hic

Hic Sol Saturnum de quadrato aspicit, eidemque applicat: Luna vero à □ Solis recedens, atque ad diametrum Saturni proximè accedens, ex Sole in Saturnum maximas portas aperit, facitque tempus nebulosum & frigidum, & potissimùm ijs locis, quorum cardines Luna lustrauerit. Talis constitutio si aquea signa occupauerit, maximos imbres pariet, præsertim si Saturnus dominetur cardinibus ad momentum quadratæ radiationis constitutis. Similis pene constitutio efficitur, cùm Luna à Saturno defluens, sese Soli adiungat. Vniuersaliter enim planeta cui Luna primò adiungitur, dicitur aperire portam super illum ad quem defluens ipsa secundò copulatur, si modò domus habeant oppositas: sed tamen maior est significatio, si fiat ab inferiore ad superiorem: ea enim demum est vera valuarum apertio, minor verò & breuior permutatio in aëre fit, atque turbulentia breuiusculo tempore in statum tranquillum permutatur, cùm Luna à ponderosò defluens leuiori applicat.

Apertio valuarum magnarum.

☉ recedens si ☿ ☽ a ☍, □ vel ☌ ☿ ☌ feratur ad ♄ ♃ ♂ vel econtrario.

In omni autem [illegible] peculiariter est respiciendum ad Mercurium: nam si planetis, quorum vnus alteri valuas aperit, iungatur aut eosdem videat, aeris instabilitatē & ventos faciet.

Et ex hoc albuzic, & est res quam valde seruabant Indi. Nam ipsi numerant post coniunctionem Solis & Lunæ XII. horas, & applicant eas Soli, & diuidunt XII. horas trinas, id est, in tres partes, scilicet in haim Solis, & iudicant super omnes quatuor horas secundum iudicium dominorum triplicitatis Solis hora coniunctionis: deinde dant Veneri post XII. horas, & diuidunt eas iterum trinas, & iudicant super omnem trinam diuisionem secundum dominos triplicitatis Veneris hora cōiunctionis: post hoc faciunt similiter cum Mercurio &

alijs planetis per successionem eorum, donec reuertitur orbis ad Solem post LXXXIIII. horas, & non cessant sic facere frequenter, donec venerit coniunctio secunda. Et quidam dicunt, quòd Albuzic sit hoc quòd post coniunctionem sint XII. horæ inæquales, quæ vocantur cõbustæ: [redacted] Et post horas XII. sunt LXXII. horæ incombustæ: [redacted] Et post has LXXII. horas incõbustas sunt XII. combustæ, similiter vsque ad coniunctionem quæ succedit. post hoc diuidunt has horas XII. in tres diuisiones, id est, in partes. [redacted]

De horis fortunatis & infaustis iuxta [redacted] superstitionem gentis Indorum. Indi, inquit, periodicum mensem in horas distribuunt, ac primas duodecim horas, quæ principium à coniunctione luminarium capiunt, horas Solis seu combustas nominãt, quibus rursum dominos triangularitatis loci coitus luminarium præficiunt. Primus trienti primo, secundus secundo, tertius tertio præest. Sequentes horas 12. asscribunt Veneri, quæ Solem in ordine sequitur, ijsdemque eodem modo, vt de Sole dictũ est, præficiunt dominos triangularitatis loci, quem Venus in synodo luminarium tenuit. Et sic deinceps horæ sequentes sequentibus planetis distribuuntur, donec post horarum mensis 84. lapsum, Sol priorem ambitum imperij repetat. Reliqua sunt facilia. Horæ combustæ sunt, quæ Solem dominum sortiuntur. Item perditionem animæ suo more amissionem vitæ nominat, &c.

DIFFE-

Errata sic restitue.

Fol.3.vers.32.lege τοσάνταν. fol.4.ver.3. lege 23. $\frac{1}{2}$.f.5. ver.20. ὁ δ' ὅτι fol.6.ver.17.trigono, sexagono:& ver.19. seorsim.f.8.vers.vlt.sex sunt. f.12.vers.34.pro dextrā lege sinistrā,& seq.pro sinistrā,dextrā.f.13.vers. 17.quinq;:& ve.30.pro vni,vno lege. f.15.v.2.dilaniāt:& v.29.ἡγεμονικὴ, & seq.Asterismi.f.16.v.6.leg.denū quater:& ver.11.Cassiope: & 33. leg. rotā.f.17.vbi characteres spaciorū cæli exponūtur,pro his notis numeralib.1.2.3.4.tā ad dextrā q̄ ad sinistrā positis,lege 1ª.2ª.3ª.4ª.Et v.29.lege ὑπηγὴν.f.20.v.29.hæc verba(capite de signis competentib.)eijciātur aut ad marginē transferātur.f.21.v.28.συνεξεταζομένων. f.26.v.13. pro Aquarij charactere lege Capricorni.f.27.v.19. leg. Lunæ interuētu Solē occultari.f.28.v.12. quæ est 100.ad 1.fol.35.v.28.veluti Mars in Capric. & v.31.leuiusculū.f.38.v.6. ὕψωμα:& v.31.pro Leonis signo lege Cancr. f.41.in schemate dignitatū sub tit.Detrimenta,è reg.sig.Capric.p Sat. leg.Lunā.& ibidē sub tit.Casus,character Satur.vno loco deprimēdus, atq; è reg.sig.Arietis collocādus. f.52.schema aspectuū pficietur descripto signo Opposit.iuxta literā F.ductisq; radiationib.triāgularib.C.F. & E.B.ve.9.leg.qui p quæ.f.53.v.27.minus lege.f.55.v.12.à sexu mascul. &fœminino.f.56.v.26.pponendi:& v.33.leg.partilis.f.59.v.6.ἡριοκράτορα f.61.v.34.accēderentur.f.62.v.vlt.sub sig.Libræ p Vener.leg.Mars.fol. 66.v.15.Numerus deniq;.f.74.v.23. olim ab adiuncto,fol.75.v.7. quib.

dodeca-

dodecatemoriorũ appellationes ab&c.f.76.v.34.gibbos.f.88.v.14. Sed ꝑcipue.f.96.v.24.πλευρίτις κυκτρίω. f.102.v.3.intueri. f. 110.v.7.ὡροσκόπων.f.111.v.18.pro Canc.leg.cuius:& ver.28.& 29.lege σωμφωνιὰ: & v. 30. possederint.f.112.v.8.emiserint:& v.11.attendas.f.118.ver.22.κικυτρωμένον:& v.24 ἰσοσκέλφαν:& v.32 ὀυζυγίαν.f.120.v.1.ἰσοπλέυρω. f.121.v.6. ὁρίζοντα.f.129.v.30.Locus Vallidoleti, cuius long.&c.f.131.v.15.ascens. obliquus ad latitud.f.132.v.36.in area tabulæ non ad vnguẽ. f.33.v.32.calculi. Numeri deuiationũ Planet.ab Eclipt. corrupti plane: quomodo [illegible] debeãt,habes f.157.& 295.f 135.in schemate æqual.dom. iuxta linea finitoris occid, omissus est Saturni character: idẽ error cõmissus est f.139.in fig.autoris.f.144.v.25. leg. Sexa. 3*.2*.1*. Dies.scr.12. 2*.32.&v.33.pro gr.2.sc.2ª.& v.36.dies 51.sc.45.f.157.v.5.Saturni meridio [illegible] limite latit.boreo descẽdentis.Vide f.295.f.164.v.31.improui- [illegible] 25.Cũ aũt.f.170.v.3.πρὸς τι.f.177.v.13. ad proprios ipsorũ orbes [illegible] &c.f.191.v.14.estq; q &:v.33.inter alios planetas:fol.193.v.vlt. [illegible] quoq; quæ de.fol.194.v.18.& 19.præfert positui:& v.penult.dele- [illegible] f.206.v.7.Olenia,& seq.f.207.v.10.Venereis. f.230.v.28. νυκτὸς p νυκτὸς.f.231.vers.24.qualitates primæ: & ve.33.pestiferis.f.234.v. 25. [illegible] f.240.v.14.succis:& v.25.hæmatites:& 31.ἤλεκτρον.fol.241.v.16. ἐνδυνάμεον ἐν τῷ.f.246.v.19.exercitare.& v.28.corporisq;.f.250.v.vlt.defluxib.f.251. v.10.febres.f.253.v.5.deniq; pro diemque:& v.9.eorũ p minorũ.f.254.v. 16.& seq.ἀκρονύκτιν:& v.19.Quin pro Qui.f.267.v.25.horarũ 8.sc.5.1ª.fol. 295.v.30.pro minor leg.maior.f.298.v.29.Cuius signa cõmunia quære. f.310.v.28.secundæ pro quintæ.f.327.v.vlt.μίρη.f.332.v.31. sunt. f. 336.v. 32.pro Sol.leg.lunã.f.356.v.7.προγινώσκειν:& v.9. τάσεις.f.358.v.16. & sequ. κοινωνίαν.f.359.v.14.rerũ.f.360.v.14.propior.f.380.v.26.Si verò grad' Solis fuerit hilech.f.381.pro Almut leg.Almutes.f.393.v.9.pueniet.f.395.v. 4.12.pars.f.413.v.24.pro ad horoscopum lege, ad partem fortunarum aliasque sortes & retrocedẽtes planetas deducẽdos.f.431.v.7. delabens, & 8.pro ascensiones lege descensiones.f.439.vers.7.part.10. scrup.17.1ª. hoc est,anni 10.&c.& vers.10.annos 23.fo.445.vers.15.κατάλκψιν,& vers. 28.signa.f.454.vers.9.à terra sursum.

FINIS.

Grabados


ARNOLD BIRCKMAN

de la casa de probon de la compa de Jesus de Sevilla

B.e

ENARRATIO ELEMENTORVM ASTROLOGIAE, IN QVA PRAETER ALCABICII, QVI ARAbum doctrinam compendio prodidit, expositionem, atq; cum Ptolemæi principijs collationem, reiectis sortilegijs & absurdis vulgoq; receptis opinionibus, de veræ artis præceptorum origine & vsu satis disseritur: in celeberrima Coloniensi Academia studiosis philosophiæ proposita

A'

Valentino Nabod, amplissimi Senatus Coloniensis Mathematicarum ordinario.

τέχνη τύχην ἔσεῤῥε καὶ τέχνην τύχη.

COLONIAE,
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.
M. D. LX.

Dibo de ñ s Obispo de Bona

SPLENDIDISSIMIS ATQVE ORNATISSIMIS VIRIS D. ARNOLDO A SIEGEN equiti aurato, D. Hermanno Suderman, D. Ioanni Piel, D. Constantino à Lyskirchen, D. Godfrido Hittorpff, D. Philippo Geil, sæpius iterumq; coss. & inclytæ vniuersitatis studij Coloniensis respectiuè prouisoribus vigilantissimis, eiusdemq; florentissimæ Reipu. amplissimo Senatui, Dominis suis colendis,

Valentinus Nabod Silesius S. D.

HOMINES inter tot animantia solos diuinitus diuinis animatos mētibus in mediū vniuersitatis globum, quæ terra dicitur, ideo esse collocatos rectè à magnis hominibus proditum eße opinor, amplißimi consultißimiq; viri, vt inde ad omnia extremis mūdi mœnijs conclusa oculos conuertentes, variarum naturarum, quas singulæ partes mundi continent, diligenti perscrutatione sapientiam atq; bonitatē Dei agnoscerent, atq; res ad rectè beateq; viuendum vtiles eligerent. Etenim nihil in rerum natura adeò tenue est aut abiectum, quod innatis viribus insitisq; à natura officijs careat, quæ altiùs introspecta, non solùm diuinam rerum humanarum curam in bonorum animis confirmant, verùm etiam sua præsidia vitæ adferunt. Quid terræ plantis & stirpibus vulgò habetur vilius? adeo enim communes atque vbique ad manus sunt, vt vel à nolentibus pedibus conculcentur. At harum virtus atque cum nostris corporibus συμπάθεια conciliatioque

PRAEFATIO AVTORIS.

Postulata à Domino prolixitate vitæ, gladij regni & durabilitate sui honoris, custodia quoque operum eius & bonorum, atque extensione sui imperij: exordiamur id quod volumus narrare. 1

2 *Cùm vidissem conuentum quorundam antiquorum ex autoribus, magisterij de iudicijs astrorum edidisse libros, quos vocauerunt huius magisterij, id est, iudiciorum de astris introductorios: sed quosdam ex eis non fuisse scrutatos satis diligenter vniuersa de his, quæ introductorio conueniunt, inq; eodem magisterio sunt necessaria: quosdam verò ea quæ necessaria sunt, protulisse prolixè, adeò vt quod necessarium est, in eo perijsse iure videri possit: quosdam denique in ordinatione eorum quæ protulerunt, non incessisse itinere disciplinæ conspexissem, cœpi edere hunc librum.*

3 *Et nominaui eum introductorium, & non introduxi ratiocinationes disputationi siue defensioni eorum quæ protulimus necessarias, cùm sint in libro Ptolemæi, qui appellatur quatuor tractatuũ: & in libro meo, quem edidi pro confirmatione magisterij iudiciorum astrorum: & in destructione epistolæ Haissen ben Hali, quæ confutata iacet prolatis rationibus, quæ ad hoc possunt sufficere.*

4 *Et diuisi eum in quinque differentias: Prima differentia est de esse circuli signorum essentiali & accidentali. Secunda differentia de naturis planetarum septem,*

SCHEMA ASPECTVVM SEV configurationum.



Dicuntur etiam, &c.

1 Hoc caput totum consumitur tractatione de proprietatibus dodecatemoriorum, quæ ex collatione ipsorum erga se inuicem oriũtur, hoc est, de signorũ mutuis aspectibus. Sunt autẽ aspectus interualla in Zodiaco computata, ex quibus sibi stellæ maximam vim communicant. Et quamuis quælibet stella innumerabiles radios orbiculariter effundat: tamen experientia docuit, quinque ex his, quæ per integra signa & partes totius circuli integras constituuntur, reliquam multitudinẽ efficacia superare. Primò sextilis seu ἑξάγωνος aspectus est, qui sextam partem Zodiaci, hoc est, duo signa seu P.60. continet: vt si initium Cancri sit A, à quo capiantur P.60. inter A & C contentę, ducaturque recta A C, ipsa sic ducta, erit sextilis radius, qui notatur:



Intuëtia verò eiusdēq; potētiæ loca Ptolemęus nobis descripsit his verbis: ἰσοδυναμεῖν φασὶν ἀλλήλοις μέρη, τὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁποτέρου τῶν τροπικῶν σημείων ὂν ἴσον ἀφεστῶτα, ἤγουν ὂν καθ' ἑκατέρου αὐτῶν τοῦ ☉ γινομένου, τάς τε ἡμέρας ταῖς ἡμέραις καὶ τὰς νύκτας ταῖς νυξὶ, καὶ τὰ διαστήματα τῶν οἰκείων ὡρῶν ἰσόχρονα ἀποτελεῖσθαι. ταῦτα δὲ καὶ βλέποντα ἄλληλα λέγεται, διά τε τὰ προδεδηλωμένα, καὶ ἐπειδήπερ ἑκάτερον αὐτῶν ἔν τε τῶν αὐτῶν μέρων τοῦ ὁρίζοντος ἀνατέλλει, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταδύεται, hoc est: Eiusdē potentiæ dicunt esse partes, quæ æquali spacio distant, seu ab vno seu ab

Lib. 1. cap. περὶ βλεπόντων καὶ ἰσοδυναμούντων

τὰ ἰσοδυναμοῦντα μέρη.



Ac antiscia quidem locorum signiferi ad hunc modum quem designauimus, sese habent. Ad vsus autem facilitatē, vtq; omnis soluatur obscuritas, describemus deinceps partium scrupulorumq; tabulam, ex qua cùm imperantes obtemperantesq;, tum verò sese mutuò intuentes signorū partes partiūq; scrupula facilimè depromuntur. Exempli gratia, si Saturnus sit in part. 20. sc. 10. Arietis, sitq; eius loci pars tam obediens quàm intuens seu æquipollens inuenienda, primò ex prioribus descriptionibus signorū perspicuū est, signū Arietis imperare signo Pisciū,

cum-